soluta in aquam: ⁊ tunc decoquatur illa aqua cū bono mel-
le: ⁊ detur ex ea pueris coclear vnum mediocre: ⁊ homini-
bus magnis detur coclear magnuꝫ: ⁊ potest similiter acci-
pi substantia squille que superstitit ⁊ teri ⁊ exprimi ⁊ succus
ex ea extractus decoquatur cū melle: ⁊ istud erit propinquū
virtuti prime confectionis. Et decoquentes squillaꝫ supra
ignem ⁊ exprimentes eam diminuunt eius virtutem. ¶ Et
inueni i epistola tyriace cesaris: ꝙ medulla cerebri camelli
parui exiccata data in potu cum aceto mirabiliter confert
epilepsie: ⁊ idem facit cerebruꝫ dōnule vel bellotule. ¶ Et
reperitur in libro de flobotomia: ꝙ patientibus epilepsiam
debet fieri flobotomia in principio veris: licet non appare-
ant manifeste signa repletōis: ⁊ debent flobotomari de ve-
na pedis: ⁊ simile est faciēdum in vertigine scotomia: ⁊ alijs
egritudinibꝰ capitis. ¶ Dixit Gal. ꝙ sirupus acetosus sq-
liticus est maioris ⁊ melioris virtutis diasquilla: sed ego or
dinaui eam dicto modo quo datur pueris. ¶ Dixit Alexā-
der in cura hirsen: ꝙ epilepsia aut accidit a capite: aut a sto
maco: aut a vapore dissoluto ab aliquibus alijs membris:
petente cerebrum cuius ascensus presentitur a patiente vs-
que quo ascendit cerebrū. ¶ Et signa eius que est a stoma-
co sunt iectigatio cordis ⁊ eius inordinatus motus: ⁊ pun-
ctio stomaci: ⁊ mouetur eius paroxismus cum patiens mul
tum abstinet a comestione. Et in illa que accidit ab aliqui-
bus alijs membris corporis: presentitur a patiente vapor
resolutus a membro petens cerebrum: ⁊ accidit vt pluries
humidis natura ⁊ pueris. Et pueri non debent curari: qꝛ
sanantur in mutatione etatis ⁊ conferunt huic morbo ven-
tose cuꝫ scarificatiōe: ⁊ sinapis: ⁊ vstura super caput in ho-
ra paroxismi ⁊ insufflatio rerum calidarum p nares. ¶ Et
inueni in libro signorum ꝙ ex spasmo inducitur epilepsia: ⁊
ex oppio inducitur tetanus vel cōgelatio. Et signa parato-
rum ad epilepsiam sunt ponderositas capitis: ⁊ eius dolor:
⁊ fortis soda. ⁊ tarditas motus: constipatio ventris mesti-
ties ⁊ iectigatio in facie. ¶ Et epilepsia accidit a cerebro
aut stomaco: aut a matrice: aut propter lumbricos: aut pro-
pter malum vaporē ascendentem ab aliquo alio membro:
quelibet istarum specierum habet signa ⁊ causas. ¶ Dixit
Ypo. in sexto epidimiarum. ꝙ summa cura epilepsie est sub-
trahere materiam assidue a cerebro omni ingenio ⁊ redde-
re ipsum leue et minuere eius superfluitates. ¶ Et dixit in
primo capitulo sexti. Quod pueri patientes epilepsiam li-
berantur vt pluries in adolescentia nisi sint vsi mala dieta:
⁊ accidit hic morbus ſm magis ex mala complexione frigi-
da dominante cerebro: ⁊ ſm plures erit ei admixta aliqua
humiditas. Et paroxismus epilepsie que accidit ab aliquo
membro non ita sepe superuenit sicut ille qui fit a cerebro:
⁊ hoc manifeste apparet in pueris in principio eorum nati-
uitatis quibus superuenit ex superfluitate humiditatis cō-
plexionis cerebri: ⁊ liberantur vt pluries cum protenditur
eorum etas: sine aliqua cura: ⁊ illi quibus accidit epilepsia

in pueritia ⁊ euenit maxime propter malam dietaʒ ⁊ custodiam eoruʒ non debent dimitti quin inuenitur propter spē liberationis eorum in adolescentia: sed debēt curari. ¶ Et in .v. capitulo. sexte ꝑticule epidimiaꝝ. dixit. Y. ꝙ coitus nocet epilepticis: ⁊ epilepsia est proprie morbus puerorum: ⁊ ideo vocatur morbus infantilis. ¶ Et in sexto capitulo. vi. particule. dixit. ꝙ epilepsia accidit cerebro ex participatiōe aliorum membrorum corporis: sed ꝯm plures accidit vitio cerebri ipsius. Et causa propter quam accidit hic morbus: est humor grossus frigidus coadunatus in cellulis cerebri: dominans origini neruorum: ⁊ proprie prime radici spinalis medulle. Et iuuatur huius humoris flegmatici solō: cuʒ febribus ⁊ maxime cum quartana: ⁊ cum febribus cronicis ⁊ cū quartanis diuturnis: ⁊ difficilis ⁊ lōgi frigoris: q2 frig⁹ mouet humorem: qui adhesit radicibus spinalis medulle: ⁊ opilat eius vias. Et caliditas febris dissoluit ⁊ subtiliat ip̄ʒ ⁊ mutat complexionem totius corporis in caliditateʒ ⁊ siccitatem. Et scias ꝙ post difficile ⁊ magnuʒ frigus sequitur exitus superfluitatem corporis: ⁊ ꝯm plures educuntur per sudorem: ⁊ multotiens per vrinam egestionem ⁊ vomitum: ⁊ epilepsia est spasmus qui accidit toti corpori: ⁊ euent⁹ febris post spasmum est conueniens: Et ideo dixit Ypo. quartanam habenti non incurrere epilepsiam: ⁊ patientibus epilepsiam quartana superueniens soluit egritudinem. ¶ Et dixit in octauo capitulo. sexte particule epidimi. Quod patientes cogitationem melancolicam mntantur ꝯm plures ī epilepsiam: ⁊ patientes epilepsiaʒ mutantur in cogitationē melancolicā. ¶ Et dixit Gal. ꝙ hoc accidit cū epilepsia est ex humore melancolico: ⁊ epilepsia euenit ex humore madefaciente radicem spinalis medulle. Et quando cum hoc humore adest caliditas ⁊ febris: nō accidit epilepsia. Si vō siccitas caliditas ⁊ febris non adsunt non euenit epilepsia: nisi ex flegmate vel ex melancolia. ¶ Et dixit in libro de regione ⁊ aere ꝯm plures accidit pueris ⁊ adolescētibus ⁊ in regionibus meridianis: ⁊ habentibus cerebrum humiduʒ. ¶ Judeus dixit ꝙ epilepsia que est ex humore melācolico mutatur in melancoliam ⁊ epilepsiam ⁊ illa que est ex flegmate mutatur in paralysim ⁊ econuerso: ⁊ quando in epilepsia apparent rubor ⁊ repletio faciei: ⁊ etiam repletio in capite: ⁊ faucibus: fiat minutio de vena cephalica: ⁊ postea flobotomentur alique vene capitis ⁊ maxime nasi ⁊ fiat scarificatio super ceruicem ⁊ ventosatio cum scarificatiōe ⁊ in epilepsia que accidit ex vapore ascendente a stomaco non est melius ꝙ̄ flobotomare duas arterias que transeunt per occipitium indirecte eo ꝙ vapor non ostendit cerebrum nisi per eas: ⁊ emplastretur caput cum rebus aromaticis ⁊ stipticis. Et in epilepsia que est ex flegmate abradatur caput patientis: ⁊ inungatur cuʒ sinapi centaui. colloquintid. fimo columbino piretro ⁊ mell. ⁊ dimittatur aliquantulum: ⁊ demum fiat ablutio manuum cum decoctione camomill. ⁊ origani ⁊ purgetur cum yera ⁊ pulpa colloquintide: ⁊ si expedit ꝙ flobotometur vena cephalica vel vena nasi: fiat audacter: sin autem ventosetur cum scarificatione supra ceruicem ⁊ nasaletur cum nasalibus acutis: ⁊ detur quolibet die post hoc mane ⁊ sero. añ. ʒ. ʒ. de yerahermetis: ⁊ si fieret suffumigatio per nasum ex peonia ⁊ assidue odoraret ipsaʒ patiens esset maximi iuuamenti: ⁊ nasale factum ex rebus calidis est de his que magis conferunt epileptico. Et si in declinatione paroxismi consurgit epilepticus ⁊ verecundatur signum est ꝙ egritudo non multuʒ dominatur ei. ¶ Et epilepsia que fit a cerebro est sicut sincopa que fit a stomaco: ⁊ accidit ex humoribus nocentibus ei: ⁊ tunc cerebrum contrahitur ⁊ mouetur ad expellendum ipsum nociuuʒ humorem: sicut accidit in dispositione vomitus: ⁊ erit eius cōtractio sine modo ⁊ ordinatiōe: ⁊ erit spasmus in toto corpore ⁊ motus inordinatus. ¶ Dixit Tabri. epilepsia īterficit velociter pueros ⁊ mulieres ⁊ maxime illos in quibus est paucus sanguis ⁊ eorum vene sunt arcte: ⁊ quando cadit epilepticus vt mortuus ⁊ parum mouetur significat ꝙ multum flegma est in cerebro: Et quando spuma cadens ab ore suo bullit in terra significat ꝙ egritudo est ex humore melancolico: ⁊ cum paroxismus declinat cum sternutatiōibus: ⁊ his similibus: morbus erit leuis ⁊ facilis curationis. Et confert assidue odorare ruthā: q2 liberat eos omnino: ⁊ quādo epilepsia est a stomaco vtantur vomitu: ⁊ postea yerapigra ⁊ medicinis confortantibus os stomaci: ⁊ si accidit ex vapore ascendēte ab aliquo alio membrorum corporis: fricetur mēbrum ⁊ calefiat ⁊ ponatur desuper emplastrum de semine sinapis ⁊ confortetur caput ꝙ possit resistere vapori ascendenti ad ipsum: ⁊ confert experimentuʒ hoc quod expertus est Alexander Accipe piretrum ⁊ tere ipsum bene ⁊ conficiatur cum melle ⁊ detur de eo in potu. xi. vicibus. ¶ Dixit Aaron. Cura epilepsie post deriuationē materiei ad aliam partem ⁊ obuiationem vaporis ascendentis ab alio membro est confortare cerebrum ꝙ resistat vaporibus ascendētibus ad ipsum. Et dixit ꝙ spasmus qui accidit in epilepsia est similis saltui ⁊ non distensioni ⁊ cito soluitur: ⁊ erit eorū defectus rationis ⁊ sensus ⁊ significat velocem euentū paroxismi epilepsie: ⁊ eius velocem declinationem: eo ꝙ non est ex siccitate: sed ex humiditate superflua descendente ad locum ⁊ recedente ⁊ elongante se velociter ab eo. Et epilepsia que fit ex melancolia ducit ad permixtionem rationis: flegmatica vero non: ⁊ secundum quantitatem magnitudinis spasmi in hoc morbo erit quātitas paroxismi. ¶ Et dixit Tabri ꝙ paruitas motus significat magnitudineʒ egritudinis. Et per primum significatur ꝙ natura est vigorosa ad expellendum eius nociuum: ⁊ per scd̄ʒ demonstrat̄ morbi victoria: ⁊ nature defectus: ⁊ quando paroxismus tarde soluitur ostēditur morbus esse difficilis: ⁊ epilepsia est spasmus cerebri: ⁊ est motus cōtrahens ipsum ad expelienduʒ quod est in eo nociuum. Et quando superuenit fortis spasmus: ⁊ spuma multa: signuʒ est ꝙ fortis ⁊ grossa dominetur cerebro materia. cuius dissolutio est valde difficilis ⁊ egritudo est periculosa. ⁊ quando epilepsia est ex mala complexione sine materia non debet fieri purgatio: nec reddi venter fluxibilis: sed debet calefieri caput cum fricationibus: ⁊ emplastris: ⁊ fiat nasale cum danich. ℈. peonie trite ⁊ mixte cum oleo iesimino ⁊ lacte mulieris lactantis puellam: quia mirabiliter confert ⁊ serapinum ⁊ quolʒ fel cuiuslibet auis: ⁊ nasalia calida conferunt similiter ad hūc morbum. ¶ Dixit alchindus. ꝙ lapis alcalcal suspensus ad collū curat epilepsiam. ¶ Dixit Paulus. epilepsia fit ex humore flegmatico ⁊ aliquādo ex melancolico ⁊ possibile est ipsuʒ esse in cellulis cerebri: vel in ipsius essentia: ⁊ aliquando ex comunitate stomaci vel aliquoꝝ aliorum membrorum videlicet manus vel pedis: vel matricis ⁊ possibile est ꝙ accidit mulieri pregnanti ⁊ durat toto tempore pregnitiei ⁊ postꝙ̄ pariet liberabitur: ⁊ accidit pueris magis ⁊ maxime nouiter genitis: ⁊ etiam adolescentibus ⁊ aliquando iuuenibus: ⁊ minus accidit decrepitis ⁊ senibus: ⁊ precedunt hunc morbuʒ mutatio anhelitus: ⁊ situs corporis: sicut obliuio ⁊ permixtio somnioruʒ: ⁊ soda ⁊ assidua ponderositas capitis: ⁊ maxime cū mouetur in ipsa impetus ⁊ debilitas motus lingue: ⁊ cum morbus erit causa stomaci accidit ei icētigatio: cum est ieiunus vel cuʒ tardatur eius comestio: ⁊ punctio ⁊ morsura in stomaco: in aduentu paroxismi ⁊ cadunt ⁊ clamant ⁊ spumant: ⁊ spuma est proprium signuʒ horū ⁊ aliqui emittunt stercus ⁊ vrinam in voluntarie. ⁊ quando paroxismus est longus ⁊ sepe accidit: velociter interimit ⁊ cū accidit viris post anfrodisiaʒ ⁊ mulieribus post mēstruoruʒ eruptioneʒ prolongatur eis morbus nisi inuentur magna ⁊ sollicita cura. Et si accidit hic morbus ante tempus hoc: spes habeatur de cōmutatione huius morbi in ipsaruʒ etatuʒ mutationibus. ⁊ manifestatur hic morbus ⁊ ostenditur homo esse epilepticus cū suffumigat̄ ex pice vel cornibus capraꝝ. Et si epilepticus comederet epar hircinū vel odoraret ip̄ʒ incontinenti incurret casus. ¶ Et quando hic morbus accidit infantibus cura eorum est rectificare lac ex quo nutriuntur: ⁊ cum non erit necesse eos amplius lactare ⁊ incipiunt comedere cibaria eis conuenientia liberantur omnino ⁊ si torquentur aliqua membroruʒ epilepticorum fricentur cū oleo ⁊ aq̄ ⁊ rebus mollificatiuis ⁊ cōprimātur ꝑ manu mēbra retorta ⁊ prouocetur eis vomitus in hora paroxismi cū pēna intincta in oleo liliaceo vt trahatur flegma quod mouetur illa hora: ⁊ odorent altit vel assam fetidam ⁊ picē fontium. i. aspaltum: ⁊ picem kitran ⁊ tergatur os eorum: ⁊ amoueatur exinde spuma ⁊ tempore quietis flobotomentur in primis: ⁊ postea emplastrentur extremitates cum medicinis rubificatiuis: ⁊ ponantur ventose sub ypocundrūs: ⁊ instilletur ori eorum in hora paroxismi assa ⁊ castoꝛ. dissoluta in aceto ⁊ melle: ⁊ tempore quietis etiaʒ purgentur ⁊ clysterizentur. Et prohibeatur eis longo tempore potus preter

potuȝ aque: ⁊ postq̄ sunt flobotomati quiescant per septeȝ dies: ⁊ postea purgentur cuȝ elleboro nigro. diagredio. pulpa colloquintide: succo cucumeris asinini ⁊ sticados: ⁊ prouocetur eis vomitus cuȝ medicinis violentis: ⁊ postea quiescant: ⁊ intrent balneū ⁊ ventosentur sub ypocundrijs post tertium diem: ⁊ inter spatulas ⁊ quiescant per aliquot dies: ⁊ detur eis in potuȝ yera ruffina. ⁊ ventosentur cum scarificatione in nucha ⁊ ceruice: ⁊ abradatur eorum caput: ⁊ emplastretur cuȝ aceto sinapi ⁊ rutha: ⁊ quiescant postea ꝑ aliquot dies ⁊ reuertantur ad laxationeȝ: ⁊ proprie cuȝ pulpa colloquintide. Et fiant sternutationes cuȝ castoreo: ⁊ gargarismata cuȝ aceto squille: ⁊ clysterizentur clysteribus calidis: ⁊ emplastrentur cum emplastro sinapis: ⁊ vtantur sepe hoc cōsilio interueniēte quiete medicina. Et detur eis quolibet die sirupus squilliticus ⁊ vtantur capparis: ⁊ piscibus salitis: ⁊ caueant ab alijs carnibus leguminibus vino coitu balneo sinap̄. cepis: ⁊ omnibus rebus fumosis replentibus caput sicut vinū vinosuȝ ⁊ puruȝ: ⁊ vtantur moderato exercitio ⁊ fricationibꝰ totius corporis a capite infra capite erecto. ¶ Et cum epilepsia sit vitio stomaci debet procurari digestio in patiente. ⁊ sit eius cibus leuis: ⁊ detur in potu pigra multotiens quolibet anno. ¶ Et iuuantia naturaliter hunc morbuȝ ⁊ habentia mirabilem proprietateȝ ad ipsum sunt peonia: agaricuȝ: siseleos: semen splendelidon: scolopēdria ⁊ radices aristol. ro. cuȝ darenť in potu cū aqua: ⁊ vsus ventosarum cuȝ scarefactione super tibiam. ¶ Et cum epilepsia est ex vaporibus ascendentibus ab aliquibus membris corporis debet in principio hoꝛ. paroxismi cuȝ presentitur vaporis ascensus ligari forti ligamento supra locuȝ illius mēbri a quo incipit illius vaporis ascensus: q: ex hac ligatura prohibetur euentus paroxismi ⁊ tēpore quietis inungatur cum medicinis rubificatiuis ⁊ ponantur in eo cantarides vt ampulletur locus: ⁊ conferūt eis balnea sulfurea. ⁊ diminuatur eis potus aque: ⁊ caueant ab indigestiōe ⁊ cibis grossis: ⁊ multa abstinentia cibi: eo ꝙ nocet eis ⁊ dominū colere in eoruȝ corporibus: ⁊ potus vini puri: ⁊ res acute mouent eis paroxismum. Et non debent multuȝ cōmorari in balneuȝ nec calefacere eoruȝ capita ad solem: quia illō similiter facit accidere paroxismum.

5 ¶ Et incubus accidit sepe ebrijs: ⁊ male digerentibus ⁊ cuȝ accidit hic morbus sentit patiens reȝ ponderosam supra se grauantē ⁊ cōprimentē ipsuȝ ⁊ videtur strangulare eū. ⁊ nō potest clamare: ⁊ possibile ē ꝙ credit clamare: ⁊ nō clamat. ¶ Et non dȝ pretermitti cura huius morbi: q: quādo multiplicatur ⁊ sepe accidit ducit ad epilepsiaȝ ⁊ paralysiȝ: sed est incipienduȝ a flobotomia ⁊ purgatione. Et laudabilior cura huius morbi est dare. ʒ. i. ℈. de elleboro nigro mixto cuȝ ʒ. ℈. de scamonea: ⁊ aliquibus de seminibus aromaticis. ⁊ ē similiter magni iuuamēti yera ruffina: ⁊ debet subtiliari eoruȝ dieta: ⁊ debēt dari in potu. xv. gra. peonie nigre ⁊ debēt eis vti assidue. ¶ Alexāder in libro suo ait. nunq̄ inueni medicinam coequalem nec tantum laudataȝ: ⁊ expertam. sicut sunt pillule quas nunc dico. Recipe diagredij. ʒ. iiij. elli. ʒ. ℈. euforbij. nitri. añ. ʒ. ℈. bdelij aloe. epici. añ. ʒ. i. pulpe colloquintide. ʒ. iiij. dosis puerorū erūt. danich. iiij. ⁊ adolescentū auř. i. Et cōsuetudo mea est cuȝ do. has pillulas ⁊ sibi similia trahentia flegma ⁊ melancoliaȝ: ꝙ procuro ꝙ mēbrum patiēs sudet: ⁊ frico ipsum assidue: ⁊ pono desuper scetharagi ⁊ liberatur patiens omnino. ¶ Et hec medicina similiter est leuis ⁊ magni iuuamēti. Accipe piretrum ⁊ tere ipsuȝ fortiter ⁊ da de eo in potu coclear vnuȝ cuȝ tantūdeȝ mell. ⁊ debēt esse dosis cocleariū. xi. interueniēte: qete medicina: ⁊ hec medicina est probata ⁊ experta: ⁊ ideo non debet sperni.

y ¶ Et si cupis scire si aliquis est epilepticus suffumiga ipsum cuȝ cornu caprino ⁊ pone in naribꝰ eius myrrhaȝ ⁊ incontinenti cadet: ⁊ fertur ꝙ vene que sunt sub lingua patiētis sūt virides. ¶ Et dixit Alexander: ꝙ cuȝ epilepticus cadit cōfricētur eius extremitates proprio situ ⁊ calefiat caput cum rebus multe caliditatis: ⁊ ex hoc cōsilio liberabitur patiēs: ⁊ ex odore ruthe siluestris conualescit epilepticus: ⁊ cuȝ quescit a paroxismo debet assidue odorare ipsaȝ: q: ego sum expertus. ¶ Et summa consilij epileptici est procurare eiꝰ digestioneȝ ꝙ non corrumpatur ⁊ conseruare euȝ in equalitate: ⁊ facere ipsuȝ cauere a vino fumoso non lymphato lacte caseo ⁊ omnibus factis ex lacte ⁊ ab odoribus horribilibꝰ: ⁊ aromaticis ⁊ non debet morari in loco ventoso nec incumbere se super locuȝ altuȝ: ⁊ nō debet assiduare cooperire eiꝰ caput: donec conualescat omnino: neqȝ sedere ad soleȝ nec morari iuxta igneȝ ⁊ non protrahat moraȝ in balneo: ⁊ non aspergat supra eius caput aquaȝ calidam: ⁊ non intret balneum nisi postq̄ bene celebrata fuerit eius digestio: ⁊ non comedat aloe. nec aliaȝ reȝ dulceȝ nec bibat vinū dulce generans flegma: quia ille qui vtitur hoc consilio non indigebit alia cura. ¶ Dixit Simeon: quando cuȝ epilepsia accidit tremor ⁊ aliqua mēbra deficiunt in eoruȝ virtute euenit hoc ex flegmate: eo ꝙ flegma prohibet omnino transitum spirituuȝ per mēbra: ⁊ quando in epilepsia deficiunt mēbra omnino: tunc accidit ex melancolia: ⁊ est deterior prima: q: opilantur omnes vie spūs ⁊ cito intermittit. Et post purgationeȝ flobotomiaȝ ventreȝ fluxibileȝ gargarismata ⁊ sternutationes sunt bona non inueni melioreȝ ⁊ expertiorē medicinaȝ ad epilepsiaȝ q̄ȝ dare mane ⁊ sero patienti ex melācolia de metridato theodorico in quātitate vnius nabaka: ⁊ si assiduat hanc curaȝ patiens liberabitur omnino: q: multi fuerunt ex hoc cōsilio liberati. ¶ Cura epilepsie flegmatice. abradatur caput patientis ⁊ emplastretur cuȝ emplastro sinapis. ⁊ tapsie: ⁊ purgetur cum pulpe colloquintide ⁊ flobotometur de vena cordis brachij. ⁊ postea in naso: ⁊ prouocentur sternutationes: ⁊ vtatur per annum mane ⁊ sero. metridato paulatim. spasmus est.

y ¶ Et conferunt incubo dare in potū grana peonie cū aqua.

x ¶ Et dicitur in libro de abbreuiatione: mater puerorū accidit ex siccitate ⁊ epilepticus debet abstinere a coitu: ⁊ cura eius debet esse cuȝ vomitu. ¶ Dixit filius mesue insuffletur naribus epileptici castor. ⁊ condisium: ⁊ ex hoc erit eius liberatio. ¶ Dixit Johannicius in libro de electione. Accipe succuȝ tapsie: ⁊ farinaȝ ordei: ⁊ acetuȝ ⁊ fiat exinde vnuȝ pomuȝ: quod in manu teneat patiens: ⁊ ipsum assidue odoret: q: mirabiliter confert. Et confert ei esus carniuȝ caprinaruȝ preceteris carnibus: ipse eniȝ alleuiant morbi materiam ⁊ inungatur frons epileptici: ⁊ spondiles colli: pectus dorsuȝ: ⁊ stomacus: ex medulla tibie camelli dissoluta i oleo ro. est enī magni iuuamenti ⁊ multotiens fuit expertum. Et detur patienti mane ⁊ sero in potu de spuma maris vel de polio maiori: q: de sua proprietate consequitur mirabilem effectuȝ ad hunc morbuȝ: ⁊ accipiatur etiam ex corio frontis asini corrigia vna lata ex qua fiat gerlanduȝ. i. sertuȝ patienti quod teneat per annuȝ supra fronteȝ ⁊ in omni anno innouetur: q: mirabiliter confert ⁊ est expertuȝ vel dentur ei ad comedenduȝ carnes asinine in quolibet principio mensis lunaris: ⁊ detur ei similiter de radicibus cotule. i. camomille fetide albe: q: habent proprietateȝ ad hunc morbum: ⁊ fiat pomuȝ vnuȝ de peonia quod assidue odoret. ¶ Dixit Oribaf. Cum accidit paroxismus epileptici fricentur eius mēbra que apparent spasmata: ⁊ inungātur ex oleo ⁊ intromittātur penna ori: ⁊ prouocetur vomitus: ⁊ sternutatiōes. Et si hec cura nō erit sufficiens signū est ꝙ morbus sit difficilis: ⁊ periculosus. ⁊ tēpore quietis debent epileptici flobotomari: ⁊ ponatur emplastruȝ sinapis super coꝝ extremitates: ⁊ membrum a quo vapor ascendit: ⁊ si paroxismus ē fortis in eius insultu: intromittať naribus eoruȝ castor. acetuȝ: ⁊ altit. ⁊ clysterizentur in ipso paroxismo cuȝ centauree: colloquintide. Et purgentur de. vij. in. vij. cuȝ pulpa colloquintide. ⁊ ello ⁊ vtantur ventosis assidue cuȝ scarefactiōe super tibias: q: est maximi iuuamenti ⁊ mirabiliter confert portare peoniaȝ suspensaȝ ad colluȝ. Et res magni iuuamēti ad hūc morbuȝ sunt agaricuȝ: siseleos: affodilli: aristol. ro. ⁊ semina peonie recentia suspensa ad colluȝ mirabiliter valent: ⁊ debent similiter assidue odorari: ⁊ viri magni curentur cuȝ vomitu ⁊ purgationibus ⁊ medicinis alterantibus complexioneȝ: ⁊ pueris suspendatur ad colluȝ vnuȝ pomuȝ factuȝ ex dictis rebus. ⁊ illud teneāt in manu assidue ⁊ odorent ipsum: ⁊ ex alto suffumigentur.

5 ¶ Dixit Ruffus: quādo superuenit incubus incipiatur a vomitu ⁊ purgatiōe: ⁊ subtilietur eius dieta: ⁊ purgetur caput: cuȝ sternutationibus: ⁊ gargarismatibus: ⁊ postea inungať ex castor. ⁊ ei similibus: ꝙ non possit peruenire ad epilepsiā. Et hoc dixit in libro suo queȝ cōposuit de melancolia.

y ¶ Dixit qn̄ superuenit epileptico baras qđ est q̄si morphea alba: tunc difficilis est eius cura. Et maxime quando in capite ⁊ collo solȝ est. ¶ Theodosius vnguentum mirabile ⁊ expertum ad epilepsiā: ex quo inungatur mēbra a quibus

ascendit vapor ad caput: vel ipsum caput cum morbus est in eo. ℞. cere. ʒ. viij. tapsie castor. an. ʒ. iij. eufor. ʒ. i. ʒ. olei qd sufficit. ¶ Dixit Serapionis. quando epilepsia est solum a cerebro comitantur patientem: grauedo: capitis: vertigo: visus obscuritas: durities motus lingue: ⁊ oculorum: croceitas faciei: ⁊ loquelle impedimentum. Et si accidit ex participatione stomaci erunt in stomaco iectigatio: ⁊ morsa ⁊ abhominatio: ⁊ possibile est q evomunt quando esuriunt: ⁊ possibile est q inuoluntarie spermatizant ⁊ clamant in hora paroxismi ante eorum casum. Et in epilepsia que accidit ex communitate alicuius alterius membri presentit patiens in hora paroxismi vaporem ascendentem ab illo membro ad caput. ⁊ cum superuenit epilepsia pueris qui lactantur nõ debent curari: quia in mutatione etatis commutatur morbus: verũtamen oportet esse studium in rectificando lac: ex quo nutriuntur ⁊ instilletur naribus eorum scelithe dissolutum in succo stebebethe vel sansuci ante insultum paroxismi: ⁊ ex hoc consilio debent vti donec lactanẽ: ⁊ adolescentes vtãtur subtili dieta ⁊ moderato exercitio: ⁊ apponatur in pane eorum coriandrũ: q; prohibet ascensum vaporum ad caput: ⁊ nõ comedãt sinapi. cepas: allea: fabas ⁊ caules: eo q multiplicantur similiter ascensus vaporum ad caput: ⁊ pretermittant esum fructuum humidorum: dactilorum nucum ⁊ omniũ ciborum grossorum: ⁊ balneum dimittant similiter omnino ⁊ mutentur successiue de regione calida in calidiorẽ: donec perueniat ad locum valde calidum pauci nutrimenti: ⁊ exiccatiui: ⁊ eius aer sit siccus: ⁊ aqua etiam sicca: sicut ciuitas bidie mec. ⁊ si hoc facere non possunt recipiant gradatim medicinas calidas donec calefiant. ⁊ alteretur eorum complexio: ⁊ tunc pretermitti debet earum vsus per aliquot dies: ⁊ cum ad ipsos reuertuntur possunt eis vti audacter: ⁊ abstineant a potu vini: quãto magis possunt ⁊ non bibant ipsum purum: quia replet caput vaporibus ⁊ sumant syrupum acetosum squilliticum: vel syrupum de absinthio: ⁊ in hora paroxismi aperiatur os eorum ⁊ intromittaẽ in eo pila ⁊ prouocetur ei vomitus cũ penna intincta oleo liliaceo: ⁊ si non de facili possunt vomere assuescat ipsum tẽpore quietis egritudinis: ⁊ si eorum facies apparet rubea ⁊ repleta flobotomentur de vena pedis: vel ventosentur in tybijs cum scarefactione: ⁊ incipiatur a purgatiõe humoris flegmatici: vel melancolici: peccantis: ⁊ reiteretur purgatio multotiens ⁊ fiat ex decoctione agarici: polipodij. turbith. fumiterre sticados ⁊ mirabol. Hec enim medicina purgat melancoliam ⁊ non calefacit. ¶ Et si humor est flegmaticus purgentur cũ turbith. pulpa colloquintide agarico sticados: succo cucumeris asinini: ⁊ iera ruffi. ⁊ solum ex vsu iere fuerunt plures liberati: ⁊ post completam purgationem fiant gargarismata: ⁊ sternutationes ad cautelam paroxismi: ⁊ non debẽt vomere tempore paroxismi: ⁊ vomitus debet esse post esum ciborum incidentium: ⁊ cum vtuntur eo qd prohibet congregatio superfluitatum: ⁊ si mouetur morbus quando patientes esuriunt cibentur in quolibet mane cum pane madefacto in succo granatorum ⁊ vino multũ limphato: vel in rob citoniorum aut pomorum. Et opinor q vinum non nocet illi cuius morbus est ex humore melancolico. ¶ Et si morbus euenit ex cõmunitate aliquorum membrorum emplastretur membrũ ex emplastro sinapis scethbaragi. i. nux inda. tapsia: ⁊ castoreo: ⁊ purgetur humor melãcolicus vel flegmaticus: ⁊ flobotometur aliqua venarum magnarum: ⁊ fricetur locus ⁊ scarificetur: ⁊ iniungatur eis exercitium moderatum: ⁊ ligetur vltimo locus: ⁊ ordinetur quelibet corporis dispositio: ⁊ vtere quolibet die medicinis pmixtis. ¶ Medicina valde bona ⁊ experta. Recipe siseleos baccarum lauri. an. ʒ. iij. aristol. ro. peonie. an. ʒ. ij. castor. ʒ. i. trot. squille. ʒ. i. conficiantur cum aceto ⁊ melle despumato: ⁊ sumatur de ea in quantitate vnius nucis cum syrupo acetoso squillitico: ⁊ aqua mellita: ⁊ de medicinis facilibus cũ piretro trito ⁊ mixto cum melle ⁊ exhibitio in quantitate nucis: ⁊ non dz hec medicina negligi: q; est de laudabilioribus. Et ex iera hermis fuerũt plures liberati: qui fuerũt a medicis solis signis pronosticis derelicti. ¶ Y. vo dixit in pronosticis. quando epilepsia est a cerebro: est difficilis curatiõis. cũ est ab alijs membris est facilis curationis.

⁊ ¶ De matre puerorum. Dixit Georgius. Morbus qui nuncupatur mater puerorum est spasmus superueniens cum febre acuta adusta arida sicca prouenienti ex diuersis humoribus. Et vrina huius morbi apparet alba ⁊ pueri liberantur ex hoc morbo propter multas humiditates existentes in eorum neruis. Et si illis quorum etas est vnus annus aliqua pars difficilis huius morbi accidit nõ liberanẽ. ¶ Et cura patientium hunc morbum est intromittere eos in tinam aque calide ⁊ superaspergere capiti eorum lac: ⁊ facere nasale cum oleo amigdal. cucurbitarum: ⁊ violarum: ⁊ lacte mulieris nutrientis puellam: ⁊ non debet dimitti anterior pars capitis sine oleo ⁊ lacte. ⁊ emplastretur collum ⁊ spondiles toti[9] spinalis: ex bismalua. ⁊ oleo viol. ⁊ farina se. lini calefacta ⁊ posita desuper: ⁊ cum infrigidatur emplastrũ amoueatur: ⁊ inungatur locus ex oleo viol. tepido: ⁊ reiteretur ibidem emplastrum calefactum: ⁊ quando calefit emplastrum si desiccatur irroretur aqua desuper in qua cocte fuerunt bismalue: vel dẽtur in potum nutrici vel puero ea que sunt scripta in passionibus acutis: ⁊ debet morari patiens in cripta vel in alijs locis frigidis similibus in frigiditate ⁊ humiditate.

y ¶ Et dixit. Y. in libro quem fecit de morbo dei. q hic morbus accidit ex humiditate madefaciente cerebrum ⁊ manifestatur per pecudes: quia cũ accidit eis hic morbus si aperiretur eorum cerebrum inueniretur plenum humiditate. ¶ Et idem in secũdo sexte particule epidimiarum. quando cum epilepsia accidit febris est ex humore colerico: ⁊ hoc raro contingit. Si vero in corpore generatur humor melãcolicus ⁊ est extenuatum: ⁊ exiccatum: ⁊ nares sunt sicce. ⁊ in oculis apparent lippitudines modice ⁊ vene apparent magne ⁊ replete ⁊ patiens consueuit vti rebus generantibus melancoliam ⁊ coleram obsunt ei debet flobotomari: ⁊ post purgari assidue cum rebus purgantibus melancoliã ⁊ ei[9] dieta sit humida: ⁊ caueat sibi his que dicta sunt in cura epilepsie: ⁊ ab omnibus rebus subtiliantibus: ⁊ vtantur rebus contrarijs his que dicta sunt: ⁊ debet vti infrigidantibus ⁊ humectantibus: vt diminuatur generatio huius humoris in corpore. ¶ Dixit filius mesue in libro suo. quando epilepticus subito cadit: cum clamore forti ⁊ tremore ⁊ eius membra torquentur ⁊ spumat plurimum: ⁊ vrinat ⁊ egerit: eius morbus est piculosus ⁊ mortalis. Et in principio quãdo accidit epilepsia cura debet esse cum vomitu purgatione: ⁊ gargarismatibus: ⁊ postea flobotometur vena cephalica ⁊ assidue odoret patiens odorem asse fetide: ⁊ ponãtur ventose super hypocondria: ⁊ vtatur pigra: quia est valde iuuatiua. Et si morbus multũ dominatur corpori fiant medicine calefacientes ⁊ desiccantes ⁊ confert ventosatio cũ scarefactiõe in crure. Et ille cui aduenit epilepsia cã stomaci cõcedat panẽ de simula cũ vino stiptico: ⁊ vtaẽ ierapigra.

z ¶ Et incubus est principiũ epilepsie: ⁊ accidit ex multis humoribus dominantibus corpori: ex quibus resoluũtur multi vapores petentes caput: ⁊ poẽ est ipsum accidere ex multo sanguine. Et cura hui[9] morbi est flõmia: ⁊ subtilis dieta.

y ¶ Agaricum confert epilepsie. Et ad idem valet aristolog. ro. Et peonia suspensa ad collum valet mirabiliter ad epilepsiam: ⁊ ego fui multotiens eam expertus: ⁊ quando est recens ⁊ suspensa in multa quantitate: tunc est maioris efficacie: ⁊ q; siseleos habet multum subtiliare cum calefactione confert multipliciter epilepsie. kekengi est iuuantior medicina que reperiatur ad epilepsiam. Condimenti fortis odoris ⁊ acuti saporis potatum cum aqua confert epilepsie. Carpobalsamum similiter valet ad idem: ex fumigatione picis sicce manifestatur morbus epilepticus. Ficus conferunt epilepsie. Sinapis tritus ⁊ insufflatus naribus epileptici ⁊ mulieris patientis precipitationem matricis in hora insultus facit ipsos redire. Anolosie. iij. i. dauich. iiij. ʒ. de agarico dato in potum confert epilepsie. Assa bona data in potũ cum syrupo acetoso valet ad idem. Syrupus acetosus liberat epilepticum. Semen camomille ⁊ badarug. i. basiliconis conferunt epilepticis. apium nocet eis.

? ¶ Contra timorem in somno. Dixit lilarius in lapidario suo. Marchasita suspensa ad collum puerorum prohibet eis timorem in somno. ¶ Masarice. Siseleos bibitum vel intromissum per nasale liberat epilepticum.

y ¶ Dixit Luc. syrupus acetosus intromissus per nasale ɔfert epilepsie. ¶ Dixit iudeus. suffumigatio peonie liberat epilepticum ⁊ grana eius comesta cum gelongibin. i. mel rosatum per aliquot dies confert mirabiliter epilepsie. ¶ Dixit fili[9] patriarche. Superior cortex auellane inde exiccata ⁊ pulue

rizata ꝛ insufflata per nasale confert epilepsie. ¶ Electua-
rium meum mirabile ꝛ expertum multotiens ad epilepsiaꝫ.
℞. aristol. ro. kekengi. sticados. agari. añ. mellis qd sufficit.
¶ Joannicius in libro de tyriaca medicine valētes ad epi-
lepsiaꝫ sunt agaricon: pentafilon: siseleos: genciana: carpo-
balsamum cordumeni galbanuꝫ: serapinū. ¶ Ypo. in octa-
ua particula epidimiarum. Epilepsia accidit ex opilatiōe cel-
lularū cerebri: non omnino: quia si opilarent̄ oīno esset apo-
stema ꝛ nō esset epilepsia. ¶ Dixit Gal. epilepsia est duarū
specierū: quarū vna accidit ex humore colerico acuto cū
febre vel ex colera grossa cuꝫ sanguine ꝛ alia euenit ex hu-
more frigido sine febre ꝛ erit ex flegmate vel ex melancolia
ꝛ cōfert in hunc odorare ruthaꝫ recentē: ꝛ tenere ipsaꝫ assi-
due suspensaꝫ ad colluꝫ. ¶ Et dixit quod multi opinati sunt quod
spuma sit laudabilis in epilepsia: sed nō est simpliciter intel-
ligendum: spuma enim fit ex anxietate ꝛ pugna nature: ꝛ ex
impedimento ꝛ horribilitate anhelitus: ꝛ hoc accidit in hora
paroxismi: ꝛ nō post: aut superueniet mors: aut cessat paro-
xismus ꝛ surgit patiens: sed secundum plures fit. cessatio paroxismi:
ꝛ hoc euenit ex aliqua causa que debet indagari: ꝛ quando
multa apparet spuma morbus est difficilior ꝛ periculosior
illo in quo nō multa apparet: ꝛ quādo patiens nullo modo
spumat eius morbus est facilis. ¶ Dixit Tabri. cōfert epi-
leptico aspergere caput eius cū decoctioneꝫ maiorane ta-
marisci ꝛ mentastri. ꝛ emplastruꝫ sinapis ꝛ nasale ex condi-
sio: ꝛ mutatio ad regiones siccas: ꝛ laxatio cum yera ꝛ pul-
pa colloquitide. Et quādo reperit̄ aliquis epilepticus qui
cadit cū tardatur eius comestio ꝛ si comedit prohibet̄ euē-
tus paroxismi oīno tunc est scienduꝫ quod morbus accidit ab
ore stomaci: ꝛ ideo debent exhiberi ei omni die ad comedē-
duꝫ cōfortantia os stomaci: ꝛ debꝫ purgari cū yera amara.
¶ Dico quod est medicīa mirabilis per me ꝛ alios multotiēs
experta ꝛ plures fuerūt liberati per eā. Accipe cōdisiuꝫ: elle-
borum albū pomū terre. ꝛ pulpā colloquintide: ꝛ tere ꝛ pulue-
riza ꝛ intromitte per nasal. ꝛ si sentiet ex hoc patiēs ardorē
inunge nares eius cuꝫ oleo violato ꝛ quiescat donec cesset
ardor: ꝛ post tres horas intromittatur per nasale hec medi-
cina ꝛ superdormiat. ℞. peonie: cordumeni superioris corticis
auellane ide: siseleos recētis: sticados. añ. ʒ. i. serapini. ʒ. ɜ. dis-
soluat̄ serapinū cū succo ruthe ꝛ reliq res trite ꝛ puluerisa-
te conficiant̄ cū eo: ꝛ fiant sief. vel pulueres sicut colliriū: ꝛ
insuffletur naribus per nasale cuꝫ succo ruthe. ¶ Dico he
sunt medicine simplices ad epilepsiā piretrū: sticados: sera-
pinuꝫ assa armoniacū carpobalsamū: semen camomill. me-
dulla camelli. sāguis testudinis siluestris: digici croceī. ossa
capitis combusta: interiora dōnule: coagulū leporis: agari-
cuꝫ: cinis vngularum asinorū: fel vrsi: squilla: yreos: chechen-
gi. i. solatrū siluestre: aristol. siseleos radix viticelle nigre: cor-
dumeni: acorus: spuma maris: castor. ꝛ ruthā. ¶ Dixit hidi-
gorus de proprietate digitorum. croceī conferunt epilepsie.
¶ Paulus fumigiū factū ex cōculis vel blacte bisantie aro-
maticis in hora insultus facit patientē sentire ꝛ expergefa-
cit eum. ¶ Dix. t. G. vidi quendā dantē epileptico ossa ho-
minis combusta: ꝛ plures fuerunt liberati propter hoc. Et
dixit quod sanguis bellocule. i. mustelle confert epilepsie: quia in
eo est virtus fortis dissolutionis ꝛ interiora eius plena co-
riandro ꝛ exiccata mirabiliter conferunt epilepsie. ¶ Dixit
Paulus. Carnes huius aīalis valent similiter ad idē. ¶ Di-
xit filius mesue: quod in multis libris repertū est: ꝛ ipse multo-
tiēs fuit expertus: quia coagulū leporis dissolutū in aceto: ꝛ da-
tum in potu liberat epilepticuꝫ: ꝛ sticados cuꝫ piretro ꝛ se-
rapino valent ad ideꝫ. Acetū in quo fuit madefactum stica-
dos valet similiter ad idē: armoniacū confectū cum melle ꝛ
datuꝫ patienti ad lambendū mirabiliter iuuat. oleuꝫ viola-
tum confert epilepsie ꝛ matri puerorū. ¶ Gal. confert epi-
leptico suffumigatio facta per nares ex castoreo. ¶ Dixit
Paulus ex auctoritate. G. medulla cerebri camelli distem-
perata cū aceto ꝛ data multotiēs epileptico i potu liberat
ipsuꝫ omnino: Et sanguis testudinis siluestris valet ad idē
ꝛ laxentur epileptici cum sero ꝛ maxime illi qui nō possunt
pati acuitatē medicinarū laxatiuarum. Dixit Paulus. herba que
vocatur venus valet ad idē. ¶ Dixit Gal. quod publica fama
est: quia lapis lune dissolutus ꝛ bibitus valet similiter ad idē.
¶ Dixit Ruffus: aqua est melior epilepticis quam vinuꝫ: ꝛ aqua
tepida potata ꝛ balneuꝫ factum ex ea confert epilepsie. Et
ad idē valet fel vrsi. ¶ Gal. ad idem similiter valet yreos.

¶ Dixit filius mesue: sirupus acetosus confert plurimū epi-
lepticis. ꝛ. ʒ. ij. vitecell. nigre vel albe date in potū quolibet
die liberāt epilepticuꝫ: ꝛ fumigiū picis indicat hominē esse
epilepticū: ꝛ fumigiū factuꝫ ex galbano valet ad epilepsiaꝫ.
Et fumus ex aspalto ostendit epilepsiā ficus sicce sunt cō-
uenientes epilepsie. Sinapis trit. ꝫ ꝛ odoratus: expergefa-
cit epilepticum in hora insultus: blete elixe ꝛ preparate cuꝫ
sinapi conferunt epilepsie. Semen papaueris siluestris in
mensura nummi vel. ʒ. vnius inducit vomituꝫ: ꝛ talis vomi-
tus confert mirabiliter epilepticis. ꝛ si suspenduntur ad col-
lum epileptici lapides qui reperiunt̄ in gorza hirūdinuꝫ sa-
natur patiens completa sanitate: ꝛ confert similiter laxatio
ex elleboro nigro. ¶ Dixit Ruffus. si vngitur corpus pueri
epileptici ex peonia trita ꝛ puluerizata ꝛ mixta cuꝫ oleo ro-
sato mirabiliter confert ei: ꝛ debet vti epilepticus cibis de-
siccantibus corpus ꝛ facientibus ventrē fluxibilē: ꝛ prohi-
bentibus ipsum fieri repletū ꝛ pingue. ¶ Dixit Diogenes.
epilepsia interpretat̄ motus sanguinis. ¶ Et dixit Aaron.
quod patientibus epilepsiā supraueniit tumor in somno: ꝛ pre-
cedit ipsaꝫ incubus qui est principiū huius morbi. Et quā-
do multum dominat̄ incubus mutat̄ in epilepsiā. Et quan-
do paroxismus epilepsie quotidie inuadit patienteꝫ interi-
mit eum velociter. Et quando paroxismus epilepsie est lon-
gus similiter iterficit. Et si superuenerit epileptico aliquod
apostema liberabitur ab epilepsia: causa illius aposte ma-
tis. Et secundum plures epilepsia accidit pueris ante anfrondisiā:
ꝛ secundum minus euenit iuuenibus: ꝛ decrepitis: ꝛ accidit simili-
ter mulieribus carentibus menstruis: ꝛ mouetur in hyeme
ꝛ vere ꝛ diminuuntur in septentrione: eo quod ipse desiccat hu-
miditatem: ꝛ mouetur in meridie: quia dissoluit humiditatē:
ꝛ ocium addit ad hunc morbum. Et idem faciunt immode-
ratus cibus: timor: angustia: ꝛ subitus clamor: ꝛ horribilis
odor: ꝛ signum ad hoc est: quia cum fumigatur patiens ex
pice maris incontinenti cadit. Et idem facit pix fontis ꝛ cō-
ficta ꝛ aspectus ab altis locis ꝛ senis: ꝛ ei similia. ¶ Et inue-
ni in quodam libro: quod epilepsia accidit pueris propter ni-
miam eorum humiditatem: ꝛ ideo debet subtiliari corum lac:
cum seminibus ꝛ cibis subtiliatiuis: ꝛ debet prohiberi bal-
samum pueris: ꝛ nutricibus post cibuꝫ ꝛ assiduent fricatio-
nem extremitatum: ꝛ nullum genus apij comedant: ꝛ vinuꝫ
vetus ruffum dulce. similiter nocet eis: ꝛ omne illud quod
replet caput: ꝛ minuantur pinguia in eorum cibis: ꝛ come-
dant carnes animalium leuium carnium: ꝛ multorū motuuꝫ
ꝛ pauce humiditatis: ꝛ abstineāt a fabis lentibus: cepis: al-
leis lacte ꝛ omnibus alijs motibus mouentibus hunc mor-
bum ꝛ conferunt huic morbo festuce ꝛ grana passul. dulciū
ꝛ non appropinquent acetosis: quia nocent. Sed syrupus
acetosus est laudabilis: eo quod subtiliat superfluitates ꝛ pro-
uocat vrinam: ꝛ cum vtantur aceto in cibis eorum est val-
de bonuꝫ: ꝛ vtantur pillulis factis ex epithimo. agarico. pul-
pe colloquin. sticados. polipod. elleboro nigro. Et acorus
est valde iuuatiuus de sui proprietate. ꝛ syrupus de absin-
thio cum aqua decoctionis serpilli confert mirabiliter epi-
lepticis: quia prouocat egestionem ꝛ vrinam. Et gargaris-
ma factum cum syrupo acetoso in quo decoctum sit menta-
strum: serpillum vel ysopus: ꝛ origanum valet multuꝫ: quia
trahit multum flegma: ꝛ vtantur rebus purgantibus melā-
coliam: ꝛ flegma ꝛ ponant de ligno peonie in eorum cibis ꝛ
laxationibus: ꝛ recipiant ex eo fumum per nares cuꝫ embo-
to: ꝛ attrahant eius fumū. ꝛ comedant turtures ꝛ perdices
ꝛ aues de montanis: ꝛ eis similes desiccatiuas: ꝛ laxent̄ cuꝫ
pulpa collogntide: elleboro: euforbio: polipod. turbith. aga-
rico ꝛ lapide armenico. ¶ Dixit. Y. in libro suo de epilepsia
quando superueniunt capitibus: maxillis: ꝛ auribus puerorum vl-
cera vel crustule saniose: ꝛ multiplicantur naribus eorum mu-
cillagines ꝛ ori aquositates: non defacili incurrūt epilepsiā:
eo quod eorum cerebrum mundificatur a superfluis humidita-
tibus. Et quidam puerorum sunt quorum cerebruꝫ mundi-
ficatur in matrice nec extra matricem superuenit epilepsia:
ꝛ huiusmodi morbus: vt pluries accidit pueris ex flegmate
tm̄ ꝛ nō omnino ex colera: ꝛ quando hic morbus est difficilis mul-
ti pueri moriuntur ex eo: quia vene eorum sunt arcte ꝛ non
possunt recipere flegma multum currens ad ipsas: ꝛ cum
eorum etas mutatur ad iuuentutem ꝛ eorum caliditas erit
fortis. tunc morbus erit debilis ꝛ trāseūtes. xx. annū nō de-
facili icurrēt hūc morbū: nisi habuissent ipsꝫ i pueritia. ¶ Et

dixit q multotiēs accidit hic morbus capris: vel ouibus ⁊ arietibus: ⁊ si videretur cerebrum eorum tempore huius morbi inueniretur plenū aqua fetidi odoris: ⁊ ex hoc potest haberi q hic morbus euenit ex humiditate mala: ⁊ superuenit aliquando post mutationem ventorum: ⁊ ventus septētrionalis comprimit cerebrum ⁊ facit fluere eius humiditatem ⁊ meridionalis replet ⁊ humectat ipsum. ¶ Dixit Archigenes in libro cronicorum morborū. q epilepticus debet vti vomitu paulatim: ⁊ postea debet vomere cum elleboro: vt dictum est in capitulo de vomitu: quia possibile est ipsum liberari vna vice aut duabus vel pluribus. Et debilibus debet prouocari cum aqua decoctionis ellebori ⁊ syrupo acetoso: ⁊ flobotomia vene arterialis que est post aurem: est maioris iuuamenti in hoc morbo: q̄ȝ potus ellebori: licet elleborus sit bone operationis: ⁊ proprie quādo patiens est iuuenis. Et vna de melioribus curis ad hunc morbum est appositio medicinarum rubificatarum supra caput abrasum: ⁊ tenere eas ibi per vnum diem si patiens potest pati: ⁊ postea abluatur ⁊ curetur cum vnguentis: ⁊ aliquando reiterentur rubificatiua: ⁊ assiduatio vomitus sine elleboro est valde laudabilis. Et coctura venarum temporuȝ est bona cura in hoc morbo. ¶ Dixit eslimon: debet apponi naribus patientis epilepsiam tyriaca magna. ¶ Dixit melosus: vinum nocet epilepticis: quia humectat cerebrum. ¶ Ait falgaricus. Iuuat ad epilepsiam iera archigenis ⁊ ieralogodion. hec enim mundificant caput: ⁊ euacuāt totam medicinam ⁊ eradicant morbum: ⁊ quando epileptici asellant plurimum per clystere: ⁊ vrinant plurimū est eis valde iuuatiuum. Et non debent potare aquam simpliceȝ per vnum annum completum: ⁊ pretermittant coytū ⁊ balneum calidum: ⁊ solem: ⁊ eorum dieta subtilietur: ⁊ euomāt ⁊ vtantur ell'o in potu. ¶ Et dixit in libro medicinarum laxatiuarum. q plures epilepticos liberauit solum cum laxatione. ¶ Dixit filius mesue: signa epilepsie que fit vitio capitis: sunt impedimentum sensuum grossitudo oculorum ⁊ timor ⁊ pauor. Et in nulla que euenit causa stomaci sentit iectigatio ⁊ morsura in eo. Et in illa que accidit ab alijs mēbris presentit patiens: vaporem ascendentem cerebrum facientem ipsum cadere: ⁊ hec species fm pluries accidit pueris. Et ille cui accidit epilepsia ex melācolia flobotometur de vena saphena: ⁊ post de cephalica ⁊ purgetur cum epithimo: ⁊ vtatur cibis humidis ter in die ⁊ aqua tepida. donec humectetur eius corpus. Et ille cui morbus accidit vitio stomaci purgetur aliquando cum aloe epatico ⁊ prouocetur ei vomitus ⁊ ponantur ventose sub costis eius: ⁊ prouocetur eius digestio regendo eius stomacuȝ. Et si accidit a cerebro vtatur moderato exercitio ⁊ vtatur iera ruffinī. in potu. Et cum accidit ab aliquo membro. ligetur illud membrum: ⁊ fricetur: ⁊ ponantur supra ipsum medicine rubificatiue: ⁊ caueat patiens ab indigestione ⁊ a fastidio ⁊ vtatur balneo. ¶ Dixit Ruffus i libro suo de peonia. q peonia trita ⁊ puluerizata per pannum seteum ⁊ impastata cum confecta liquida ⁊ odorata assidue confert mirabiliter ad hunc morbum: ⁊ extenuatio patiētis est valde iuuatiua. ¶ Dico q aliqn̄ accidit epilepsia pp lumbricos ⁊ cognoscit ex eorum imissione saliue multe ⁊ p̄sentit patiens in hora primi punctionē vētris: ⁊ fluunt plurime superfluitates ex eius ore.

¶ Et inueni in quodam libro. q morbus qui appellatur mater puerorum: est spasmus superueniens ex siccitate. ⁊ non liberantur ex eo nisi pueri: ⁊ patiens ipsum plorat multum: ⁊ erit cum hoc morbo febris acuta: ⁊ siccitas cutis ⁊ nigredo lingue. Et cura eius est inungere lac super caput patientis: ⁊ intromittere ipsuȝ per nasale: ⁊ debet poni in pelui lac ⁊ aqua: ⁊ sedere desuper patiens: ⁊ debent liniri spondiles eius assidue cum oleo ⁊ mucillaginibus humidis.

¶ Capitulum septimum: cuius rubrice sunt.

f De spasmo. etiam in. 5. capitulo ⁊ in p̄.
x De extensione.
aa De tetano.
z De matre puerorum.
bb De congelatione.

Dixit Galienus i duodecimo megategni. Cui accidit spasmus ex forti ⁊ manifesto dolore occasione siccitatis indiget humectatione. Et quando hic morbus superuenit causa febris est icurabilis: ⁊ fm plures euenit ex febre cum qua adest apostema cerebri. ⁊ nunq̄ȝ vidi hac de cā aliquē spasmatū posse liberari. Et spasm⁹ fm pluries accidit ex repletione membrorum neruosorū: sicut euenit patientibus apostema magnuȝ ⁊ difficile. Et accidit similiter ex humore calido pungente ⁊ mordicante membra neruosa aut ex multa frigiditate constringente que superuenit neruis. ⁊ est sicut congelatio. ⁊ ille dicitur tetanus: ⁊ he species ad plus curantur: ⁊ illa que accidit causa siccitatis membrorum neruosorum est incurabilis. Et accidit etiam multotiens ex imoderata purgatione. ¶ Et dixit in tertio membrorum dolentium. q spasmus qui accidit ex siccitate superuenit post magnum dolorem. aut post vigiliam: aut febrem. aut post immoderatam purgationeȝ: ⁊ eis similia que euacuant corpus forti euacuatione. Et spasmus superueniens ex repletione accidit subito. Et ille qui est ex siccitate euenit paulatim. Et quando corpus declinat versus partē interiorem spasmus est in anterioribus musculis: ⁊ cuȝ declinat versus partem posteriorem est in musculis posterioribus. Et quādo stat patiens erectus ⁊ non potest declinare nec ante nec retro: morbus est in musculis anterioribus ⁊ posterioribus. Et quādo spasmus est ex caliditate exiccātur nerui: ⁊ quando ex frigiditate coadunantur: ⁊ cum est ex humiditate ingrossantur ⁊ incuruantur: ⁊ quando est ex humore pungente ⁊ mordicante ⁊ ledente eos corrugantur ⁊ incuruantur: ⁊ coadunantur sicut accidit in singultu. ¶ Dico q hec species spasmi est velocis motus: quia membra sustinent iectigationem ⁊ mouentur motu spasmoso ⁊ distēduntur: ⁊ contrahuntur donec expellant humorē superfluū ⁊ nociuum. ⁊ demum distenduntur: ⁊ quiescunt: ⁊ non reuertuntur ad illum motum spasmosum. ¶ Dixit in libro accidētium. quando dominatur cerebro complexio frigida accidit neruorum distensio. ¶ Et dixit in libro de cathegorijs. Quando membra sunt distensa propter repletionem: sicut membra apostemata eorū: mollificatio erit purgatione eorum. Et dixit q illa que distensa sunt propter congelationem ⁊ frigiditatem: redeunt cum rebus calefacientibus: ⁊ illa que sunt distensa propter siccitatem eorum mollificatio erit cum rebus mollificatiuis. ¶ Et dixit. Y. in tertia particula pronosticorum. q spasmus accidit pueris cum patiuntur febrem acutam: ⁊ eorum venter est constipatus: ⁊ vigilant ⁊ plorant ⁊ timent: ⁊ eorum color mutatur in viridem: vel rubeum vel plumbeum colorem: ⁊ defacili euenit illis qui lactantur: ⁊ sunt nouiter geniti. vsq̄ȝquo perueniunt ad vij. annos ⁊ pueris ⁊ adolescentibus non defacili superuenit spasmus propter febrem: nisi iungatur cum alio difficiliori: ⁊ nequiori morbo: sicut hirsen: ⁊ similibus. Et spasmus accidit infantibus propter debilitatem neruorum: ⁊ copiaȝ nutrimenti: ⁊ defacili possunt reuerti ad eorum naturalem dispositionem. Et quia alij quorum etas transit. xx. annum: non defacili incurrunt spasmum: ideo cum ipsum incurrūt non defacili curantur. Et superuenit multotiens spasmus sine febre: quando vincit in corpore frigiditas: ⁊ multiplicātur in eo humores frigidi ⁊ grossi: ⁊ accidit similiter quando superuenit neruis ⁊ chordis apostema calidum: propter concomitantiam quam habent cuȝ cerebro ⁊ cuȝ iuuenes fortes incidunt in febrem ⁊ superuenit eis spasmus accidit ex aliqua difficili causa: sicut ex nequiori hirsen. dico q debet dici sirsen. Et dixit ex nequioribus signis sunt oculoruȝ tortuositas ⁊ frendor dentiuȝ ⁊ assiduus motus palpebrarum ⁊ strabositas. ⁊ pueris sufficiunt solū vigilie aer timor: aut ventris constipatio: aut corporis distensio: aut coloris mutatio cum spasmus est eis futurus causa febris. Et mutatio coloris ad liuidum significat malos humores ⁊ rube⁹ color declarat multitudinem sanguinis. ¶ Et dixit. Y. in secunda particula afforismorum. febrem in spasmo melius est fieri q̄ȝ spasmum in febre. ¶ Et dixit. G. spasmus accidit ex repletione vel inanitione: ⁊ quando subito superuenit sano necesse est esse ex repletione: quia nerui sunt pleni ex chimo viscoso cuȝ quo nutriuntur: vnde febris superueniens post hūc spasmū calefacit ⁊ dissoluit dictū chimū. Et si spasmus accidit post febrē acutā vel adustā vel post imoderatā purgationem est incurabilis: eo q accidit ex siccitate neruorum ⁊ indigent longa curatione donec humectent: ⁊ morbi acuitas ⁊ eius fortis exercitatio: ⁊ dolor ⁊ nimius mot⁹ ⁊ violētus prohibent fieri curā: ⁊ medicinas consequi eorum effectū: ⁊ ideo talis spasmus cito ducit ad mortē. ¶ Et dixit. Y.

in quarta particula afforis. a spasmo vel extensione habito febris superveniens soluit egritudinem.

¶ Dixit. G. extensio est species spēruz spasmi: ß non est difficilis: eo ꝙ membra non apparent in eo spasmata: sed extenduntur: aut ante: aut retro. Et extēsio in qualibet specie spasmi accidit: sicut dixit. Y. aut ex repletione: aut ex inanitione membrorum nervosorum. Et ille qui accidit cum febre acuta est ex siccitate: sed antecedens febrē necesse est ꝙ fiat ex repletione: ⁊ huic speciei spasmi: si supervenit febris acuta dissoluitur aliquid de eius humiditate ⁊ superfluitate ⁊ sua caliditate digerens aliquid de sua frigiditate ad quaz curam omnes medici conati sunt: ⁊ qualiscūqz fuerit post febrem spasmus est mortalis ante febrem vero non similiter. ¶ Dico ꝙ si cum extensione non esset dolor fortis patiens: quasi nihil sentiret: quia membrum in hoc morbo non declinat ad aliquam partem: sed moritur erectus: ⁊ exercitati medici cognoscunt membrum esse extensum: quando vident ipz directum: ⁊ videtur ꝙ sit quasi elongatum.

¶ Et dixit. Y. in quinta particula afforismorum. spasmus accidit ex elleboro: aut ex vomitu colere eruginose: ⁊ ex omnibus pungentibus os stomaci forti punctione: ⁊ ex fluxu cum vomitu: supervenit spasmus ⁊ proprie in musculis tybiarum. ¶ Dico quando punguntur nervi apostemantur ⁊ accidit spasmus ex repletiōe: ⁊ via curationis est soluere illud apostema. ¶ Et dixit. Y. spasmus ex elleboro: aut ex vulnere a quo fluit multus sanguis: est mortalis: eo ꝙ accidit ex inanitione: ⁊ aliquando accidit spasmus ex vulnere cum cōcomitantur ipsum apostema tangens loca nervosa ⁊ prima mēbra que apparent spasmata: sunt illa que sunt magis ꝓpinqua loco apostemato: ⁊ postq̄z morbus pervenit ad quelibet membra nervosa apostemata ⁊ radices nervorum dominabitur spasmus toti corporis. ¶ Et spasmus superveniens post nimiam ebrietatem est ex repletione: quia vinuz penetrat vsqz profunditatem nervorum: ⁊ quando eius humectatio in nervis est maior calefactione inducit spasmuz: ⁊ quando magis calefacit quam humectat: dissoluitur spasmus: quemadmodum fit in febre.

¶ Tymeus in quarta particula libri sui: quādo spasmus est in vtroqz latere vocatur tetanus: ⁊ hic morbus accidit quādo extenduntur membra ex ventositate inflativa que resoluitur ex medicinis calefacientibus iniunctis superficiei corporis ⁊ medicinis extenuantibus: ⁊ expellentibus ventositatem: ⁊ ideo febris infert his morbis magnum iuvamentum: eo ꝙ calefacit corpus a superficie vsqz ad profundū. ¶ Et dixit in primo capitulo motuū musculorum. Tetanus est ex distensione duorum musculorum existentium in duobus lateribus oppositis tendentium recta linea versus caput.

¶ In secunda particula epidimiarū dixit aer frigidus ⁊ humidus addit ad spasmuz: ⁊ maxime pueris: ⁊ illis quibus natura nervorum est debilis: ⁊ ideo de facili accidit pueris ⁊ est eis minus periculosus. ¶ Ait iudeus. Spasmus superveniens ex siccitate accidit paulatim: ⁊ ille qui est ex humiditate accidit subito. Et confert mirabiliter mēbro spasmato ligare desuper peciam vnam pinguedinis: caude arietine: ⁊ nō debet amoveri donec prestet fetorem: ⁊ tunc removeatur ⁊ reiteretur alia: ⁊ impossibile est spasmatum paralyticatum sic velociter liberari: quia mirabiliter cōfidimus de eius cōvalescētia: ex introitu balnei naturalis. ¶ Dixit Aaron: qñ apparet cum spasmo repletio ⁊ vene patientis sunt manifeste: flobotometur: ⁊ extrahatur sanguis in bona quantitate: ⁊ postea purgetur ⁊ clysterizetur: ⁊ purgetur cuz medicinis violentis. Et quando spasmus accidit ex apostemate nato in ortu nervorum membri spasmati: apponantur supra locum medicine mollificative dissolutive ⁊ subtiliative ⁊ calefactive. Et cum totum corpus est spasmatum debent provocari sternutationes cum rebus vehementer calidis ⁊ mirabiliter iuvant: ⁊ intromittātur similiter per nasale medicine violente acuitatis ⁊ caliditatis. ⁊ cibus patientis spasmū ex repletione: sit cum rebus calefacientibus ⁊ subtiliantibus: sicut ius cicerum cum aneto. sinapi pipere muri ⁊ oleo. Et si spasmus est difficilis ⁊ durus cibetur patiens ex carnibus siccis: sicut carnibus laudularum ⁊ perdicum masculoruz: ⁊ similium. Et cura alterius speciei spasmi erit cuz nasalibus humectantibus ⁊ oleis ⁊ brodiis pinguibus: ⁊ subtilibus ⁊ ptisana: ⁊ debet supaspergi caput de aqua decoctionis violarum ⁊ ordei: ⁊ inungi desuper lac ⁊ debeat intromitti per nasale. Et debet sedere in tina in qua sit lac ⁊ aqua tepida ⁊ liniatur corpus eius in exitu tine ex oleo ⁊ lacte: ⁊ sepe sepius intret tinam si non febricitat. ¶ Dico ꝙ ex verbis precedētibus debet innui ꝙ introitus tine veretur propter febrem: sed maior necessitas incumbit in curatione spasmi q̄z febris ⁊ tina ꝑparata dicto modo humectat ⁊ non desiccat. ¶ Et dixit ꝙ confert spasmo humido sedere supra oleum vulpinum in quo decocta sint semina calida: eo ꝙ suaviter dissolvit ⁊ festinat ad sanitatem: ⁊ liniatur corpus patiens cū adipe ferarum leonuz dissoluta in oleo liliaceo nisi adsit febris quia si febris adest: sufficit cura precedens. Et in spasmo ex siccitate liniatur corpus cum oleo violaceo. ⁊ oleo nenufar. ⁊ oleo cucurbitino: ⁊ cera. Emplastrum valde bonum. Recipe oleum liliaceum ⁊ ceram ⁊ storacem liquidam: ⁊ castoreum: ⁊ euforbium: ⁊ fiat ex eis quasi vnguentum: ⁊ ponatur supra principium nervorum grossorum ⁊ frigidorum: ⁊ ex hoc consilio erit membrum liberatum omnino. ¶ Dixit Tabri. Recipe altit castoreum ⁊ mel ⁊ misce omnia insimul ⁊ exhibe de eis in quantitate vnius nucis patientis spasmum: ex repletione: inducit enim febrē ⁊ dissoluit. ¶ Dixit Paulus. quando spasmus accidit subito sine dubio est ex repletiōe: ⁊ quando supervenit paulatim paulatim: aut post īmoderatam purgationem vel febrem est incurabilis: quia est ex inanitione ⁊ debent curari membra contracta cum distensione ⁊ cum fricatione ex oleo ruthaceo: ⁊ oleo cucumeris asinini: ⁊ eis similibus: ⁊ bibant patientes suum mellitum: ⁊ cū spasmus evenit ex inanitione fricentur mēbra cum oleo humido ⁊ aqua tepida ⁊ intromittantur in tinaz: aqua nō multum calida: ⁊ inungantur cuz inunctionibus mollificativis: ⁊ dentur eis cibi ⁊ syrupi mollificativi: ⁊ bibant vinum subtile: ⁊ odoriferuz velocis penetrationis. nisi adsit febris: detur eis ptisana ⁊ provocetur eis somnus ⁊ extensio que est ex apostemate calido in iuncturis: vel ex repletiōe curet̄ cū purgationibus ꝯvenientibus apostematibus calidis. ¶ Dico ꝙ iuncture appellantur hic iuncture spinalis medulle.

¶ Et dixit multotiens evenit extensio ex forti vomitu: ⁊ conferunt extēsioni: radices spine iudaice: ⁊ semina spine albe: ⁊ spine egyptiane. Et reperiuntur quidam dantes succum cētauree minoris contra extensionem supervenientem ex repletione: ⁊ liniunt corpus patientis cuz oleo cucumeris asinini. ⁊ castor̄. Et si ex his extensio non mitigatur: ponant̄ vētose apponende supra renes ⁊ vltimum spondilem dorsi: ⁊ quando est in manibus ponantur ventose in spatul. ⁊ in spōdili vltimo colli. Et cum corpus est sanum ⁊ extensio est in labio: palpebra lingua oculo: ⁊ est valde periculosum: ⁊ erit valde ꝑcavēdū ne extrahat̄ sanguis a nucha: ⁊ spōdili ꝑ.

¶ Tetanus est aliqua distensio ⁊ accidit ex cōgelatione musculorum corporis: ⁊ maxime illorum qui sunt in cervice: ⁊ evenit ex humore frigido: ⁊ patiens hunc morbum nullomodo potest se flectere ⁊ in hoc est differentia inter tetanum ⁊ spasmum: ⁊ hic tetanus est sicut congelatio musculi distensi versus eius ortum: non debet sentire ob hoc patiens duritiem similem duritiei spasmi: ⁊ proprie in origine musculi: ⁊ possibile est extensionē fieri ante ⁊ retro vel in vtroqz latere eq̄liter. ⁊ cura horū morborum debet esse cum calefacientibus ⁊ desiccantibus: ⁊ febris est mirabilis cura: ⁊ accidit tetanus multotiens ex labore ⁊ cum iacet: homo etiaz super terram duram. ⁊ ex sublevatione oneris ponderosi. ⁊ ex casu vulnere cauterio. Et cum evenit tetanus propter hoc videtur patiens ac si super rideret. ⁊ eius facies remittit̄ a naturali colore. ⁊ oculi a naturali situ. ⁊ possibile est ei supervenire strāguriam: ⁊ possibile est etiam ꝙ eius vrina sit similis aquositati sanguinis. ⁊ ampullosa. ⁊ erit constipatus. ⁊ vigilat ⁊ cadit multotiens a lecto causa extensionis. Et possibile est ꝙ ei accidit singultus. ⁊ dolor capitis ⁊ quidā eorum sentiūt dolorē in cubitis ⁊ renibus ⁊ supervenit eis tremor. Et eorum cura est similis cure extensionis supervenientis ex inanitione. ¶ Et cui accidit extensio tetanosa flobotometur in primo. ⁊ postea ponat̄ supra mēbra lesa lana intincta in oleuz cōmune. vel in oleū cucumeris asinini cū castoreo ⁊ impleatur aliquod vas eneū lacte calido vel oleo calido: ⁊ ponat̄ sup nervos colli ⁊ ponant̄ due vētose cū scarificatiōe: ⁊ debēt poni in collo ⁊ in locis multorum musculorum: ⁊ in spōdilibus ⁊ i vtroqz latere pectoris. ⁊ sub ypocōdriis ⁊ in locis renū ⁊ vesice. ⁊ nō ꝑtermittas subtractionē sanguinis: ß tñ nō subtrahat̄ semel ⁊ subito. sed paulatim. ⁊ successive. ⁊ cum liga

tur vena ponatur lana intincta in oleum ꝙ non poſſit ſub-
intrare frigus. ¶ Et ſi tetanus eſt cronicus intromittatur
patiens in tinam plenam oleo calido multotiēs in die ⁊ nō
moretur multum in ea: quoniam eſt difficilis virtutis. ⁊ de-
tur ei in potum aqua mellita decocta ad medietatem. ⁊ de-
tur ſimiliter in potu. ʒ. ℈. opoponaci. vſqȝ. i. ʒ. cum quantita-
te vnius grani carſemic. i. orobi de aſa. vel detur auř. i. myr
rhe cū aqua mellita. Et melior omnibus his medicinis eſt
caſtoreum datum ter paulatim paulatim: quia eſt difficile
tranſglutire ipſuȝ. ⁊ ſm̄ pluries egreditur per nares eorum
illud quod bibunt. ⁊ tunc ſuſtinent magnuȝ laborem ⁊ mul-
tiplicatur extenſio: ⁊ inungatur ſtomacus cum oleo rutha-
ceo ⁊ opoponaco. ⁊ clyſterizenť ex eo. ⁊ ſuperaſperſio aque
frigide ſm̄ ſententiam Hypo. eſt valde periculoſa. ⁊ ideo
nullus poſt tempora. Hypo. hoc recolit. ⁊ ego ſimiliter pre-
termitto hanc curam. ⁊ debent vti patientes dieta ſubtili ⁊
inungi eorum corpora cum oleis ſubtilibus ⁊ penetratiuis.

¶ Ait cark. poſſibile eſt ꝙ ad tātum deuenit ſpaſmus ꝙ tor
quentur collum ⁊ caput ⁊ inducitur frendor dentiuȝ: ⁊ poſ-
ſibile eſt ſiľr dorſum ⁊ pectus incuruari ⁊ torqueri. ¶ Di-
xit ſimeon: emplaſtretur ſpaſmatus cum rebus mollificati-
uis: ⁊ cum oleo ſe. lini ⁊ biſmalue. ⁊ poſt hoc fricentur ſpon-
diales omnes. ⁊ emplaſtretur aſſidue ⁊ ponatur qualibet
hora in collo coꝝ pannus lineus mollis calidus irroratus
oleo cōmuni calido. ⁊ liniantur ſpondiles a nucha vſqȝ ad
vltimum ſpondilem dorſi ex cera ⁊ oleo calido. ⁊ fricetur ſi-
militer corpus eorum cum eodem aſſidue. ⁊ intromittantur
in pilam cum oleo calido. ¶ Dico ꝙ premeditanduȝ eſt de
intinctu pile cum oleo calido: q2 credo ꝙ oleum non ſit vti
le in ſpaſmo ex ſiccitate. ¶ Et dixit ꝙ intromittātur in bal
neum ſiccum illi qui patiuntur ſpaſmum ex repletione. quia
eſt melior cura que poſſit reperiri ad hoc: ⁊ fricetur corpus
cum caſtoreo diſſoluto in oleo ſambucino: ⁊ detur eis in po
tum oleum de kerua aqua mellita ⁊ aſa. ⁊ ſtent flexis geni-
bus ſupra fumum lapidum calidorum extinctorum cum vi
no. cooperiatur pannis ꝙ ſudent.

¶ Et reperitur in libro de abbreuiationibus. ꝙ ſuperuenit
pueris ſpaſmus ſiccus qui appellatur a vulgo mater pue-
rorum: ⁊ his cōfert ſedere in pila cum oleo violato tepido: ⁊
debet etiam ſuperaſpergi capitibus coruȝ ⁊ intromitti per
naſale ſuccus violľ. ⁊ lac ⁊ inungantur corpora eorum cera
⁊ oleo ⁊ mucillagine pſilij: ⁊ ptiſanaȝ ⁊ mucillaginē bibant:
⁊ ſi eorum venter eſt conſtipatus fiant ſuppoſitoria: ⁊ non
dentur eis per os laxatiua: ⁊ quando ſpaſmus eſt ex humi-
ditate detur in potum ſcelithe ⁊ tyriaca ⁊ prouocentur ſter
nutationes: fomententur patientes ex aqua decoctionis fo
liorum lauri. arthemiſie. foliorū citri ciperi ⁊ calami aroma
tici ⁊ purgentur cum rebus multū laxatiuis: ⁊ poſtea inun-
gantur cum oleo coſtino qđ melius eſt alijs ⁊ oleo de caſto
reo euforbio piretro ⁊ ſemine ſinapis: ⁊ calefiat ort⁹ neruo-
rum cum rebus ſiccis: ſicut ſale ⁊ cicuta ⁊ intromittatur fel
per naſale ⁊ ſuffumigetur cum conficta ⁊ vernice.

¶ In prima particula epidimiarum. Spaſmus accidit velo
citer pueris: ⁊ eſt minus periculoſus eis ⁊ euenit eis de faci
li: q2 coꝝ nerui ſunt debiles: ⁊ nō accidit qlibet ſpaſmus ex
ſiccitate. quia poſſibile eſt febrem diſſoluere humiditatem
ꝑꝑ hoc ſupueniet tetanus humidus: ⁊ idē in ꝓncipio febris:
q2 ille q accidit poſt febrē grauis ē: ⁊ nō erit niſi ex ſiccitate.

¶ Dixit. H. in libro accidentium. accidit multotiens exten-
ſio ex forti frigiditate. Dico ꝙ iſte tetanus pul.

¶ Congelatio ait Serapio ſm̄ pluries euenit pueris ⁊ faci-
lius liberantur alijs ⁊ tranſeuntes ſeptimum annum nō poſ
ſunt liberari: ⁊ ſi liberantur erit cum maximo labore ⁊ peri-
culo. ⁊ de neceſſitate ſuperueniunt huic dolori febris acuta
aſſidue cōmorans ⁊ vigilie ⁊ ventris conſtipatio ⁊ color fa
ciei croceus ſiccitas oris. labioꝝ extenſio. deſiccatio ⁊ nigre
do lingue ⁊ vrina apparet in principio rubea ⁊ vltimo alba
⁊ redditur vrina azura. propter caliditatem aſcendenteȝ ce
rebro: ⁊ principium cure eſt ſuperaſpergere caput ex lacte
aſinino vel caprino: ⁊ liniantur etiam ex eo ſpondiles renū
⁊ ponatur ſupra caput lana madefacta ex oleo violato ⁊ la
cte: ⁊ intromittatur per naſale oleum amigdalinuȝ ⁊ cucur-
bitarum dulcium. ¶ Et ſi ex his non mollificabitur exten-
ſio aſſiduent tinam ⁊ ſuperaſperſionē aquarum mollifican-
tium: ſicut ex decoctione foliorum ſiſami. cucurbitarum his
in aularum ⁊ nenufař. Et ſi morbus eſt difficilis ſedeant i.
tina cum oleo ſiſamino tepido: ⁊ dentur eis in potu mucilla
gines pſilij. ⁊ ſuccus granatorum. qualibet hora cum oleo
violato: ⁊ cathaplaſmetur caput ex maluis violis ⁊ oleo ſi-
ſamino. ⁊ detur in potu ſuccus ordeaceus in quo ſint deco-
cte cucurbite. ⁊ ſi non multum febricitent dentur eis in po-
tum. ℥. iiij. lactis aſinini cum. ℥. i. olei amigdale dulcis: ⁊ zuc-
carum: ⁊ ſi poſt declinationem morbi remaneret alicui mē-
bro aliquid: ponantur deſuper ventoſe cum ſcarificatione.
⁊ inungantur cum pinguedine ⁊ ligetur ſupra mēbrum cau-
da arietina diſſoluta in oleo narciſcino.

¶ Et dixit ꝙ ſpaſmus humidus accidit ſubito ⁊ mollificať
cum eo mēbrum. ⁊ principium cure eius eſt purgatio cū pil-
lulis factis ex aloe epatico caſtoreo euforbio. aſa ⁊ opopo-
naco. ⁊ poſt hoc intrent balnea calida ⁊ naturalia ⁊ diſſolu
tiua: ⁊ inungatur patiens ex hoc vnguēto vel ſibi ſimili. ℞.
cere. ℥. ij. olei abluti cum aqua calida rotuľ. i. euforbij vete-
ris. ℥. i. fricentur cum hoc capita muſculoꝝ ſpaſmatoꝝ: ⁊ va
let ſimiliter ad paralyſim: ⁊ vtantur tenui dieta. ¶ Ait. H.
in tertio membrorum dolentium: quando accidit ſpaſmus
in toto corpore medici ponunt eorum intentioneȝ in cura-
tione ſpondiliū primoꝝ qui ſunt ſub ſpondilibus colli. Et ſi
ſpaſmus eſt ex mēbris faciei curant cerebrum. quia multo-
tiens euenit in labijs in oculo in corio frontis. ⁊ in mādibu-
lis ⁊ in radicibus lingue: ⁊ tunc intentio medicoruȝ in cura-
tione fuit in cerebro. ⁊ ſpaſmus ſuperueniens poſt vigiliam
⁊ poſt purgationē: ⁊ exercitiuȝ: ⁊ anguſtias: ⁊ febres acutas
eſt ex ſiccitate: ⁊ ille qui accidit poſt indigeſtionē: ebrietatē
⁊ multam balneationē: ⁊ diminutionē exercitij moderati. ⁊
multum ſomnum eſt ex humiditate. ¶ Et dixit. Y. Spaſm⁹
ſuperueniens poſt febrem ⁊ cauterium eſt de deterioribus
ſpeciebus ſpaſmi: eo ꝙ ſuperuenit ex ſiccitate neruoꝝ.

¶ Et dicitur in libro ſignorum. ꝙ precedunt extenſionē pō-
deroſitas corporis ⁊ eius iectigatio. ⁊ patiens erit piger: ⁊
balbutiens cum loquitur: ⁊ ſentit punctionem a collo vſqȝ
ad os pudici: ⁊ dolorem oris: ⁊ difficultatē tranſglutiendi: ⁊
ponderoſitatem lingue: ⁊ cum fricat ſuum palatuȝ ⁊ linguā
cum rebus acutis nullum ſentit ſaporem: ⁊ cum incipit do-
lor diſtenduntur colla ⁊ muſculi ⁊ facies erit rubea ⁊ muta
tur ſitus mandibule inferioris ⁊ multiplicatur in eis ſudor:
⁊ frigeſcunt coꝝ extremitates: ⁊ tremunt: ⁊ pulſus erit inor-
dinatus: ⁊ torquetur collum: ⁊ anhelitus eſt anguſtioſus ⁊
velox: ⁊ quando erit extenſio confirmata collum torquetur
⁊ non poteſt flecti ante ⁊ retro.

¶ Dixit Ruffus in libro de melancolia. quādo ex ſpaſmo hu
mido repletur venter humiditate ſignum eſt malum. ¶ Di
xit Ruffus in libro ſuo de dieta. inflatio vētris in ſpaſmo eſt
ſignum mortale. ¶ Dico ꝙ vidi quādam mulierem: cuius
inferior mandibula repercutiebat aſſidue ſuperiorem: ⁊ ali-
quando ſuperior inferiorē: ⁊ ego conduxi vtrāqȝ mandibu
lā forti ligatura ꝙ nō ſonarēt: ⁊ nullo modo obtinere potui
qn ſonarēt: eo ꝙ ei⁹ corpus in tm̄ iflabatur ꝙ videbať ſcin
di per medium. Et principiuȝ huius morbi fuit ſpaſmus hu
midus: ⁊ cum morbus compleuit vltimum laborem ſuū ceſ
ſauit reuerberatio mandibularū ⁊ incepit fortiter frendere
dentibus: ⁊ non inflabatur: ⁊ tunc ilico fuit mortua. ¶ Cu-
ra ſpaſmi humidi ſm̄ filium meſue. clyſterizetur patiens cū
clyſteribus acutis: ⁊ purgeť ⁊ fricetur corpus eius cū pāno
lineo donec rubificeť: ⁊ poſtea ſedeat in aqua decoctionis
foľ. lauri: abrotani: ⁊ ſanſuci: ⁊ fricenť mēbra ſpaſmata cum
borace: ⁊ terra ſeu puluere qui reperiť in pipere: ⁊ pipere: ⁊
cum erit corpus rubificatum inungatur ex oleo coſtino ⁊ li
liaceo: ⁊ non dentur ei ſtiptica: ſed tota eius cura ſit cū reb⁹
calidis mollificatiuis ⁊ nō laxatiuis: ⁊ prouocetur ei febris
dando in potū auř. i. aſe. ¶ Dixit. H. in libro de ſimplici me-
dicina. caſtoreum diſſolutū in vino ⁊ datum in potū ⁊ inun-
ctio facta ex oleo cōmuni antiquo ſunt de melioribus ⁊ ex-
pertioribus medicinis que poſſunt fieri in ſpaſmo ex reple-
tione. ¶ Et dixit Diaſcorides. Aſa piper: ⁊ rutha bullita in
vino mirabiliter conferunt cum bibuntur in ſpaſmo ex re-
pletione. ¶ Dixit. Y. in quarto epidimiarum. non quilibet
ſpaſmus ſuperueniens poſt febrem malus: ſed ille qui acci
dit poſt febrem acutam vel poſt febrem diuturnam. ¶ Di-
co ꝙ vbi dicitur malus debuit poni ſiccus. ¶ Ait. H. in li-
bro accidentiū. ſtrictura dentium ⁊ dolor mandibularū ac-
cidit ꝓpter ſpaſmuȝ muſculoꝝ mandibularū. ¶ Dico ꝙ ſi
homo eſt ſpaſmatus: ⁊ ante ſpaſmū ſenſit abhominationeȝ

ꝛ duritiem anhelitus ꝛ murmurauit multũ eſt ſpecies ſpaſmi ſuperueniens ex cõmunitate cerebꝛi cum oꝛe ſtomaci. ¶ Et dixit Gal. in libꝛo quinto accidentium. aqua decoctionis carpobalſami confert mollificationi neruoꝝ. ¶ Dixit. Y. in libꝛo ſuo de elleboꝛo. Caſtoꝛeum cõfert ſpaſmo frigido pꝛe ceteris medicinis.

aa ¶ Oleũ alchãne ꝯfert mirabiliter ſpaſmo in quo apparet mẽbꝛũ inclinatũ vel erectũ: ꝛ hec ſpaſmi ſpecies noĩat tetanus. ¶ Dixit Ruffus: aqua ſulfurea mollificat neruos.

ꝑ ¶ G. ireos ꝯfert ſpaſmo neruoꝝ ꝛ oleũ in quo ſit admixtum piretrũ puluerizatũ cõfert ſilr cum vngit ex eo patiẽs. Ariſtologia iuuat extẽſionem. ¶ Dixit Paulus ex auctoꝛitate G. ꝙ quidam dixit ꝙ teſticuli vulpiũ diſſoluti cũ vino ſtiptico nigro ꝯferunt plũ ſpaſmo ſupueniẽti pti poſterioꝛi.

aa ¶ Et abdux. in libꝛo ſuo de memoꝛia dixit. q2 ꝯfert tetano ꝛ inclinationi ceruicis itromittere mumiã per naſale cũ oleo liliaceo: vel narciſcino aut oleo de cheiri: ꝛ idẽ operat inunctio ſpondil' ex pinguedine teſtudinis.

ꝑ ¶ Dixit aſumon: ꝙ ſpaſmus ſuperueniens ſubito eſt ex repletione: ꝛ ille qui euenit poſt febꝛem vel purgationẽ eſt ex inanitione: ꝛ qñ eſt ex humiditate detur patiẽti in potu caſtoꝛeum: ꝛ piper: ꝛ cũ eſt ex inanitione curet cũ mucillaginibus ꝛ adipibus ꝛ oleo alchãne ꝛ oleo liliaceo: ſi non adeſt febꝛis: ꝛ hoc eſt conſilium valde vtile ad mollificandum: ꝛ ſuperaſpergat aſſidue cum aqua calida: ꝛ liniatur cũ oleo vt conſeruetur in eo humiditas. ¶ Dixit philaretus: quando ſpaſmantur muſculi pectoꝛis anterioꝛes attrahet coꝛp⁹ ad interius: ꝛ quãdo ſpaſmantur poſterioꝛes ſit retro contractio: ꝛ quãdo vtriq3 ſpaſmãtur ſtat erectus patiẽs: ꝛ nõ flectitur ante vel retro ꝛ velociter deficit. Et cum patiens ſpaſmũ nequit tranſglutire ꝛ frendet dentibus non reperit res magis iuuatiua ſpaſmo ex repletiõe ꝙ̃ aqua balnei naturalis. ipſa eñi eradicat moꝛbum ꝛ liberat velociter egrũ ꝛ pꝛouocatio vꝛine: ꝛ potus vini veteris conferunt mirabiliter eis. ¶ Dixit. G. in libꝛo membꝛoꝝ dolẽtiũ. ꝙ ſpaſmus qui eſt ex repletione ſubito ſuperuenit: ꝛ ille qui eſt ex inanitione accidit paulatim. Et quãdo eſt in toto coꝛpoꝛe moꝛbus eſt in cerebꝛo: ꝛ quando eſt in toto coꝛpoꝛe pꝛeter ꝙ̃ in facie moꝛbus eſt in pꝛincipio ſpinalis medulle. Et ſi eſt in aliquibus membꝛoꝝ coꝛpoꝛis moꝛbus eſt in neruis ſuperuenientibus ad illa mẽbꝛa: ꝛ ſi eſt in anterioꝛi parte moꝛb⁹ eſt in muſculis anterioꝛibus: ꝛ cũ eſt in poſterioꝛi eſt in muſculis poſterioꝛibus. Et quãdo ſpaſmus eſt ex humiditate nerui: diſtenduntur in latum: ꝛ cum eſt ex ſiccitate diſtendũtur in longum: ꝛ iſtud eſt pꝛincipium ſpaſmi: ꝛ ſpaſmus qui eſt cum nerui diſtendunt in latũ ſi eſt ex caliditate facit inclinare neruos vel deſiccare: ꝛ ſi eſt ex frigiditate reddunt nerui erecti ꝛ duri: ꝛ erit ex aggregatione humiditatis in locis ſpaſmatis: aut ex re pungẽte ſimile rei ex qua ſit ſingult⁹ quia cogit expellere. Et accidit ſpaſmus humidus ex nimia ebꝛietate: balneo: quiete: ꝛ repletione ciboꝛum humidoꝝ: ꝛ ſiccus euenit ex laboꝛe euacuatione ꝛ febꝛe. ¶ Differentia quidem inter epilepſiã ꝛ ſpaſmũ eſt: q2 ſpaſmus ſemper cõcomitatur patientẽ: ꝛ aſſidue inuadit: epilepſia vͦ per interualla: ꝛ nõ ledit memoꝛia in ſpaſmo: ſicut ledit in epilepſia.

aa ¶ Et ſigna velocis moꝛtis in tetano ſunt qñ accidit ex percuſſione: ꝛ cũ ſupuenit ei vomitus doloꝛ ſtomaci ſingult⁹: ꝛ defectus memoꝛie. ¶ Dixit. Y. in libꝛo ſuo de ꝯſeruatione ſanitatis. Ex cuius verboꝝ intẽtione habet ꝙ ſi puer ꝛ paratus ad ſpaſmũ ſiccũ ponant in tina cũ aqua calida quolibet die ꝛ inungant ex oleo pꝛeſeruant ab hac egritudine.

ƒ ¶ Et ait. G. in megapulſum: ꝙ patiẽtes ſpaſmũ poſt ꝙ̃ moriuntur eoꝝ coꝛpoꝛa remanẽt calida. ¶ Dixit Glaucon: cũ ſpaſmatus indiget ſubtractione ſanguinis non d3 ſubtrahi quãtũ neceſſitas iminet: ſed minus: q2 ſolus ſpaſmus ſufficit ad coꝛpoꝛis inanitionẽ. ¶ Et dixit. G. in libꝛo accidentium. Spaſmus ſuperueniẽs cũ apoſtematibus eſt: vt pluries ex repletione. ¶ Dico ex auctoꝛitate. Y. ꝙ ſpaſm⁹ eueniens poſt ebꝛietatẽ eſt ex repletione ꝛ indiget flõmia.

ꝑ ¶ Extenſio quidem eſt cum extenditur membꝛum vtriuſq3 lateris equaliter ꝛ non inclinat omnino. ¶ Et dixit. G. in decimo affoꝛiſmoꝛum: extenſio eſt cum membꝛum ſtat erectum ꝛ non declinat ad aliquam partem.

ƒ ¶ Et cum vides aliquem ſentientem toꝛtionem in ventre ꝛ abbominationem: ꝛ poſt hoc ſuperuenit ei ſpaſmus pꝛouocetur ei vomitus cũ potu multe aque calide: ꝛ ipſe euomet coleram calidam: ꝛ liberabitur incontinenti: ꝛ hec ſpaſmi ſpecies eſt ex cõmunitate cerebꝛi cum oꝛe ſtomaci: ꝛ hoc recitauit. G. in. v. membꝛoꝛum dolentium. ¶ Et dixit idem in libꝛo accidentium ꝙ ſpaſmus ſuperueniẽs in moꝛbis apoſtemoſis eſt ex repletione: ꝛ ille qui accidit in febꝛibus aridis ꝛ ſiccis eſt ex ſiccitate. ¶ Et ego audiui a Magũ ꝛ merito ꝙ non quilibet ſpaſmus ſuperueniens in febꝛibus acutis eſt ex ſiccitate: ſed poſſibile eſt ꝙ febꝛis ſui acuitate diſſoluat aliquẽ humoꝛem in coꝛpoꝛe qui currens ad aliquod mẽbꝛum reddit ipſum apoſtematũ: ꝛ pꝛopter hoc eueniet ſpaſmus. Et differentia inter vtrũq3 eſt: q2 debet perſcrutari ſi febꝛis induxit ſpaſmum in hoꝛa in qua ſiccitas inter coꝛpus ꝛ pꝛedominabatur ei: ꝛ coꝛpus eſt aridũ: tunc ſpaſmus eſt ex ſiccitate: ſin autem eſt ſicut pꝛediximus. ¶ Dixit muſcia: quando ſpaſmus ſubito ſuperuenit ſano non pꝛecedente aliquo fluxu eſt ſine dubio ex humiditate. ꝛ eſt conferens mirabiliter ꝛ expertum multotiens in ſpaſmo doloris doꝛſi doloꝛis arteticem ꝛ iuncturarum ſuperuenientiũ ex humiditate hec medicina. accipe magnam quantitatem aneti: ꝛ fac ipſam elixari in aqua ꝛ oleo: ꝛ poſtea decoquatur ipſa in aqua vulpis vel talpe vel catuli vſq3 ad eius cõſumptionẽ. ꝛ vltimo coletur dicta aqua ꝛ ſedeat in ipſa patiens bis in die: ꝛ poſt ꝙ̃ exierit ex illa aqua inungat coꝛpus ex adipe aſini ſiluestris vel ex alia pinguedine ſubtiliatiua mixta cũ medicinis ꝛ oleis calidis ſubtilibus: ſicut oleo nucum: oleo laurino ꝛ liliaceo coſtino: ꝛ oleo nardino: ꝛ ꝯfert etiam ſpaſmo epithimum. ¶ Dico ꝙ vidi quẽdam qui ambulauerat multum per ſolem ꝛ fuerat in nimio exercitio: ꝛ euenit ei ob hoc ſpaſmus: ꝛ ſtetit extenſus ꝛ pꝛoſtratus in terra per aliquot dies: ꝛ vltimo fuit moꝛtuus.

aa ¶ Et dixit. Y. in libꝛo de curationibus egritudinum: quando incipit tetanus ſupuenire os ſtat clauſum: ꝛ oculi lachꝛymãtur: ꝛ multiplicatur motus palpebꝛe ſuperioꝛis: ꝛ facies ſit rubea: ꝛ non contrahũtur manus nec pedes: ꝛ adeſt foꝛtis doloꝛ: ꝛ cum moꝛs eſt pꝛoxima egreditur per nares cum ſuperfluitatibus quicquid datur patienti in potu ꝛ euomit aliquod flegma: ꝛ cum iſta apparent deficit patiẽs in quinto die: ꝛ ſi pertranſit hunc diem liberabitur. ꝛ eius cura debet eſſe inunctio facta ex oleo multum calido: ꝛ debent caleſieri loca dolentia cũ aqua calida vel oleo poſitis in veſica vel vtre: ꝛ reiteretur inunctio ꝛ calefactio ſepe ſepius.

ƒ ¶ Dixit. G. radices tapſie vel acanis: ꝛ folia eius conferunt

aa ſpaſmo coꝛum acuitate ꝛ ſubtilitate. ¶ Dixit Diaſcoꝛides. Aſa fetida diſſoluta cum vino decoctionis piperis ꝛ ſucco ruthe data in potu mitigat tetanum. ¶ Aqua decoctionis carpobalſami confert ſpaſmo neruoꝝ. ¶ Dixit Diaſcoꝛid. ex auctoꝛitate. G. ſemina ſpine albe ſui ſubtilitate conferunt ſpaſmo neruoꝛũ. ¶ G. caſtoꝛeum datum in potu vel facta inunctione ex eo confert ſpaſmo ex repletione. ¶ Dixit. Y. in libꝛo de ell'o. Caſtoꝛeũ ꝯfert ſpaſmo ex frigiditate pꝛe ceteris medicis: eo ꝙ calefacit coꝛp⁹ ꝛ cõfoꝛtat neruos. Oleũ de alchanna iuuat mirabiliter ſpaſmum. cum quo eſt inclinatio ceruicis verſus poſterioꝛem partem. ¶ Dixit Diaſcoꝛides. ſyrupus de camedreos iuuat ſpaſmum. aqua ſulfuris mollificat neruos. ¶ Ruffus ꝛ Diaſcoꝛides. yreos curat ſpaſmũ neruoꝝ. Piretrum puluerizatum ꝛ mixtum cũ oleo confert mirabiliter foꝛti tetano facta inunctiõe ex eo. ¶ D. carnes ericij cõferunt multum ſpaſmo. ¶ Filius meſue. ariſtolog. confert extenſioni. ¶ P. teſticuli vulpis ſm quoſdam conferunt ſpaſmo: cuius inclinatio eſt verſus poſterioꝛẽ partem. ¶ Dixit Abdux in libꝛo de memoꝛia. Medicina conferens ſpaſmo ꝛ tetano. Mumia mixta cum oleo liliaceo vel narciſcino facta inunctiõe ex eo in ſpaſmo difficili emplaſtrentur ſpondiles exeuntes in ceruice. Si eſt ex humiditate cum caſtoꝛeo: eufoꝛbio ꝛ eis ſimilibus. Si ex ſiccitate ex cera ſulfure: croco: oleo ſiſamino: ꝛ pinguedininibus: ꝛ fricentur ex hoc ſepe ſepius in die ſpondiles: ꝛ vtãtur patientes tina ꝛ rebus humidis. ¶ Medicina ad ſpaſmum neruoꝛum. Accipe fenugrecum coſtum ꝛ oleum ſiſaminum vel pinguedinẽ caude arietine ꝛ adipem anſeris. ꝛ medull' tybiarũ vaccarũ ꝛ ceruoꝝ: ꝛ adipẽ ceruinã: ꝛ oleum narciſcinũ: ꝛ fiat ex omnibus his vnguentũ ꝛ inungant ex eo loca patientia. ¶ Et ſuperaſpergantur loca ſpaſmata ex aqua decoctiõis fenugreci: ſeis lini radicis lilij: ꝛ coꝛone regie: ꝛ detur in potu ſpaſmato aqua decoctionis fenugreci: ſeminis lini: radicum lilij ꝛ coꝛone regis: ꝛ detur in potu

aqua decoctionis radicū cum oleo de kerua: vel inunganť
filr mēbꝛa eius ex oleo liliaceo ⁊ melle mixto cū radice liliȷ.
¶ Et ꝯfert spasmo supueniēti ex repletione castoreū datū
in potu cū oleo liliaceo ⁊ aqua calida: ⁊ inungať locus spaſ
matus: filr cū his: ⁊ emplastrētur etiam cum fol. bismalua-
rum recentiū tritis. ¶ Medicamen aliud ad spasmū ⁊ teta-
num: fiat nasale cum mumia ⁊ oleo narcisino vel cheirino:
vel detur patienti in potu sanguis testudinis cuȝ decoctio-
ne radicū: vel dētur ei ad comedendum carnes ipsius ⁊ inū
gatur totum corpus cum pinguedine eiusdem.

¶ Dixit exlion: qn̄ spasmus accidit post febꝛem vel euacua-
tionem est ex inanitione: ⁊ cū euenit in pꝛincipio est ex humi-
ditate. Et si hec species idiget flobotomia vtilis est ꝙ fiat:
⁊ detur in hac specie castoreū ⁊ piper ⁊ inungať ex oleis di
ctis in paralysi. Et ille qui est ex siccitate mollificeť cuȝ mu
cillaginibus aqua calida ⁊ pinguedinibus: ⁊ aliqn̄ cuȝ oleo
liliaceo: ⁊ aliqn̄ non. eo ꝙ mollificat foꝛti mollificatione: ⁊
oleum alchāne: ⁊ oleum euforbiȷ. ⁊ balsaminū ꝯferunt pꝛime
speciei. s. que est ex humiditate: qꝛ sunt foꝛtis exiccationis ⁊
maxime oleum euforbiȷ. Et dȝ aspergi aqua calida neruis
assidue: ⁊ debēt postea inungi: vt cōserueť in eis humiditas
acquisita. ¶ Medicina reperta in libꝛo de cōplemēto ⁊ fi-
ne ad spasmū neruoꝝ. ℞. cere. pinguedinis anseris: medul-
le tybiarū vaccaruȝ: ⁊ cameloꝝ: ⁊ pinguedinis coꝛ̄de. añ. ʒ.
iȷ. pinguedinis poꝛcine. ʒ. iiȷ. olei caude arietine. ʒ. i. ʒ. lique-
fiant oīa cū oleo narcisino ⁊ liniať ex eis mēbꝛū spasmatū ⁊
superaspergať ex aqua decoctionis: fenugreci: se. lini: radi-
cis liliȷ: melliloti ⁊ ligeť locus ex pelle caude arietine ⁊ deť
patienti in potum oleum de kerua ꝓpinatū hoc modo. Ac-
cipe de ipso oleo ⁊ decoque ipsum cum his rebus: vt dī. vȝ.
melliloti. ℥. i. fenugreci: se. lini. añ. ℥. iȷ. radicū liliȷ. ℥. i. ʒ. sebestē
pugillū. i. ficus siccas albas. vi. radicū apiȷ ⁊ coꝛticū: radicū
feniculi ⁊ calami aromatici. añ. ʒ. viȷ. abꝛotani armenici. ʒ. vi
anisi: masticis. añ. ʒ. v. stubla. i. pētafilon. ʒ. x. coquanť hec oīa
in rotul. v. aque donec deueniāt ad. iȷ. rotulos. ⁊ coleť ⁊ ac
cipiať tertia pars: ⁊ addanť in ea auř. iȷ. de oleo: alio de ker
ua: ⁊ olei amigdalis dulcium. ʒ. iȷ. ⁊ detur in potu ⁊ cibus eo-
rum sit spidiloge de carnibus arietinis: ⁊ pot⁹ eoꝝ sit aqua
zuccari cū aqua de passulis. ¶ Medicamen aliud ad spaſ-
mum neruoꝝ. Accipe radices liliȷ albi: ⁊ misce ipsas cū mel
le ⁊ oleo lilioꝝ alboꝝ ⁊ emplastreť ex eis locus spasmat⁹ ⁊
detur patiēti. ʒ. ʒ. castoꝛei: cum aqua calida ⁊ oleo liliaceo ⁊
⁊ inungatur locus ex oleo liliaceo.

¶ Dixit. G. in libꝛo de igenio sanitatis: extensio supueniens
ex siccitate accidit ex multo laboꝛe: ⁊ qn̄ accidit cum febꝛe
non reperiť ingenium curationis in ea: ⁊ fm̄ pluries accidit
in febꝛibus que sunt cum apostematibus cerebꝛi: ⁊ he sunt
periculose ⁊ moꝛtales. Et nunq̄ȝ audiui nec vidi aliquē pa-
tientē spasmū pꝛopter hunc moꝛbum ⁊ liberari.

¶ Et spasmus fm̄ plures accidit causa repletionis mēbꝛoꝝ
neruosoꝝ: sicut accidit patientibus apostema neq̄ȝ: ⁊ peri-
culosum aut causa humoꝛis pungitiui moꝛdicātis membꝛa
neruosa vel ex foꝛti frigiditate simili ꝯgelationi: ⁊ talis diciť
tetanus. Et dixit. G. has tres species fm̄ plures possibile est
curari: sed species supueniēs ex siccitate mēbꝛoꝝ neruoso-
rum: est incurabilis: ⁊ si spasmus supuenit toti coꝛpoꝛi est si-
cut spasmus superueniens in epilepsia: ⁊ ille qui est in me-
dietate coꝛpoꝛis est sicut ille qui accidit ī medietate muscu
loꝝ anterioꝛis partis vel posterioꝛis. Et si est in vno mem-
bꝛo est sicut spasmus toꝛture. ¶ Et dixit. G. in lib. de anhe-
litu: quādo retineť anhelitus spasmať al. ⁊ deficit. ¶ Dico
quādo strāgulatur homo tunc superuenit spasmus ⁊ interi
mit. ¶ Et dixit. G. strāgulatur al. qn̄ retineť eius anhelit⁹
⁊ spasmať ⁊ deficit. ¶ Ait iude⁹: spasmus superueniēs pue-
ris. viȷ. annoꝝ cū febꝛe acuta est incurabilis: ⁊ pauci liberā-
tur ex eo. Et signa indicātia hanc egritudineȝ esse futuram:
sunt febꝛis acuta interficiēs adusta cōtinua vigilie: tremoꝛ:
cōstipatio ⁊ mutatio coloꝛis faciei in citrinū: ⁊ croceū ⁊ sic-
citas oꝛis ⁊ saliue: nigredo lingue: ⁊ tēsio cutis eoꝝ: ⁊ in pꝛin
cipio moꝛbi coloꝛ faciei eoꝝ erit rubeus ⁊ cum incipit aug-
mentari ⁊ petere cerebꝛum coloꝛ faciei erit albus ⁊ pulsus
erit velox ⁊ tardus: ⁊ tunc erunt spasmati. Et cum apparēt
hec signa superaspergatur caput ex lacte asinino: oleo vio-
laceo: ⁊ rosaceo infrigidatis ⁊ intromittatur per nasale lac
mulieris nutriētis puellam: ⁊ oleuȝ cucurbitinū ⁊ detur pa-
tientibus in potu mucillago psiliȷ cum oleo violaceo: ⁊ po-
nantur ex eo super caput: ⁊ vtātur bis tribus diebus. quar-
to vo die emplastreť caput vsq̄ȝ ad totū coll. farina oꝛdea-
cea: ⁊ violis melliloto ⁊ camomilla decoctis in aqua ⁊ com
mixtis cuȝ pauco olei sisamini: ⁊ si necesse fuerit sedeant su-
per oleum violatū calefactū: ⁊ superaspergať assidue oleuȝ
supꝛa spondile colli ⁊ laxeť vēter cuȝ suppositoꝛiȷs: ⁊ detur
in potu omni mane ptisana cuȝ zuccaro ⁊ oleo amigdalino
⁊ in sero detur psiliū cum oleo rosato: ⁊ si patiens est maioꝛ
duobus annis deť in potu teraniabin. i. māna paulatiȝ pau
latim: ⁊ si ei dari non pōt detur assidue nutrici in potu ⁊ mul
geatur assidue supꝛa iuncturas eius lac muliebꝛe: ⁊ empla-
stretur cum pꝛemissis. ¶ Dico ꝙ pꝛecedēs cura pōt fieri in
spasmo ex inanitione in qualibet etate: ⁊ cura cuiuslibet mē
bꝛi spasmati in qualibet etate est: ꝙ induať mēbꝛum ex pin-
guedine caude arietine ⁊ nō remoueať nisi cum fetoꝛē pꝛe-
stat: ⁊ tunc reitereť recens: ⁊ inungatur etiā mēbꝛum ex vn-
guento facto ex pinguedinibus ⁊ mucillaginib⁹ ⁊ debemus
scire: ꝙ spasmus ex siccitate accidit paulatim paulatim: ⁊ il-
le qui est ex humiditate euenit subito: ⁊ iam pꝛediximus cu-
ram spasmi ex humiditate in caplo de apoplexia: ⁊ alibi: qꝛ
eoꝛum cura est vna: ⁊ eadem fm̄ iudeum.

¶ Signa moꝛtis velocis in spasmo sunt qn̄ tetanus super-
uenit ex percussione: ⁊ qn̄ accidit cum toꝛtione ventris: vo-
mitu: singultu: ⁊ defectu memoꝛie. Et cui accidit tetanus in
anterioꝛi vel posterioꝛi parte ⁊ superuenit ei risus eadem
hoꝛa moꝛitur.

¶ Ad idem. Y. de ꝯseruatione sanitatis: ꝙ introitus tine ple
ne aqua calida dulci ⁊ recēti: ⁊ ex multo oleo mollificatiuo
sunt causa spasmi ꝓseruatiua. ¶ Dicit. Y. in epidimia in ca-
pitulo ꝯsiliȷ pueroꝝ. Quod pueri sunt parati ad spasmū hu
midum: pꝛopter eoꝝ nimiā humiditatē: ⁊ neruoꝝ debilita-
tem: ⁊ est eis minus hoꝛribile ⁊ periculosum. ¶ Dixit Geoꝛ
gius: ꝙ spasmum superuenientē pueris ꝓcedunt febꝛis acu
ta continua adusta ⁊ indeficiens: vigilie: ꝯstipatio ventris:
coloꝛ faciei croceus: defect⁹ saliue: nigredo lingue cutis ari
ditas ⁊ fm̄ plus vꝛina apparet in eis pauca ⁊ alba. ⁊ eoꝛum
cura est appositio lactis asinini vel capꝛini cum oleo rosa-
to: ⁊ violarū supꝛa caput: ⁊ intromittanť hec etiā per nasale
cum oleo cucurbitino ⁊ inungať caput ex mucillagine psiliȷ
mixto cum oleo viol. ⁊ fiat hoc per tres dies ⁊ emplastreť
caput: ⁊ ceruix: cum bismalua farina oꝛdei. viol. siccis: deco-
ctis mixtis cum aliquibus mucillaginibus: ⁊ debet esse em-
plastrum cum poniť tepidum: ⁊ sedeat patiens super oleuȝ
violaceū calidum: ⁊ sit studiū tuum mollificare ventrē cum
rebus mollificatiuis: ⁊ detur ptisana in potu cuȝ zuccaro al
bo ⁊ oleo viol. ⁊ teneant sub lingua mucillagines ⁊ si patiēs
potest bibat eas: ⁊ detur ei filr cassiafistula cuȝ teraniabin. i.
māna ⁊ inungať coꝛpus ex lacte ⁊ clysterizeť cuȝ clysterib⁹
mollificatiuis ⁊ assidue vngas coꝛpus ex oleo: ⁊ ponať sup
loca spasmata cauda arietina recens ⁊ nō amoueať nisi cū
fetet. ¶ Cura spasmi humidi: deť in potu tyriaca maioꝛ cuȝ
aqua tepida: ⁊ scelithe cū succo aneti ⁊ ꝓuoceť eis sternuta
tio ⁊ recipiāt fumū ex aqua decoctiōis sansuci abꝛotani fo-
lioꝝ lauri: ciperi folioꝝ citri: aneti ⁊ coꝛone regie ⁊ clysteri-
zentur clysterib⁹ calidis ⁊ pillulis violētis: ⁊ iera ⁊ oleo kel
kelēgi ⁊ mitridato theodoꝛicon ⁊ iera gali ⁊ rutha siluestri
⁊ oꝛigano chusi ⁊ inunganť ex oleo de castoꝛeo ⁊ euforbio
⁊ qd̄ veloci⁹ ꝯfert est oleū costinū: ⁊ cureť filr cū pingue-
dine vipere vel serpētis ⁊ asini siluestris: ⁊ nō debēt appꝛo
pinquare oleis stipticis licet sint calida: sicut oleū nardinū:
⁊ magnū iuuamentū ꝯfert eis calefactio ex rebus calidis ⁊
nasale ex felle gruū ⁊ succo blete cū succo sababet ⁊ siliuȝ: ⁊
fm̄ pluries cū liberať patiens supuenit mēbꝛo spasmato pa
ralysis. ¶ Y. in libꝛo epidimiarū. febꝛis ꝯfert spasmo: ꝙ spaſ
mus superueniēs post febꝛē est spasmus siccus ⁊ non humi
dus. Et spasmus qui accidit ante febꝛeȝ fm̄ plus est humi-
dus ⁊ febꝛis dissoluit illā superfluitatē neruoꝝ.

¶ Tymeos dixit: qn̄ extēduntť musculi: ⁊ eoꝝ capita versus
anterioꝛē partē vocať spasmus anterioꝛ ⁊ cū distēdunť ex-
terioꝛes noiať spasmus posterioꝛ: ⁊ cū distēdunť anterioꝛes
⁊ exterioꝛes eq̄liter vocať manifeste extensio: ⁊ hoc accidit
cū extēdunť nerui ex vētositate iflatiua: ⁊ hec vētositas diſ
soluiť medicis calefaciētib⁹ inūctis ⁊ dať in potu: eo ꝙ poꝛ
ri aperiunť ⁊ vētositas subtiliať ⁊ exhalat: ⁊ iō febꝛis supue
niēs huic moꝛbo est res magis iuuatiua: qꝛ calefacit coꝛp⁹
vsq̄ȝ ad ꝓfūdū ⁊ dissoluit vētositates ⁊ recedē fač extēsiōeȝ.

¶ Dixit. Y. in pronosticis quando accidit pueris febris acu
ta: ꝯstipatio ventris: vigilie: timor: ⁊ mutatio coloris faciei
aliqñ in ruborē vel viriditatē: vel terrestreitatē: incidūt in
spasmū ⁊ illi qui facilius curanť sunt ꝯstituti in minori eta-
te a tpe. vꝫ. lactationis vsqꝫ septē annos: ⁊ maiorib⁹ his cū
patiunť febrē non defacili accidit spasmus: nisi accidit eis
aliqua significatio spasmi difficilis: sicut accidit in birsea vľ
sirsen. ⁊ spasmus defacili accidit pueris ⁊ magis lactātibus:
⁊ causa in hoc est paruitas etatis: ⁊ spāliter habent corpus
humidū: ⁊ accidit maiorib⁹: hac etate occasione multoꝝ ci-
boꝝ quos comedūt: qualibet hora diei: eo ꝙ nō intendunt
nisi ad comestionē: sicut epicurei: ⁊ ṽtus neruoꝝ coꝝ est de-
bilior ṽtute alioꝝ: ⁊ in pueris sunt due ṽtutes fortes. vꝫ. nā-
lis ⁊ vitalis: ⁊ ṽtus coꝝ aialis est multum debilis: ⁊ ideo de
facili incidūt spasmū ⁊ defacili liberanť ⁊ reuertunť ad di-
spositionē nālez: sed trāseuntes ad septimū annū nō defaci
li incurrūt spasmū nec facile curanť ꝓpter fortitudinē vir-
tutis neruoꝝ que est in eis: ⁊ aliqñ sup̄uenit spasmus sine fe
bre cū frigiditas vincit cōplōnez corporis ⁊ multiplicātur
in eo multi humores crudi: ⁊ grossi: ⁊ accidit etiaꝫ spasmus
cū oritur apostema valde calidū in neruis. in cordis: ⁊ in ce
rebro. ⁊ signa mala apparētia in febrib⁹ indicātia spasmuꝫ
esse futurū sunt tortura faciei: frēdor dentiū: assiduus mot⁹
palpebre superioris ⁊ mot⁹ totius corporis ⁊ in pueris suffi
cit ipsum indicari ex vigilijs: timore: ploratu: forti corporis
extēsione ⁊ vētris constipatione: ⁊ color viridis ⁊ rubeus ⁊
mutatio coloris nālis in ꝯtrariū significāt humores malos
corpori dominātes: ⁊ nō est ꝓnosticādum de morte vel vi-
ta per vnum signū bonuꝫ vel malum: sed per plures. ¶ Et
ait. Y. in afforismis. febrē in spasmo melius est fieri quā spas
mum in febre: ⁊ qñ spasmus sup̄uenit subito de necessitate
est ex repletiōe: qꝛ repleť nerui ex humoribus mucillagino
sis frigidis ex qbus nutriunť: ⁊ cū sup̄uenit febris post hunc
spasmū calefiunt: dissoluunť illi humores ⁊ subtilianť ⁊ cō-
sumunť: ⁊ qñ febris adurēs ⁊ desiccāt corpus oino superue
nit alicui: ⁊ causa illius siccitatis accidit spasmus eius nocu
mentū est magnū ⁊ difficile: ⁊ talis est incurabilis: eo ꝙ ner
ui indigēt longo tēpore humectatione ⁊ violētia morbi pre
ualet medicinis ⁊ virtuti: ⁊ inducit subitā mortē.

¶ Et spasmus ⁊ extēsio accidūt neruis vel causa apostema-
tum calidoꝝ inflāmatoꝝ vel causa sup̄flue frigiditatis ⁊ sic-
citatis: ⁊ cui sup̄uenit spasmus ⁊ extensio: ⁊ postea accidit ei
febris liberať. ¶ Et extēsio est species specierū spasmi: veꝝ
nō apparēt in ea mēbra spasmata: ꝫ distēsa equaliter ante ⁊
retro: ⁊ ideo eius ꝓpriuꝫ nomē est extēsio. ¶ Et summa spe
cierum spasmi est triplex. vꝫ. anterior: posterior: ⁊ extensio: ⁊
quelibet istaꝝ est ex repletione mēbroꝝ neruosorum: vel ex
inanitione: ⁊ quelibet spasmi species sup̄ueniēs post febreꝫ
acutā est ex siccitate ⁊ sup̄ueniēs ante febrē ex repletione: ⁊
qñ huic speciei sup̄uenit febris diminuit humiditatē existen
tem in musculis ⁊ digeriť aliqd de coꝝ frigiditate: ⁊ hec est
cura quā affectāt medici in hoc morbo. ¶ Dico ꝙ spasm⁹
est cum mēbrū apparet incuruatū ⁊ extēsio dī cū est disten-
sum ⁊ declinās ad aliqđ laterū ⁊ nō est curuū ⁊ ꝯtractū.

¶ Dixit. Y. ꝙ vidit spasmuꝫ multotiēs accidere ex pūctione
oris stomaci: sicut euenit cuidā iuueni euomēti colerā erugi
nosam: ⁊ cū euomebat sensit fortē punctionē in stomacho ⁊
ilico spasmat⁹ est: ⁊ cū euomuisset totā colerā cessauit febris
⁊ spasmus. Et dixit ꝙ spasmus sup̄ueniens ex repletione cu
ratur purgatione: ⁊ ille qui accidit est ex inanitione incura-
bilis. ¶ Dico ꝙ si aliqua cura liberat spasmū siccū erit hoc
cōsiliū qđ dicturus sum. Sedeat patiens in aqua: ⁊ oleis te-
pidis ⁊ abradať caput eius ⁊ emplastreť ⁊ epithimeť cū suc
cis ⁊ mucillaginibus rerū humidarū: ponať super spōdiles
oēs ⁊ iuncturas pinguedo caude arietine ligate desuper ⁊
quolibet die dissoluať ⁊ remoueať ⁊ refricentur loca ⁊ cale
fiant cū rebus calefaciētibus: ⁊ fiat hoc sepe reiterando ibi-
dem dictā pinguedinē: ⁊ dꝫ sepe sepi⁹ etiā cōmutari de pin
guedine in aqua tepida: ⁊ ecōtrario: ⁊ intromittať per nasa-
le oleū cucurbitinū ⁊ inungať caput ex eo: ⁊ intingať bōbix
in dictū oleū: ⁊ ponať silr̄ supra caput: ⁊ loceť in camera mul
tum frigida: ꝙ nullo modo possit sudare ⁊ dentur ei in cibū
iura pinguia ⁊ mollificatiua p̄parata cū ptisana: oleo amig
dalino ⁊ zuccaro ⁊ sorbeat ex eis q̄to magis poterit: ⁊ post
hoc comedat micā panis p̄paratā cū iure carniū ⁊ vino in
pulte ⁊ detur ei in potū vinū bene limphatū ⁊ assiduet iun
ctionē iuncturaꝝ ⁊ spondiliū ex oleo ⁊ mucillaginibus ⁊ cly
stereť ex aqua oleo viol. ⁊ mucillaginuꝫ psilij. ¶ Et dixit
Y. ꝙ spasmus ex ellō: est duplex: quoꝝ vnus fit ex punctio-
ne ⁊ mordicatiōe: oris stomaci ⁊ ille cessat cessante punctio-
ne ⁊ mordicatione ⁊ alter est ex nimia euacuatione: ⁊ hic est
incurabilis ⁊ ſm plures mortalis. ¶ Et dixit spasmus sup̄-
ueniens in vulnere est ſm plures silr̄ mortalis: ⁊ hoc accidit
cū sequiť vulnus apostema ortū in mēbris neruosis: ⁊ p̄mo
accidit spasmus in his morbis in locis apostemať ⁊ demuꝫ
subito superuenit extēsio supra totū corpus: ⁊ deficit patiēs
in quarto die: si ṽo hunc effugerit liberabitur.

¶ Dixit. G. extensio est de genere morboꝝ acutoꝝ: qꝛ est cō
posita ex spasmo anteriori ⁊ posteriori: ⁊ ideo necesse est ꝙ
eius determinatio sit velox: eo ꝙ nā nequit pati morbi diffi
cultatē: ⁊ malitiā lōgo tpe: ⁊ ei⁹ crisis erit in p̄ periodo.

¶ Et dixit. Y. in afforismis. est aūt in tetano sine vulnere ⁊c̄.
qꝛ possibile est ꝙ multa infusio aque frigide supra iuuenem
carnosum in medietate estatis dissoluit spasmū ex repletio-
ne faciēdo caloris reuocationē ad interiora ⁊ calefaciēdo ⁊
dissoluēdo ⁊ digerēdo: ⁊ nō dꝫ fieri hec cura in spasmo sup̄-
ueniēte ex apostemate in mēbris neruosis: aqua frigida mul
tum ei nocet aqua calida ꝯfert spasmo multū. ¶ Et nō est
dubiū quin spasmus accidat ꝓpter quartanā: ⁊ eni accidit
spasmus ex humiditate si superueniat ei quartana liberabi-
tur a spasmo. Spasmus sup̄ueniens ex repletione mēbroꝝ
neruosoꝝ est sicut spasm⁹ qui accidit i epilepsia: ⁊ nō est acu
tus ⁊ periculosus sicut est primus. Et spasmus de quo locu
tus est. Y. in hoc loco est ex repletione: ⁊ intētio suoꝝ ṽboꝝ
est ꝙ quartana ꝯgreget forte frigus ⁊ caliditatē violētam
que diminuūt humorē ⁊ digerūt ipsum: ⁊ hoc est necessariū
in curatione huius spasmi: ⁊ qñ accidit spasmus ex cauterio
vel febre aut vulnere: aut forti aeris caliditate: aut inflāma
tione: ⁊ plurima lamētatione est periculosus: eo ꝙ est ex sic-
citate: ⁊ ille etiā qui accidit ex vigilijs est neqꝫ: quia vigilie
sunt de his que magis exiccant corpus ⁊ inaniunt. ¶ Joā
nicius in libro de electionibus. Medicina ꝯferens spasmo
superueniēti in posteriorib⁹. ℞. radicū bōbicis. ʒ. xx. coquā
tur in rotulis duobus aque donec deueniāt ad tertiā ⁊ co-
lentur ⁊ eius dosis sunt. ℥. iij. in tepide additis cuꝫ ea. ʒ. ij. de
oleo amigđ. dulci. ¶ Syrupus ꝯferēs spasmo neruoꝝ hu-
midoꝝ. ℞. xilobalsami. ʒ. x. coquanť in rotulis duob⁹ aque
vsqꝫ ad ꝯsumptionē duarū partiū: ⁊ dentur de ea quolibet
die. ℥. iij. cū. ʒ. ij. de oleo amigđ. dulci. vel accipianť. x. ʒ. de mē
tastro siluestri ⁊ coquātur in duobus rotulis aque vsqꝫ ad
medietatē ⁊ coleť ⁊ apponať desuper međ. rotuľ de zucca-
ro ⁊ tantūdem de melle ⁊ coquať ⁊ dispumeť sicut iulep.

¶ Dixit ruffus in libro suo de melia: qñ patiēs extēsionē sen
tit corpus suum plenū vētositate est malum signum.

¶ Dixit Atorosphos: clystere factuꝫ ex sanguine testudinis
cuꝫ castoreo cōfert mirabiliter spasmo. ¶ Dixit Glaucon.
Cū aliqs spasmatus indiget flobotomia non debet extrahi
sanguis vna vice: quātū exigit eius repletio: ꝫ dimittať ali-
qua quātitas qua nā indiget: eo ꝙ morbi huius mā euacua
tur doloribus ⁊ vigilijs. ¶ Dixit. G. in libro mēbroꝝ dolē-
tium: sapiētes medici adhibēt coꝝ curā circa initiū spina-
lis medulle oino qñ spasmanť membra que sunt sub facie: ⁊
qñ spasmať facies cū eis intētio curationis coꝝ est in cere-
bro. ¶ Et dixit. ꝙ multotiēs vidi spasmuꝫ accidere labijs:
ocuľ. corio frontis: ⁊ in vtrisqꝫ mādibulis: ⁊ radici lingue ⁊
huius cura dꝫ esse in cerebro. ¶ Et dixit: ꝙ habētes os sto
maci multū sensibile cū tardāt coꝝ comestionē vel euomūt
humorē pungitiuū: vel sunt fastiditi spasmanť. ⁊ cuꝫ accidit
spasmus ꝓpter tarditatē comestionis sue detur patiēti ad
comedendū ante solitā horā comestionis sue panis mūdus
bene fermētatus cum aliqbus stipticis digestibilibus ꝯfor-
tantibus os stomaci: ⁊ purgenť post hanc comestionē cum
iera: vt mūdificeť stomachus coꝝ a malo humore genera-
to in eo. Et vidi quosdā quib⁹ sup̄uenit spasmus in febrib⁹
nullo signo p̄cedēte significāte spasmū futurū: ⁊ cū euomue
runt colerā ilico liberati fuerūt: ⁊ euomuerūt quidā istoruꝫ
porrinū ⁊ melāginum: ⁊ cura oium istoꝝ dꝫ esse mūdificare
os stomaci ⁊ regere ipsuꝫ in bona dispositione ⁊ ierapigra
ꝯfortat stomachū ⁊ mūdificat ipsum ab his humorib⁹: ⁊ vi
gorat in suis opationibus. ¶ Et dixit. G. in libro acciden-
tium. Spasmus sup̄ueniēs cum apostematibus est ſm plus
ex repletione. ¶ Et dixit. Y. in libro de ꝯsilio: cū hoies vo-

lebāt curare spasmū anteriorē vel posteriorē: vel vtriusq̄ lateris: aut saltū: aut tremorē: aut corporis mollificationē ponebāt eoꝝ curationis intentionē: in posteriori parte cerebri: ⁊ si spasmus corporis erat i añriori pte: q2 spasm⁹ ē cā neruoꝝ añriorū spasmatoꝝ ⁊ ecōtrio: ⁊ si spasm⁹ erat i vtroq̄ latere cura adhibebaṫ i vtraq̄ pte. ¶ Et dixit q̄ si spasmus accidit post ebrietatē est ex repletiōe: ⁊ in hoc spasmo dꝫ dari in potu altit in quātitate vnius amigd. vel castoreū cū mell: q2 est mirabiliter iuuatiuū: ⁊ si manifeste apparet repletio flobotomeṫ patiens ⁊ clysterizetur cū clysteribus acutis. ¶ Dixit filius mesue: accidit spasmus pueris post febrē ⁊ pauci ex eis liberantur: ⁊ p̄cedūt hunc spasmū in pueris: vigilie: ploratus assiduus: ventris stipticitas: color faciei croceus ⁊ tendēs ēt ad aliquā viriditatē: ⁊ siccitas lingue. ⁊ extensio cutis ⁊ eius nigredo: ⁊ vrina apparet in p̄cipio rubea: ⁊ postea azura: ⁊ maxime cū caliditas petit cerebꝝ. ¶ Et inueni in quodā libro q̄ patientes hunc spasmū debent inungi ex castoreo dissoluto in oleo anetino: ⁊ eoꝝ dieta dꝫ eē tenuis ⁊ hūida ⁊ cū cibis facilis digestiōis. ¶ Ruffus i libro de ꝯsilijs. Inflatio vētris ē signū mortale i spasmo. ¶ G. i megapulsuū: postq̄ moriūṫ spasmati eoꝝ corpa remanēt calīa. ¶ Dico q̄ iueni i plurib⁹ libris q̄ spasm⁹ est ꝯctio musculoꝝ v̄sus radicē eoꝝ cū aliq̄ iuolūtario motu.

ꝑ ¶ Et extensio est distēsio musculoꝝ versus radices eoꝝ cū completa quiete sine aliquo eorum motu.

ꝭ ¶ Dixit filius Serapionis. Spasmus siccus accidit paulatim paulatim: ⁊ humidus superuenit subito eo q̄ spargiṫ in musculis aliquid addens ad eoꝝ amplitudinē ⁊ trahit mēbrū versus radicem musculi ⁊ addunt ad spasmū siccum: etas: regio: morbus ⁊ his similia ⁊ contraria nō addunt ad ipsū. Et dixit: q̄ spasmus superueniens ex repletione est facilis curatōis: ⁊ ille qui est ex inanitōe est difficilis. Et cura spasmi humidi est dare in potu pillulas violente purgatōis trahentes materiā a neruis ⁊ calefaciētes ⁊ debēt fieri ex pulpis colloquitide cucumeris asinini cētaurea piretro sinapi castoreo ⁊ scitbaragi ⁊ ex gummis similib⁹ his: sicut serap. galbano armoniaco: assa: ⁊ opoponaco: ⁊ post has detur in potū oleum de kerua: sicut dictū est in capitulo de tortura ⁊ fiat iūctio ex oleo liliaceo ⁊ castoreo. ¶ Et in spasmo sicco ꝓhibeatur motus. ¶ Dico q̄ dixit filius. Serapionis: i spasmo sicco medicinas cōuenientes: que v̄o ꝯferunt spasmo humido ⁊ non sicco sunt he: q̄ patiētiū dieta sit subtilis ⁊ inungaṫ ex hoc vnguento radices neruoꝝ ⁊ membrū spasmatoꝝ qd̄ est. Recipe olei veteris abluti cū aqua calida rotul. i. cere. ℥. ij. euforbij. ℥. i.

ꝑ ¶ Et dixit q̄ extensio accidit f̄m pluries pueris vsq̄ ad septimū annū: ⁊ post signa que dixit fili⁹ mesue in spasmo puerorū. Et cura istoꝝ debet esse cū rebus aspergitiuis supra caput ⁊ spondilis: ⁊ madefiat lana ex lacte asinino ⁊ ponaṫ supra capita eoꝝ ⁊ misceaṫ cū eodē lacte oleū viol. vel cucurbitinū: ⁊ lac mulieris ⁊ intromittaṫ per nasale vel oleū amigdal. dulce: cum lacte asinino vel succus nenufare cum succo viol: ⁊ assiduent sedere in aqua decoctionis foliorū sisami. viol. lactucarū ⁊ nenufar. ⁊ si morbus est difficilis sedeat supra oleum sisaminū tepidū ⁊ lambant assidue mucillagines psilij succū granatoꝝ dulciū oleū amigdal. dulce: ⁊ ponatur supra caput emplastrū de bismalua violis siccis nenufara: ⁊ oleo sisamino: ⁊ detur in potu cassiafistula cum oleo amigdal. ⁊ fiāt clysteria mollificatiua ⁊ si febricitāt detur ptisana cū succo cucurbite: ⁊ si corpus a malis humoribus est mundificatū: nō reperitur laudabilior res lacte asinino: ⁊ vlr̄ quolibet alio lacte. Et dosis lactis debet eē quatuor vnc. ⁊. ℥. ʒ. olei amigdal. ⁊. ℥. i. ʒ. zuccari ⁊ ifundatur assidue supra iesue. i. vena que est in cruce capitis lac. ⁊ si aliqd̄ mēbrorum est spasmatū inungatur quotidie ex pinguedine caude arietine dissolute in oleo narcisino.

ꝭ ¶ Emplastrū mirabile cōtra spasmū mēbrorū ex siccitate. Accipe amurcā olei sisamini: ⁊ olei eminū lini: ⁊ mucillaginē fenugreci ⁊ pinguedinē caude arietine: ⁊ cōmisceantur multū in mortario ⁊ emplastrenṫ inde mēbra spasmata.

¶ Capitulum octauum: cuius rubrice sunt.

cc IN quarto capitulo mēbrorū dolētiū. Gal. patiēs subeth stat prostratus sine sensu: ⁊ motu: verūtamen eius anhelit⁹ est saluus: ⁊ i hoc differt ab apoplexia: ⁊ eius crisis f̄m pluries ē ad salutē.

bb ¶ Et catalensia est congelatio ⁊ succos est

dd extasis: ⁊ accidunt f̄m pluries posteriori parti capitis: ⁊ in his morbis stat patiēs semꝑ oculis apertis: ⁊ in subeth stat oculis clausis. ¶ Dico q̄ hec reperiunṫ in secundo ⁊ tertio libro membroꝝ dolentiū: ⁊ etiā in quarto tertij summarum eius. ¶ Dixit. Ypo. in libro de chimis. ꝯfert depilatio pilorū i subeth. Et dixit. G. in libro accidētiū: q̄ differt subeth vel subeth vigilatiua a ꝯgelatione in aptione oculorū: ⁊ in materia ex qua generanṫ eo q̄ subeth habet fieri ex frigiditate: ⁊ hūiditate: ⁊ cōgelatio vel vigilatiua ex friditate ⁊ sic.

ee ¶ Et dixit Cōmē. in secūda particula afforismoꝝ. q̄ si fortis

bb frigiditas cerebro dominans admisceaṫ humiditati facit litbargiā si v̄o siccitati facit cathalēsiā. i. cerebri cōgelatiōē vel vigilantiā. ¶ Et dico cū interrogatur patiēs nō r̄ndet: nec mouetur: ⁊ eius pulsus est paruus: ⁊ tardus et si morb⁹ est debilis respondet patiens ad interrogata.

ee ¶ Dixit Alexander in libro suo de hirsen. litbargia ē morb⁹ supueniēs cerebro et fit ex flegmate: sicut frenesis fit ex colera: et patiētis cerebꝝ est ponderosū: ita q̄ nō recordatur eoꝝ que dicit et affetat quietē: et assidue tenere oculos clausos et f̄m quantitatē colere dominātis humori flegmatico erunt accidētia parua: et ex paruitate flegmatis et eius multitudine erunt magna. Et si ambo humores eq̄lr̄ dominanṫ erunt vigilie ⁊ alienatōes de hora post horā: ⁊ q̄n morbus est violent⁹ nō r̄ndet patiens cū interrogaṫ: nec mouetur: ⁊ q̄n est debilis r̄ndet ⁊ aperit oculos cū vocaṫ: ƀ incontinēti reuertiṫ ad pristinū statū: ⁊ tunc est inquirēdū si ei⁹ virtus ē fortis: ⁊ si poss̄e est ip̄m flōmari: flōmetur: postea superaspgatur acetū ⁊ oleū rosatū supra caput: ⁊ post hoc ꝑ aliquot dies cū morbus icipit declinare inungaṫ frons cū castoreo: mentastro: ⁊ origano: mixtis cū aceto: ⁊ hec cura est maximi iuuamēti: ⁊ post hec ꝓuoceṫ sternutatio cū ꝯdisio ⁊ paurillo castorei: ⁊ nō multipliceṫ sternutatio: q2 replet cerebꝝ: ⁊ inungaṫ caput ex oleo cucumeris asinini cū aceto sq̄llitico: ⁊ poss̄e est patientē subeth solū ex hac cura liberari: ⁊ fricentur extremitates: ⁊ ligenṫ. Et si morb⁹ est multoꝝ dieꝝ radatur caput ⁊ fricenṫ cū rebus pungitiuis ⁊ denṫ in potu calefacientia ⁊ cū morb⁹ iam declinauerit: deṫ vinū in potu: ⁊ laxetur vēter: ⁊ intret patiens balneū: q2 ego vidi plures patiētes hūc morbū liberari solo balneo ⁊ nō poterāt ēt expgefieri nisi balneo: ⁊ si virtus patiētis est debilis sedeat in aq̄ calida vsq̄ ad collum: ⁊ nō dꝫ tangi caput cū aq̄: q2 reddit ip̄m debile ⁊ anxiū: ⁊ eius nocumētū erit magnum.

¶ Et cura subeth qd̄ nominaṫ fars est valde ꝓpinqua cure

cc litbargie: verūtn̄ fit i anteriori pte capitis ⁊ corrūpit virtutē sensuum: ⁊ accidit hic morbus ex vehemēti dolore: supueniēte cerebro: ⁊ aliquādo ēt accidit ex nimia fatigatione occipitij vl̄ cranei mittētis humores ad pelliculas cerebri.

¶ Et dixit. Y. q̄ differt litbargia a frenesi i colore faciei: an-

ee helitu: ⁊ pulsu: ⁊ vehemētia febris. Patientes eni litbargiā sentiunt debilē caliditatē. ⁊ eoꝝ anhelitus est paruus: ⁊ tardus ⁊ pulsus vndosus: ⁊ semꝑ declināt litbargicī lecto versus pedes: ⁊ frenetici versus caput.

¶ Et q̄n in frenesi appet ꝯcauitas oculoꝝ clausura assidua

ſ ¶ Dixit filius Thelaus: iuuat debilitati viſus decrepitoruꝫ refricatio extremitatū eoꝝ: ⁊ aſſidua pectiatio capitis ⁊ potare ſyrupuꝫ abſinthij. añ. comeſtionē: ⁊ ſyrupum acetoſum de ſquilla ⁊ prouocatio ſternutatiōis: ⁊ gargariſma cū melle ⁊ ſinapi. ¶ Dixit Schear. Cuꝫ paſſus ſuꝫ debilitatē viſus compoſui hoc colliriuꝫ pro acuitate viſus mei ⁊ profuit mihi valde. Cōpreſſi granatuꝫ muʒū ⁊ extraxi ſuccū: ⁊ feci bullire vſqꝫ ad mediū ſupra ignem. deinde addidi de melle deſpumato quantuꝫ dimidia pars ſucci cocti predicti: ⁊ iterū feci bullire vſqꝫ ad mixtōeꝫ pfectā: ⁊ poſui ad ſolē p viginti dies ⁊ poſtmoduꝫ collirizaui ex eo: ⁊ viſus meus effectus ē valde acutus. ¶ Aliud valde bonum. Accipe ſuccum granatorum acetoſorum ⁊ ſuccum feniculi: ⁊ fel vaccinuꝫ ⁊ mel añ. diſpumētur ad igneꝫ ⁊ colentur ⁊ fiat colliriū. ¶ Scief Dico compoſui hoc ad acuendum viſum. Accipe fel vaccinum: piper lon. mirabol' ſal armoniacum: miſcentur cū ſucco feniculi ⁊ fiat ſcief. ¶ Aliud baſilicon ꝙ cōpoſui ſendi: ⁊ eſt valde bonum ad remouendum obſcuritatem viſus: ⁊ lachrymas. ℞. mirabo. citri. ʒinʒi. añ. ʒ. v. piperis albi. ʒ.i. ſalis armoniaci. ʒ.i. ¶ De meamyr. Ad obſcuritateꝫ viſus ⁊ quibus non poſſunt videre ſculpturam lapideam annuli. ſuccꝰ ceparum mixtus cum melle facto collirio. Aut collirium ex acoro ⁊ darſini: xilobalſami: carphobalſami: amiō. amararum: thur: centaur: minoris: pipere nigro ⁊ lōgo. ʒinʒi. ſucco feniculi: ſucco ſalicum: ⁊ ſucco radicum: collirium factum ex aſſa acuit viſum ⁊ ſimiliter ſi comedatur ex ea. ¶ Item comeſtio radicum ⁊ collirium factum ex ſucco eius cum catarrana: oleo balſami: pulli hyrunō. combuſti. aqua ceparum: aqua ſinapis recentis: abſinthi: yſopi ⁊ opoponacis.

5 ¶ Dico collíria conſeruantia viſum componuntur ex lapidibus ſiccis: ſicut eſt antimoniuꝫ tucia. marchaſita: corall' ru. lapis emathitis: cancer marinus cōdita in aqua pluuiali: ⁊ ſuperpoſitis ſpica: ſedig. inō. ⁊ paruꝫ aloes ⁊ fiat colliriuꝫ: ⁊ collirizetur ⁊ in eſtate condiantur cuꝫ aqua ro. ⁊ ſi ad acuendum viſum erunt neceſſaria condiantur cum ſucco feniculi ⁊ ſucco ruthe. Et ſi ad obthalmiam iuuat cū ſucco agreſte: ⁊ ſucco ſumach. ¶ Colliriuꝫ conſeruans oculos ab obthelmia: ⁊ eſt eſtiuū. ℞. cancroruꝫ marinorū. lapiō. emathi. perlarum. añ. ʒ. iij. ſalis armoniaci. ʒ. ij. corallorū rube. ʒ. ij. ʒ. ceruſe. ʒ. ij. roſaruꝫ. ʒ. iij. ſeminū roſ. ʒ. iij. ſcief memith. ʒ.i. rob agreſte. ʒ.i. camphor. ʒ.i. imbibantur lapides cum aqua ro. ⁊ miſceantur cum alijs medicinis ⁊ impaſtentur cuꝫ aqua ro. ⁊ in hyeme cum aqua frigida.

ſ ¶ Dixit Ruffus in libro populari. Debilitas viſus que accidit ex inſpectione ſolis curatur cum ſomno longo ⁊ vino. ſigna debilitatis viſus. in p̄ncipio accidit obſcuritas viſus: ⁊ penulares oculoruꝫ apparent diuerſi coloris ſicut colores celi. Et apparebunt coruſcatiōes coraꝫ oculis. ⁊ extunc inſiſtenduꝫ eſt ad mundificationē capitis ⁊ ordinationeꝫ dicte. ¶ Johannitius in libro ſuo. Cuꝫ viſus deficit aut minuitur ſine manifeſto nocumento ⁊ ex inferiori parte oculi accidit: aut ex neruo cōcauo: aut occaſione cerebri. Et morbi nerui ſunt aut ex mala complexiōe: aut ex apoſtemate: aut ex opilatione: aut ex occultatione: aut ex diſlocatione: ſicut ex cōpreſſione ſuperueniente ſibi. Et cuꝫ deficit viſus: ⁊ oculi ſūt in diſpoſitiōe ſua: ⁊ adeſt ponderoſitas capitis ⁊ proprie in profundo: ⁊ prope profunditateꝫ oculorū datur intelligi ꝙ multe humiditates ſunt ſparſe in neruo oculorū que cohabitauerunt neruū ⁊ apoſtemauerunt: ⁊ ſi imaginationes erūt ſimiles imaginationibus patientiuꝫ catarractaꝫ ⁊ poſtmoduꝫ deficit viſus nec nocumētuꝫ ineſt forme oculi: neqꝫ pōderoſitas in profundo neqꝫ in capite ⁊ itelligitur ꝙ morbꝰ eſt ex opilatione nerui ⁊ ſignuꝫ eſt cuꝫ vnus clauditur oculus alius non dilatat̄. ¶ Dico ꝙ nō tradidit ſigna alterius ⁊ nec̄ia ad ſcienduꝫ. ¶ Dixit ſi deficit viſus poſt caſum: aut pcuſſionē: aut violentē vomituꝫ ⁊ p̄mo fuerat eminentia in oculo ⁊ poſtmodū pfundauit itelligit̄ ꝙ neruus ſit inciſus.

BB ¶ Et dixit cum aliquis videt prope ⁊ non longe ⁊ videt minora. ⁊ non maiora euenit ex debilitate ſpiritus prouenientis a cerebro. Et cum accidunt his contraria ꝙ videat longe ⁊ prope ſicut accidit decrepitis vel videt de die ⁊ nō de nocte: aut ſicut patientes haſce intelligit̄ ꝙ accidit ex groſſitie ſpūs aialis ⁊ ex multis ſuperfluitatibus mixtis cum eo.

ſ ¶ De cura debilitatis viſus. minuantur vene lachrymaliuꝫ ⁊ ponantur ſanguiſuge in temporibus. ¶ Dico inueſtiganduꝫ eſt in qua ſpecie debilitatis viſus fit hec cura. ¶ Dixit iuuat obſcuritateꝫ viſus ⁊ opilationem baſilicon confectuꝫ de calcanto: ere combuſto: viridi ere: pipere. ʒinʒi. ⁊ ſpica imbibitis cuꝫ ſucco feniculi. ¶ Dico ꝙ hoc eſt bonū: ⁊ eſt addendum in eo parum de camphora.

5 ¶ Et medicine conſeruantes viſum ⁊ prohibentes fluxum fiunt cū lapidibus frabugi antimonio: climia: aloe. memith. croco ⁊ ſarcocolla. ¶ Dixit vero inſiſtendum eſt cum baſilicon: ⁊ ſimilibus de medicinis acutis: capite exiſtente repleto: ⁊ aere meridiana: neqꝫ in media eſtate neqꝫ i medio hyeme. Et cum fiunt he medicine inſtilletur poſtmodum lac: ⁊ calefiant oculi vt mitigetur corum punctio. ¶ Dixit filius meſuey in libro medicinarum mundificantium: vſus rerum facientium obſcuritatem viſus ſunt multa comeſtio lactucarum: lenticularum: citrarie. porrorum: naptis. ⁊ hyeroſolimita. Colliria acuentia viſum ſunt de ſucco citrarie ⁊ paruꝫ opoponacis. Et dixit. Oliue mature nocent viſui. ¶ Dixit Endites collirium bonum ad caſum pinnularum ⁊ conſeruationē ſalutis viſus ⁊ ad lachrymas. Accipe climiam ⁊ teratur cum pinguedine vipere pro acuendo viſum. ⁊ pro cōſeruatione cum melle ⁊ ponatur in vaſe terreo: ⁊ coquatur donec fumus non egrediatur a vaſe ⁊ ſit os vaſis bene obturatum ⁊ poſtmodū excooperiatur ⁊ addatur rob de vuis ⁊ piſtētur optima piſtatione ⁊ ſumatur ex eo pars vna: ⁊ de viride ere vſto antimonio ⁊ lapide laʒuli. añ. partem. ʒ. fiat ex his collirium eſt enim valde bonum ⁊ mirabile. ¶ De libro congrega. quem dicitur compoſuiſſe. Gal. conſeruātur oculi in ſua ſalute ⁊ prohibent fluxuꝫ ad eos miſcere endod cum aqua ⁊ inſtillare oculis: ⁊ hoc confortat oculos ne recipiant fluxuꝫ: ⁊ ſimiliter faciunt fortius iſto ſcief facto de ſpica ⁊ endod: ⁊ nocent viſui continua inebriatio: coitus: vinū dulce: cibaria multi nutrimenti: ⁊ que ſūt tarde digeſtionis ⁊ faciētia ſodam: ⁊ inducentia coitū ⁊ acuta ⁊ melancolica.

ſ ¶ Et quibus ad eſt debilitas viſus cum ponderoſitate capitis fiat minutio frontis: narium: aut angulorum.

Et nocet oculis multus somnus: ⁊ multe vigilie. ⁊ iuuat visui assiduitas legendi: ⁊ inspectio lapidum sculptorum: quia hoc est exercitiuꝫ moderatum: ⁊ non debet assiduare inspicere aliquid diu ⁊ fixe: sed debet inspicere res diuersas: ⁊ cũ surgit a somno refricentur oculi leuiter: ⁊ iuuat aliquandiu visus colliriorum prouocantium lachrymas: q2 extergunt ⁊ expellunt humiditates ab eis: ⁊ assiducatur laxatio ventris non nimia. Sabur. Collirium de sedigh: idest folij cõseruans sanitatem oculoruꝫ ⁊ confortans eos. ℞. antimonij. ʒ. vi. tucie. ʒ. iiij. climie ⁊ corall. ru. an̄. ʒ. ij. sedigh indian̄. ʒ. i. perlaruꝫ croci musci. an̄. ʒ. ℈. terãtur lapid. in mortario cũ aqua per plures dies: ⁊ desiccentur ⁊ superponãtur cum eis alie medicine bene trite. Medicina mortarij conseruans salutem oculoruꝫ desiccas fluxum ⁊ faciens oculos lucidos. ℞. scief memith: semen ros. ⁊ succuꝫ agreste. an̄. ʒ. i. mirabol. citri. ʒ. ℈. antimonij contriti ⁊ imbibiti cuꝫ aqua pluuiali ⁊ desiccati. ʒ. ij. camphor. dauich. i. spice nardi. dauich. ij. pistẽtur iterum: ⁊ iterum ⁊ fiat colliriuꝫ. In. 6. ordinationis Ypo. ⁊ platonis habetur quod opilatio est elargatio vni9 pupille: ⁊ non constringitur cuꝫ altera clauditur vel aperitur nec dilatatur nec constringitur: sed permanet in vno esse. Ex antidotario maiori sabur. Collirium conseruans ⁊ confortans oculos: ⁊ prohibens fluxum lachrymarum: ⁊ est valde iuuatiuum ponatur antimonium in aqua pluuiali. vel in aq̃ distillata ex pictara: vel puteo per viginti vnaꝫ noctem. deinde. ℞. de eo. ʒ. xx. marchasite. ʒ. viij. tucie viride climie. an̄. ʒ. xij. perlarum paruarum. ʒ. ij. musci dauich. i. camphore dauich. ij. croci sedigh. an̄. ʒ. i. pistẽtur antimon̄. marchasita tucia: ⁊ perle cum aqua pluuiali diebus tribus. decies quolibet die: ⁊ terantur ⁊ dimittantur donec desiccentur: ⁊ deinde superponatur alie medicine trite: ⁊ iterũ simul pistẽtur ⁊ cribrent per pannũ sericũ fiat que colliriũ: ⁊ collirizet ex eo mane ⁊ sero: quia valde confert. Oribasius. pro acuitate visus ponãtur feniculi recentes in aqua contenta in vase vitreo ⁊ dimittantur in ea per septem dies: deinde instillet aq̃ ipsa in oculis die quolibꝫ mane ⁊ sero vsqꝫ ad dies quadraginta: ⁊ assiducatur dieta tenuis.

De dieta sanorum. Cum accidit conualescentibus debilitas visus non collirizentur: sed maneant supra aquam calidam suscipientes vapores ex ea sepe ⁊ ambulẽt per loca viridia herbaruꝫ arborum ⁊ alia delectabilia. Dico duct9 fuit coram me quidam puer patiens karabites qui conualuit ⁊ post morbi discessuꝫ carebat visu. Cuius pupille nec inuersate: nec dilatate: nec coartate videbãtur: sed clare ⁊ mũde. tandem feci super caput eius aspersionem fieri ⁊ instillationem in oculis ex oleo violato ⁊ conualuit ⁊ visum recuperauit qui non fuerat consuetus multum dormire. Electuarium acuens visum multa acuitate. ℞. zinzi. acori hyerepigre. an̄. partem. i. asse partes. iiij. terenda terantur ⁊ impastentur cum succo feniculi recentis aut cum aqua decoctionis seminum feniculi mellis: ⁊ accipiatur ex eo quolibet die in quantitate vnius auellane: ⁊ hoc etiam valet dilatationi: incohationi catarracte: ⁊ obscuritati. Ex summa accidentium ex morbo. dixit cum tunica cornea debilitatur vltra suum debitum modum debilitatur visus ⁊ fiet turbidus: ⁊ cum contrahitur minoratur visus sicut accidit in dispositione decrepite etatis. Dico confert primo morbo collirium factum ex fellibus ⁊ signa huius sunt. q2 ea que videt patiens apparent sibi ac si essent intra nebulaꝫ: ⁊ pupilla nõ est turbida. scde vero signa sunt qd cornea est in suo statu ⁊ cõtinet in ea pauca aquositas: ita q2 intuendo patientẽ non potest quis videre pupillã suam in eius oculo nisi cum magna difficultate. Et cura huius est humectare patientem.

Dyascor. succus cimini siluestris acuit visum ⁊ expellit ab eo multam humiditatem ⁊ est mirabilis operatiõis ad hoc. Succus ceparum si collirizetur cum eo acuit visum ⁊ precipue cum corrumpitur ex humiditate grossa. Succus marrubij collirizatus valde acuit visum. Serapinum est optima medicina ad acuendũ visum cuꝫ debilitatur ex grossa humiditate. Tuci abluta desiccat potius quam omnes alie medicine: ⁊ non habet in se aliquam punctionem ⁊ propterea valet ad prohibenduꝫ fluxuꝫ reumatis fluẽtis in oculos ⁊ palpebras. Dico q2 hec est laudabilis medicina: ⁊ potest apponi loco ⁊ vice lapidis frabugi. Aqua antimõij habet in se virtutem desiccandi ⁊ stipticandi ⁊ ob hoc valde cõfert ad prohibitionem fluxus prouenientis ad oculos. Item collirizatio olei balsamini acuit visum. Ebanus abstergit obscuritatẽ visus violẽta abstersione ⁊ ꝓhibet hũiditates defluere ad oculos. Succ9 curcume valꝫ obscurati visus. Dico appono hanc medicinam ad conseruandaꝫ acuitatem ⁊ ꝓhibitionem reumatum fluentium. Usus comestionis lenticularum obscurat visum similiter ⁊ cauium: ⁊ multa cõestio lactuce facit idem. idem facit multa comestio citrarie. Succus citrarie acuit visum ⁊ prohibet fluxuꝫ humiditatis defluenti ad oculos: ⁊ eam desiccat cũ violentia. Usus porrorum hyerosolimitan̄. ⁊ omnium specierum suarum faciũt obscuritatem visus. Aqua cepar. cum melle collirizata valet obscuritati visus ⁊ debilitati ipsius. pip abstergit obscuritatem visus zinzib. facit idem. Origanum in cibarijs facit idem. Comestio ruthe acuit visum. Succus eius ⁊ succus feniculi mixtus ⁊ collirizatus facit idem. Et valet debilitati. Usus comestionis aneti debilitat visum. Succus feniculi desiccatus ad solem ⁊ mixtus cum collirijs acuẽtibus visuꝫ valꝫ. Gummi inuentus in stipitibus feniculi est maioris violentie. serapinum abstergit visum ⁊ acuit. Dixit Ruffus i duobus locis assiduatio portulace debilitat visum. Alchus dixerũt multus vsus ceparuꝫ debilitat visuꝫ. Masurgei ⁊ filius mesuey darsim acuit visum comestum collirizatum: ⁊ hoc habet ꝓprietatem eius. Filius mesuey. Crocus acuit visum. Scher. ⁊ curaui aliquando obscuritatẽ visus que accidit post egritudines acutas cum aqua lactuce ⁊ exinde cum lacte ⁊ oleo fuso in capite: balneo ⁊ cibis humidis. muscus confortat oculos ⁊ desiccat humiditates ei9. Sendibiar vsus aceti debilitat visuꝫ. Filius musuey. idem faciunt lactuce. Meseya. debilitas visus accidit ex victoria siccitatis. Et signum est macies oculi ⁊ rubedo ei9 ⁊ preerit ei res similis pulueri preimaginatio in eo etiam nigri ⁊ appellatur hic morbus turbatio vel reuerberatio oculorum. Collirium expertum acuens visum ⁊ extergens. Accipe climie argenti tucie: antimon̄. lapidis emathitis cãcrorum marium combustorum ⁊ ablutorum eris combusti corticum eris ablutũ bene aloes croci sedigh indian̄. an̄. ʒ. i. pipis nigri ⁊ lon. salis armõiaci. an̄. ʒ. ℈. ⁊ dꝫ assidue imponi.

Dixit cum videtur quis debili visu prope ⁊ non longe accidit ex curtitate. ⁊ si est naturaliter non curatur: sed accidẽtaliter curatur cum multo fluxu.

Dico collirium bonum ad acuendum visum. ℞. tucie indiane rusactegi. i. es vsum marchasite ⁊ myrrhe. an̄. ʒ. iij. terantur ⁊ imbibantur cum succo feniculi tribus diebus: deinde addatur piperis nigri: piperis longi: aloes: darsin̄. zinzib. acori. celidonie: ⁊ salis armo. an̄. ʒ. i. pistent ⁊ colliriuꝫ ꝯficet.

Dixit museya. iuuat hasce ⁊ mlto fluxui ⁊ obscuritati: ⁊ cõfortat pupillam ⁊ acuit visum. Accipe succum granatorum dulcium ⁊ acetosorum: ⁊ mel dispumatum. an̄. ⁊ succum feniculi. an̄. partem. ℈. ponantur in ampulla vitrea ad solem ⁊ addatur parum croci: ⁊ ducantur sepius vsqꝫ ad spissitudinem ⁊ collirizetur cum eo.

De conseruatione visus ⁊ acuitate ipsius. Oleum factum ex virgis arborum que dicuntur termerie: ⁊ fiat ex ea haumel. Dixit Dyascor. quia valet obscuritati visus cum colliriatur ex ea. Scief ebani. Ebanus abstergit obscuritatem visus: ⁊ si acueretur in tabula eiusdem scief esset melius ⁊ hec est ebani confectio: limatura eius teratur bene ⁊ cribretur per pannum sericum: ⁊ ponatur in vino odorifero ⁊ impastetur cuꝫ eo bene ⁊ fiat scief. Dixit Gal. habetur ex opinione communi q2 ebanus abstergit quicquid est oppositum ante pupillam ⁊ prohibet visuꝫ. Paulus. Ebanus mundificat hasche. Et humiditas que egreditur ab arbore salicis cum excorticatur tempore florum suoruꝫ colligatur: quia abstergit obscuritatem visus. Dyascor. acetum squille bibitum subtiliat visum. Succus auricule muris cuꝫ melle ⁊ colliriatũ acuit visum. Oleuꝫ balsami acuit visum ⁊ abstergit obscuritatem eius. Succus citrarie collirizatus facit idem. hoc etiam dixit filius mesuey. Aqua ceparum collirizata cum melle valet debilitati visus. Dixit Gal. succus ceparum remouet obscuritatem oculorum prouenientem ex humoribus grossis. Opoponacum facit idem. Darsini idem. Filius mesuey. proprietas darsini comesti collirizati. idem facit. Dyascor. aliquando fex vini comburitur ⁊ operatur ideꝫ q2 tucia. Dico ergo q2 tucia remouet obscuritatem visus. Paulus abluatur fex combusta anteq̃ misceatur cum medicinis extergentibus oculos. Suc-

cus acori acuit visum. Oleum vetus collirizatum facit idē: Gummi lentisci mordicans linguam violenter collirizatum facit idem. Zinziber remouet obscuritatem visus. Et ideȝ facit piper. Item zinziberum collirizatum valet obscuritati visus prouenienti ex humiditate ⁊ zinziberum conditum comestum facit idem.

BB ¶ Filius mesuey semina pastinace impastato cū melle ⁊ collirizata valent hasce.

F ¶ Dyascor. hodhid remouet obscuritateȝ visus. Ysopus appositus cibarijs facit idē. Hoc idem dixit Ruffus. ¶ Dyas. harmel .i. cicuta impastata cum felle galline succo feniculi. melle ⁊ vino iuuant debilitatem visus. Andegoga idest trifolium caballinum mixtum cum vino facit idem. Serpētes incisis eorū extremitatibus ⁊ eiectis interioribus: ⁊ felle manente integro: si bene abluantur ⁊ coquantur cum aqua parum salis aneto ⁊ vino: ⁊ vnus eorum comestus valet obscuritati visus. ¶ Dyascor. ⁊ Paulus. spolia serpentis trita ⁊ ex eis facto collirio acuunt visum. Thus abstergit visum ⁊ remouet obscuritatem visus. Succus cimini carmeni cuȝ comeditur abstergit visum. ¶ Dyascor. succus caulium facit idem. ⁊ iuuat debilitati ⁊ obscuritati. ¶ Galie. caules inducunt obscuritatem visus: preter si oculus est naturaliter humidior temperata complexione. ¶ Dyascor. oleuȝ amigdal. amar. valet turbedini visus. Rosmarinus cuȝ omnibus floribus seminum: ⁊ stipticis suis mixtus cum melle ⁊ collirizatus acuit visum ⁊ semen eius bibitum per se facit idem. Myrrha collirizata facit idē ⁊ abstergit obscuritatē. Marchasita cōbusta ⁊ non combusta facit idem. Es vstum idē. Flos eris idem. Nitrum cum melle collirizatum facit idem. Cassialignea apposita cum medicinis oculorum plurimum operatur. Vernix cum vino collirizata facit ideȝ ⁊ remouet debilitatem visus. Zuccarum congelatum inuentum supra cannas collirizatum iuuat debilitati visus: ⁊ cognoscitur: qr ⁊ frangitur ad modum salis. Zuccarum quod venit a regione egea: ⁊ similiatur sali gemme: ⁊ zuccarum huscbar collirizatum valet obscuritati visus.

BB ¶ Filius mesuey collirizatio facta cuȝ serapino abstergit obscuritatem visus ⁊ hasce.

F ¶ Dixit Gal. hoc est de laudabilioribus medicinis obscuritati prouenienti ex humiditate grossa. Succus ruthe collirizatus valet obscuritati visus. ¶ Ruffus succus ruthe ideȝ. ¶ Dyascor. comestio ruthe salite vel non salite idem. Succus squille mixtus cū succo feniculi ⁊ melle collirizat⁹ acuit visum. Scorpio marinus valet ad idem. Mel tergit obscuritatem visus. Succus agreste acuit visum. Vena tinctoruȝ facit ideȝ. ¶ Gal. ⁊ hec iuuat acuitatē visus ⁊ dissoluit superfluitateȝ coagulataȝ in oculis. ¶ Dixit hedigorus proprietas huius vene est acuere ⁊ confortare visum. ¶ Gycul. dixit solatrum siluestre kekengi somnifer cuȝ melle mixtus ⁊ collirizatus facit ideȝ. ¶ Dyascor. radix operatur idē. Succus marrubij idē. Dyascor. piper extergit obscuritatē visus Succus mali porcini cū melle collirizatus valet debilitati visus. ¶ Filius mesuey origanū acuit debilitatem visus ex humiditate prouenientē. ¶ Dyascor. concule pelagi cōbuste: ⁊ ablute extergunt obscuritateȝ visus. Gūmi cerasorum facit idem. Succus cētauree minoris cū melle abstergit obscuritatē visus. Caysur abstergit obscuritateȝ visus. Succ⁹ feniculi recentis desiccatus ad soleȝ semen eius: ⁊ gūmi stipitis eius cuȝ inciditur valet ad idem. Catarrana ponitur i collirijs acuentibus visum. Pinguedo pisciuȝ fluminis dissoluta ad soleȝ cū melle mixta ⁊ collirizata acuit visum pinguedo serpentum mixta cum catarrana melle ⁊ oleo veteri valet obscuritati visus. Omnes maneries aluminis abstergunt visuȝ. Fumus picis valet debilitati visus prouenienti ex humore grosso. Lac ficuuȝ montanarū: ⁊ succus folioruȝ cum melle mixtus idem. Lachryme fluentes ad carassationeȝ salicis ponunt̄ cū medicinis valentibus ad extergendū quicquid est ante pupillaȝ ⁊ extergunt obscuritateȝ visus: ⁊ subtiliant. Semē sinapis pistatuȝ mixtū cuȝ aqua valet obscuritati visus: ideȝ facit semen collirizatuȝ per se. ¶ Filius mesuey dixit: qr dixit Paulus. q. Gal. recitauit. Cinis vespertilionis acuit visuȝ. Comestio hyrūdinū assatarū facit idem. Et si hyrūdo cum suis pillulis cōburant̄ in olla ⁊ superponatur aqua in cinerib⁹ suis: ⁊ dimittant̄ per dies aliquos ⁊ misceantur cuȝ mell. ⁊ collirizet̄ facit idē. ¶ Gal. elleborus albus ponitur in scief abstergentibus visuȝ. ¶ Dixit filius mesuey. medicine mundificantes oculos ⁊ acuentes: visum sunt. oleum de kerua cum bibitur mundificat eniȝ quicquid est in oculis de humoribus grossis: ⁊ proprie cuȝ bibitur cū aqua aloes: aut aqua ierepigre. Idem facit oleuȝ cōmune. oleum radicum. oleum laurinum. oleuȝ fenugreci. oleuȝ narcisci. oleum aneti. oleum sansuci. oleum liliaceum. oleum camomille. oleum cotule fetide: omnia valent ad mūdificationeȝ oculorum: oleuȝ balsami potatū ⁊ collirizatuȝ facit idē. Idem facit succus curcume. Sitaragi. Acorus. Serapinū. Camedreos: ⁊ proprie succus caruȝ. Succus centauree minoris. Succus citrarie. Succus cepe. ⁊ succus ruthe. succus feniculi succus apij: succus trifolij: caballi. succus foliorum papaueruȝ siluestrium: ⁊ proprie succus eorum radicuȝ. sanguis testudinis. aqua epatis hyrci assi in quo sit piper lōguȝ infixum. Fel taba tortuosi. Fel galli. Fel lupi. Fel canis. Fel strucij. Fel ouis. Fel caprinum: pinguedo serpentum. Cerebrum bubonis. Cerebrum hyrundinum. Cerebrum dannule: castor. calcantum es vstum: cortices thuris galbanū darsini euforbi. ⁊ piretrum: hec omnia cum collirizantur mūdificant oculos. ¶ Acorus succus eius: darsini: carpobalsam. xilobalsamum amig. amare: thus: succus feniculi. Centaui. minor: oleum balsami hec omnia collirizata acuunt visum. ¶ Idem facit piper: ⁊ piper lon. zinziber succus salic. si collirizatur: aqua salicis collirizata abstergit visum. Et vbi ponitur aqua salicum: intelligatur de lacte. Comestio radicum ⁊ succus eius collirizatus valet ad idem. Rutha comesta ⁊ collirizata cum succo idem operatur. Idem facit assa ⁊ cortices cassiel. trite ⁊ cribrate bene. Catarrana: spolia serpentis trita ⁊ cribrata per pannum sericum aut cinis pullorum hyrundinum tritū ⁊ collirizatum cuȝ predictis valȝ. ¶ Collirium ex succo ceparum cum fauo mellis vel cum succo sinapis recentis ⁊ pipere trito ⁊ cribrato aut cū succo absinthij: aut cum succo ysopi valet. Et comestio origani recentis: vel sicci aut collirizatuȝ cum opoponaco aut mixtū cuȝ succo citrarie: aut cum succo aliquo predictorum collirizatum valet. ¶ Archigenes in libro morborum cronicoꝝ. Dixit quando accidit debilitas visus cū dolore capitis caueat patiens ab idigestione: violento frigore: ⁊ calore: luce splendida: cena: vigilijs: imoderato somno. Et vtatur balneo assidue vomitu post comestioneȝ ⁊ potum. ¶ In libro memor. Collirizetur cum succo radicum aut oleo balsami: quia valet. Comestio radicis iuuat. Hudod collirizatū acuit visum succus florum papauerum siluestrium idem: colliriū de zinzibere sicco per aliquot dies iuuat obscuritati visus. ¶ Et inueni q quando humiditas est cuȝ debilitate oculoꝝ. Accipe zinziberis mirab. indorum. añ. parum ⁊ collirizetur ex his sed nō sepe. ¶ In comento nicolai super physicā. Aristotelis. Dixit in visu decrepitorum accidit corrugatio: ⁊ nō possunt bene inspicere lucem. ¶ Dico hoc accidit ex siccitate ⁊ humiditate. Cura est humectare cum balneo ⁊ cibis: aperire oculos super aquam claram tepidam. ¶ Habētes oculos debiles ⁊ velociter dolorosos ex largitate venarum aut rubedine caruȝ aut ex schebel: aut scabie aut aliquo alio caueant a somno post repletionē cibi: ⁊ potus ⁊ abstineat a nocentibus ori stomaci: ⁊ a cibis factis cum cepis: porris: citraria: ⁊ a balneo: ⁊ assiduēt refricationē extremitatū: ⁊ ligationeȝ: ⁊ ponantur in aqua calida ⁊ fiat minutio: ⁊ purgatio ante tempus consuetum insultus: ⁊ caueat a vomitu ⁊ vtat̄ laxationī. ⁊ clysterijs. ¶ In libro accidētis. ⁊ morb. Defect⁹ visus accidit aut ex membro visus aut ex instrumētis ministrantibus ei. Et virtus visibilis cum nō exercet operatōes suas: aut accidit ex opilatiōe que accidit neruo: ⁊ signuȝ ei⁹ est: qr non dilatatur oculus cum clauditur alter: aut ex diuisione coniunctionis nerui. ¶ Et si humor cristallinus declinat ad aliqueȝ anguloꝝ non nocet visui. Et si superius aut inferius que videntur apparēt dupla. ¶ Et foramen vuee nocet visui quadrupliciter: aut dilatatiōe: aut cōstrictione: aut mutatione a loco proprio. aut laniatione. Dilatatio nocet visui si est a prima origine vel accidentaliter. Cōstrictio si est a prima origine est bona: qr reddit visum acutum. Si ē accidentalis est mala: qr accidit ex minoratōe albuginei humoris: ⁊ pluries accidit decrepitis ⁊ vtentibus dieta sicca ⁊ similiter accidit ex humiditate vuee: ⁊ primuȝ non curatur: qr morbus siccus est difficilis curationis.

SS ¶ Et albugineus nocet visui cū est multus paucus aut grossus.
F Grossitudo ⁊ paucitas eius nocent foramini vuee: ⁊ ei⁹

groſſities ingroſſat viſum ⁊ reddit eũ difficilem ad exercendum operationes ſuas: ⁊ ſi color eius mutatur: videbis oĩa ſimilia idem colori: vt ſi croceus videbis omnia crocea: ⁊ ſimiliter de alijs coloribus. Et ſi accidit groſſities eidē prope centrum foraminis vuee apparebunt coraȝ eo omnia pforata: q: non videt de ſubſtantia rei niſi circunferentias: ⁊ ob hoc videt perforata. Et ſi ipſa euenit in circũferentia anguli non videt omnia ſubito ſicut accidit ſanis. Et ſi hec humida groſſities eſt diuiſa ⁊ ſparſa ad diuerſa loca apparent coram eius oculis tanq̃ cimices volãtes ſicut accidit multotiens in ebrietate ⁊ vomitibus poſt vomitum. Et quibus eſt futurus fluxus ſanguinis e naribus: ſed non eſt ita continua ſm q accidit patienti catarractam ⁊ ſi non totaliter ingroſſaṫ albugineus cũ eo qd eſt ſupra vueã ꝓhibet viſum.

f ¶ Et aliquando prohibetur viſus oculis morãtibus in ſuo ſtatu nec apparet ſignum opilationis vel alterius: ⁊ accidit ex cellulis capitis: ⁊ ſi ingroſſatur non eſt tãte groſſitudinis q auferat vſum: patiens non videbit remote ſed prope ſm quantitatẽ groſſitiei. ¶ Et tunica cornea ſi ingroſſaṫ nocet viſui ⁊ hoc accidit ex humiditate ⁊ pro eo q ingroſſaṫ ⁊ repletur transformatio erit pauca ⁊ viſio corporum ⁊ ſi deſiccaṫ fortiter accidit in ea corrugatio ⁊ ſpaſmus ⁊ ob hoc nõ poterit intueri corpora ſicut ſunt: ⁊ iſtud euenit decrepitis ⁊ ſi mutatur color eius immutatur viſus ſm eundeȝ calorem vt ſi croceus videt crocea: ⁊ ſi rubeus rubea: ſicut in patiente maculã: ⁊ ſi ſubtiliatur vltra naturalem colorem nocet viſui: q: mittit de luce criſtallino vltra debitũ ⁊ hoc accidit in morbo macule. Et ſilr cũ coopitur ex vngula vel cicatrice puſtule. Et cũ ſpaſm⁹ accñs cornee euenit ex minoratõe albuginei eris foramẽ pupille ſtricti⁹ ex eo. Et accidit decrepitis: Et ſi eſt ex morbo exñte in eo erit foramẽ in diſpõne ſua.

5 ¶ Dixit color albus diuidit coniunctionem oculorum ⁊ propterea nocet viſui: ⁊ niger coadunat tunicas ⁊ ppterea dolent. Color celeſtinus ⁊ color medius inter rubedinem ⁊ nigruȝ coadunãt viſum tẽperate: ⁊ ppea cõmendanṫ. Accidit inter alios colores oculis ſanis exiſtentib⁹: ⁊ cũ oculi infirmanṫ. Niger magis iuuat: q: curantur queliȝ a contrarijs.

f ¶ De accidentibus oculorum. In libro membrorum dolentium. Accidentia in oculis: aut ſunt occaſione nerui: aut occaſione ſpiritus viſibilis. Et accidẽtia neruo aut ſũt ex apoſtemate aut mala complexione: aut ex opilatione: ⁊ apoſtema accidens neruo eſt cum repercuſſione ⁊ ponderoſitate ⁊ accident ex colera rubea cum caliditate ⁊ opilatione: ⁊ ſimiliter apoſtema melancolicum eſt cuȝ ponderoſitate: ⁊ ſimiliter accidit cum eſt apoſtema flegmaticũ. ¶ Dico ⁊ differentia ẽ iter calida ⁊ frigida apoſtema: quia ex prolixitate cognoſcitur temporis ex prolixitate temporis morbi cognoſcitur: ſi apoſtema eſt melancolicum aut flegmaticũ. Et differentia eſt inter apoſtema calidum ⁊ frigidum: quia apoſtema calidum breui tempore moratur frigidum auteȝ longo: iterum apoſtema melancolicũ eſt cum ponderoſitate: ⁊ flegmaticum eſt cum minori ponderoſitate. ¶ Et ſi ex mala cõplexione accidẽte calida erit flammea: ⁊ ſi eſt frigida erit frigida ſicut frigiditas niuis: ⁊ ſi eſt ſiccum accidit ex dieta ſicca ⁊ in etate decrepitorum ⁊ ſi eſt humida: ex dieta humida ⁊ in etate puerorum. ¶ Et ſi ex opilatione cognoſcitur: quia euenit ponderoſitas ſubito. ¶ Ex ſpiritu viſibili occaſione aut accidit ante parũ ſicut decrepitis aut erit omnino defectus viſus occaſiõe morbi cerebri ſicut in apoplexia. ¶ Dico non poteſt accidere defectus viſus occaſione morbi cerebri neqȝ ex percuſſione niſi cum nocumento: ⁊ ſi nocumẽtum eſt ex neruo orto in interiori parte cerebri accidit ante parum poteſt euenire ſicut decrepitis.

5 ¶ Dixit Gal. in libro conſeruationis ſanitatis. Conſeruatio ſalutis oculorum eſt trahere ſuperfluitates eorũ per nares ⁊ os cum ſternutationibus ⁊ gargariſmis ⁊ confortare eos cum collirijs ſiccis factis cum lapide frabugi ſm q habeṫ in meamyr. que apponantur cum rado vel alio inſtrõ ſupra palpebrã tãtuȝ ita q nõ tãgat tunicas ⁊ hoc fiat quoliȝ die.

f ¶ Iudeus debilitas viſus proueniens ex nimio planctu accidit aut ex ſiccitate: aut ex deſiccatione criſtallini.

BB ¶ Dico videntes in obſcuro ⁊ nõ in luce accidit ex ſiccitate ⁊ econuerſo. Et ſignum primi q non inſpicientes lucem habent pupillam ſtrictaȝ: ⁊ in hoc premeditandum eſt.

f ¶ Et in libro tyriace ceſaris ſpolia vipere trita ⁊ mixta cum melle ⁊ collirizata valent obſcuritati viſus. ¶ Ruffus in libro in quo non inueniuntur medici. Ad obſcuritateȝ prouenientem decrepitis ambulatio ſuam greſſu: refricatio leuis: nec repletio nimia cibi nec comeſtio acutoruȝ ⁊ euitatio vaporoſorum aſcendentiuȝ caput ⁊ prouocatio vomitus poſt comeſtioneȝ ⁊ cum accidit coriza in naribus temperata valet obſcuritati viſus ideȝ faciunt ſternutationes ⁊ gargariſmata facta cum rebus educentibus flegma. Et ſigna cognitionis future debilitatis viſus ſunt q penuulare oculoꝝ ſũt coloris yris ⁊ incipit debilitari viſus noniter ⁊ videbit patiens coram ſe ſicut lac ⁊ patietur emigraneam ⁊ ſoda ⁊ cuȝ adſunt iſta minuaṫ cibus ⁊ vtatur exercitio moderato ⁊ purgetur. ¶ Dixit buctigeſu. lactuce: porri: citraria caules lenticule eruca anetum cum multiplicatur eorum cibus inducunt debilitatem viſus. ¶ Collirium honoratum ex electis Iohannitij. ℞. climie. ʒ. viij. perlarum myrrhe. añ. ʒ. ij. fellis vulturis ⁊ perdicis. añ. dauich. i. piperis dauich. ij. ſalis armoniaci muſci camphore. añ. dauich. i. teranṫ ⁊ fiat collirĩ. ¶ Puluis granatorum: ⁊ vocatur mũdificator oculoꝝ ſculptorum ⁊ perforatorum perlaruȝ. Accipe granata dulcia ⁊ granata bene acetoſa comprimantur manu ⁊ vnumqdqȝ p ſe ponatur in vaſis bene obturatis ⁊ ponantur ad ſolem tribus menſibus Iunio Iulio ⁊ Auguſto ⁊ quolibet mẽſe coletur ⁊ eijciatur fex eorum ⁊ miſceantur ſimul equaliter ⁊ in vno rotulo ipſius addanṫ aloe: piper album piper lon. ⁊ ſal armoniacum trita ⁊ cribrata ⁊ collirizentur ex eo. ¶ Receptio honorati alia cui nõ eſt ſimilis quã compoſuit balhar. ℞. climia auri: lapidis emathitꝭ: tucie indiañ. ſcorie hõi eris: cancri marini: ſedigh indi: antimonij haſbehem. añ. ʒ. i. piperis lõgi piperis nigri ſalis armoniaci. añ. ʒ. ß. croci. ʒ. ij. ſcorie eris vrantur ⁊ infrigidentur ⁊ inde malleanṫ ſubtiliter ⁊ miſceanṫ cũ alijs ⁊ iteꝝ piſtẽṫ valȝ decrepitis ⁊ oculis hũidis.

5 ¶ Et inueni aliud collirium conſeruans ſaluteȝ oculoꝝ. ℞. lapidis emathitis partes. viij. tucie partes. iij. climie. auṙ. ptem. i. piſtentur ⁊ abluantur pluries ⁊ fiat collirium valet ſicut lapis frabugi ſicut dixit Gal.

f ¶ Et dixit ſimiliter cum forma oculi eſt illeſa ⁊ viſus deficit in principio attendatur ſi pupilla eſt ſtricta aut larga ſi ſunt ſimiles claudatur vnus ⁊ alter aperiatur ⁊ ſi elargatur pupilla accidens erit in proprio foramine vuee ⁊ ſi non: eſt ex alio morbo. ¶ Dixit debilitas viſus proueniens ex ſiccitate: cura eius eſt difficilis ⁊ melior eſt inſtillatio olei de nenuphar ⁊ humectare corpus cum cibis vino ⁊ balneis ⁊ inſtilletur eius naribus oleum de cucurbitis dulcibus ⁊ ſpargere ſupra caput aquam decoctionis que continetur in pmixtionis cura: ⁊ fiat inſtillatio in oculis de albumine oui ⁊ lacte mulieris recentis: q: valde iuuat. ¶ Hatoroſcos: pulli hyrundinuȝ incidantur ⁊ comburãtur quouſqȝ teri poſſint ⁊ miſceatur cum eis parum de ſpica ⁊ fiat collirĩ. hoc reddit oculos pulchros magnos facit pupillam nigram remouet pruritum ⁊ ſcabiem ⁊ omnem ſuperfluam humiditatem ꝓhibet ab oculis omnino. ¶ Iohannitius dixit. Cum aderit defectus viſus ⁊ forma oculorum eſt integra ſi patiens ſenſerit ponderoſitatem in capite ⁊ proprie in profundo ipſius ⁊ prope concauitatem oculorum ſciendum eſt q accidit ex multa humiditate ſparſa in neruo oculi: ⁊ ſi patiẽs imaginabatur imaginationes ſimiles patienti catarractaȝ ⁊ exinde deficit viſus nec affuit aliqs morbus nec ponderoſitas: morbus eſt ex opilatione nerui. Et ſigna opilatiõis ſunt claudere vnum oculum. Et ſi pupilla alterius nõ dilatatur morb⁹ eſt ex opilatione nerui. Et ſi ante defectum viſus euenit patienti dolor capitis: aut violẽta pcuſſio ſupra caput aut fortis vomitus ⁊ ex his ꝓuenit eminẽtia oculoꝝ ⁊ poſt receſſuȝ eminentie ſi oculus remãſit macilẽtus neruus eſt inciſus.

BB ¶ Dico aliqñ accidit q vi ꝓpe ⁊ nõ lõnge ⁊ videnṫ minora q̃ȝ ſint ⁊ nõ maiora ⁊ ecõuerſo intuendũ eſt i his ⁊ cura ei⁹.

f ¶ De cura debilitatis oculorum. Dixit Iohannitius minuantur duo anguli ⁊ ponantur ſanguiſuge in temporibus. Et dixit medicine prouocantes lachrymas valent appoſitioni ⁊ deſiccationi vel obſcuritati viſus: quia componũtur ex abſterſiuis violenter ſicut calcanto: ⁊ viride es: ⁊ de piperibus ⁊ ſpica aromatica.

5 ¶ Et medicine conſeruantes ſalutem oculorum ⁊ prohibentes accñtia eis: ſiunt cum lapide frabugi ſarcocoll. memith: aloe: ⁊ climie: antimõio ⁊ croco. Et medicĩe ꝓhibẽtes obſcuritatẽ viſus fiũt cũ oleo bal. fellib⁹: aſſa melle feniclo ⁊ ſilib⁹

f ¶ De membris dolentibus: cum deficit viſus ⁊ oculi in ſua

forma persistunt morbus est in neruo concauo ⁊ erit aut ex mala complexione aut ex aliquo morbo cōtento in eo: sicut est opilatio aut apostema aut ex fluxu alicuius transeuntis per eū. ¶ Dixit aliqui decrepitorum patiuntur debilitatē visus occasione contractionis cornee ⁊ minorationis albuginei. Si foramen erit amplum erit occasio paucitatis albuginei: ⁊ si est in suo esse ⁊ est clarus possibile est q̄ sit ex contractione cornee. ¶ Dico ⁊ signa hītur huius morbi tñ cura eius erit difficilis: q: humectatio tunice nō erit defacili.

5 ¶ Et dixit de melioribus coloribus visus est color celestin⁹: ⁊ post hunc est color compositus ex nigredine ⁊ rubedine: quia hi colores sunt compositi ex nigredine ⁊ albedine ⁊ nō disgregāt visū sicut facit albus: nec coadunāt fortiter coadunatōe horribili sicut niger: ⁊ ħ totū ē duz mēbra salute fruunt.

f ¶ Et cum visus debilitatur a luce solis ⁊ eius simili: color niger est bonus visui: quia contrarius curatur suo contrario. ¶ Seheer dixit: succus lactuce iuuat obscuritati visus p̄uenienti ex humore colerico q̄ post morbos accidit acutos. Dico lac potatū iuuat debilitati visus p̄uenienti ex siccitate.

5 ¶ Ex libro congregatis. dixerūt antiquiores nihil ad eo nocet oculis sanis ⁊ pluries dolorosis q̄ȝ constipatio ventris: ⁊ diu respicere versus res lucidas ⁊ assiduus labor legendi litteras minutas ⁊ immoderata assiduatio coitus ⁊ assidua comestio salsoruȝ ⁊ ebrietas ⁊ somnus post repletionē cibi ⁊ dieta inordinata ⁊ non dormire replet oculos multum: ⁊ ob hoc non dȝ dormire post comestionē qui habet oculos lesos donec digerat. ¶ Et dixit q dubitat ne suus visus deficiat comedat rapas crudas ⁊ coctas ieiunus ⁊ quantascū qȝ potest donec sit satur ex eis ⁊ est valde iuuatiuū. ¶ Collirium maius conseruans salutem oculoꝝ ⁊ facit deesse fluxum ⁊ vocatur puluis persianus. Accipe antimoniū: tuciā: marchasitam: ⁊ climiam lauētur sepius s̄m moduȝ p̄dictū ⁊ desiccentur ⁊ accipiatur ex eis. añ. ʒ. v. perlarum ablutaꝝ ʒ. ij. sedigh indi croci spice. añ. ʒ. i. cāphore dauich. i. misceat ⁊ fiat collirium quo vtatur mane ⁊ sero. ¶ Aliud sufficiens ⁊ operatur sicut p̄dicta. Accipiatur antimoñ. abluti vt dictum est. ʒ. v. musci. ʒ. i. camphore dauich. i.

f ¶ Et cuȝ forma oculi est in proprio esse ⁊ visus deficit inspiciendum est vtrum sit ex opilatione ⁊ cognitio eius est claudere alterum oculorum ⁊ alium aperire si elargatur sinistra in quantum dextra vel econuerso non est ex opilatione. Et quibuscunqȝ oculis pupilla non elargatur morbus accidit in neruo s̄m dictum Gal. ⁊ s̄m propositū aliquorū in vuea. ¶ Debilitas visus aut defectus ipsius oculi forma i suo eē manente: accidit aut occasione morbi qui a Gal. vocat defectus opilationis. ⁊ a me vocatur defectus cōstrictionis ⁊ dilatationis: aut si vocatur ab eodē grossities cristallini: aut est ex coartatione cornee ⁊ turbedine accidente in ea ⁊ hoc euenit decrepitis: aut ex siccitate oculorum ⁊ paucitate humoris albuginei: ⁊ similiter accidit decrepitis ⁊ patientib⁹ egritudines acutas a quib⁹ p̄ueniūt dolor cerebri ⁊ oīum membroruȝ. Et signa opilationis cognoscuntur sicut dictū est ex appositione patientis ab obscuro ad lucem ⁊ melius est pupillam inspicere. Et Gal. ad hoc nullam curam adhibuit pro certo morbus est difficilis: quia morbus est in musculo descendēte ⁊ retrahēte vueaȝ: ⁊ premeditandum est in hac cura subtiliter: ⁊ cura huius est s̄m curationem musculorum cuȝ deficiunt in operationibus suis. ¶ Et minorationis vuee signum cognoscitur ex minoratione ⁊ profunditate ipsius. Cura eius sunt cibaria humida: balneum: somnus: quies ⁊ sparsio olei supra caput: ⁊ p̄uocatio sternutationis: coartationis cornee. ¶ Et turbeditatis sue signa manifeste apparent ⁊ est difficilis cure: ⁊ aliquando intret balneū aque calide dulcis. Et cura eius s̄m q̄ habet in cura minorationis humoris albuginei.

f BB ¶ Et turbiditas accidens humori cristallinī. que non permittit defacili suscipere impressiones corporū ⁊ vocatur a Ga. grossities spiritus visibilis: ⁊ accidit ex ea asche: ⁊ accidit sicut qui nec videt prope nec longe: quia corpus remotum nō defacili videtur ab eo ob eius grossitiem ⁊ propinquum similiter: cuȝ sit operatio eius debilis sicut euenit ex appositiōe aromaticorum in naribus deficientibus odoratu: ⁊ ex occasione nāli q̄ cum corpus est propinquū ei: sui subtilitate nō discernit defacili illud ⁊ cum corpus est ei mediocriter propinquū discernit facilius impressionem ipsius: q: corpus discernitur ex medijs aeris: ⁊ hoc est nāle. ¶ Et inuenitur in differtatiōe nāliuȝ: aut erit humor cristallinus maioris subtilitatis debite ⁊ paruitat: ⁊ debilis ⁊ ob hoc lucida corpora ad inspiciendum difficilia sibi sunt nec videt bene de die q: corpora lucida dilatant lucē: sed in morbis nocentib⁹ visui pauci inueniuntur ex eis qui nō discernant sensu. ¶ Et in his etiā inuenitur morbus dubius ad cognoscendum: ⁊ est subtilitas foraminis vuee: q: non cognoscitur nisi eo existente in vno oculo per alterius oculi noticiā aut p̄ inspectionē tp̄e salutis ipsoꝝ ⁊ dolor ēt est significatio stricture pupille.

5 ¶ Aaron dixit laudantur oculi parui pauce profunditatis ⁊ declinantes parum in siccitatem naturalē: ⁊ cuȝ sunt magni ⁊ eminentes necesse est q̄ aliquo tempore superueniat eis humiditas ⁊ dolor. ¶ Et dixit proprietas medicinarum acuentium oculorum visum est succus granatoruȝ dulciuȝ ponat in ampulla vitrea habente orificium strictum ⁊ maneat ad solem donec inspissetur ⁊ deinde fiat ex eo collirium ⁊ cōseruetur quousqȝ necessarius fuerit: q: quāto magis erit vetus tanto maioris erit iuuamēti. ¶ Et dixit medicine abstergētes pāniculuȝ ⁊ albedinem ab oculis ⁊ cōseruantes eoꝝ salutem fiunt tp̄e hyemis cū musco: ⁊ in estate cuȝ camphora.

f ¶ De memoria. De summa defectus visus ⁊ nocumēti manifesti in principio cognoscēda est causa ex qua prouenit defectus visus: ⁊ nocumentuȝ ⁊ debilitas eius: ⁊ in forma oculi nō est aliqua mutatio ⁊ si adest est pauca ⁊ si deficit visus ⁊ in pupilla non apparet dilatatio aut constrictio manifesta nec turbedo: oculo existente in forma sua ⁊ si adsunt inuestigandū est vtrū sit ex opilatione mutando eū de luce in obscuritatem ⁊ cognitio dilatatiōis pupille ⁊ constrictiōis ei⁹ est per clausuram alterius oculoruȝ ⁊ hec sunt si oculi in sua dispositione naturali manent. ¶ Et inspiciendum est si pupilla sit dilatata aut constricta plus debito aut minus: ⁊ possibile est q̄ nō cognoscatur defacili: q: pupille status nō visus vel vnius extitit tp̄e salutis: ⁊ hoc cognoscit per dissimilitudinē pupillarum: q: cum vna constringitur alia dilatat ⁊ ecōtrario. ¶ Et cum plene constiterit de foramine q̄ nec elargatur nec constringatur vltra naturalē complexionem vel dispositionē ipsius: attendatur de neruo visibiliter: q: si adest in capite ponderositas: ⁊ tarditas sensuuȝ ⁊ nocumentum ipsorum morborum causa est a cerebro: ⁊ ex tunc inquirendum est de dieta ⁊ dispositiōe corporis somno ⁊ vigiliis vt morbi causa melius cognoscat: an sit ex siccitate: vel humiditate: ⁊ etiam si in profundo depressam: aut extenuatam vel contractam: aut econuerso: ⁊ ex his signa sumantur. Sȝ prius intuendum est si pupilla est turbida: aut non: q: si turbida non indiget exquisitione p̄dicta.

BB ¶ Et illius morbus qui videt prope ⁊ non longe accidit ex grossitie humoris cristallini: ⁊ indiget subtili dieta. Et illius qui videt remote ⁊ non prope p̄dicta est eius cura ⁊ indiget ingrossatione diete. Et illius qui patitur hasche: q: humiditas eius est grossa indiget subtiliatione diete. Et q patitur dorcium indiget ingrossatione ⁊ additione humiditatis. Et qui videt res perforatas subtiliatione diete indiget: q: alique humiditates ipsius sunt ingrossate ⁊ circumferentia crystallinū. Et similiter qui non videt subito multas res. qui videt omnia rubea: si non est ex macula aut icteritia minuatur ⁊ purgetur humor inducens talem colorem presentem. Et cui apparet res dupla si est multum non est ingeniū cure in eo: q: ambo crystallini oculoruȝ non sunt in vno scemate: q: vnus altius est alio: ⁊ cura ei⁹ est ligatura in oculo faciēte strabositatē: q: rectificat ex ea: ȝ cui ambo crystallini declināt ad āgulos eoꝝ ⁊ vn⁹ nō supat aliū: nō nocȝ visui.

P ¶ Et cui adest laniatio oculorum visus deficit: quia humor albugineus defluit ⁊ deficit visus.

SS ¶ Et qui videt quasi per nebulam aut fumum: cornee tunice oculorum ipsius sunt humefacte: ⁊ si videt rubea: aut crocea: tunice sunt infecte eisdem coloribus.

f ¶ Et cum spasmatur cornea erit defectus vel debilis visus: q: claritas est pauxilla: ⁊ hoc accidit ex angustia aut occasione humoris albuginei ⁊ in ambobus his morbis extenuantur oculi. Signa vniuscuiusqȝ instrumenti instrumentoꝝ oculi cum accidit in neruo aliqua incisio omnino vnde eminet oculus: deficiet visus. Et si adest dura opilatio que dissolui non possit deficit visus: ⁊ cum laniabitur cornea eminet vuea humor albugineus ⁊ deficit visus oīno. Et si parū dilaniabitur coniunctiua non nocet. ¶ Dixit Gal. cuȝ coartatio cornee cum vuea non extenuatur accidit ex minoratio

ne albuginei humoris: ⁊ si extenuatur ē ex siccitate ⁊ debili-
tate cornee ⁊ est difficilis ⁊ accidit decrepitis in vltio senij.
¶ Ex diuisionibus vel dictionibus Gal. in libro morborũ.
Juuat debilitati visus decrepitorum: assidue odorare mu-
scum quolibet die ⁊ potare aquam decoctionis absinthij ⁊
sirupum acetosum de squilla ante cibum ⁊ prouocare ster-
nutatões ⁊ gargarismata. ¶ Dixit museya collirium bonuz
mundificans oculos ⁊ tergit visum: tucia indiana antimo-
nium mirabol. citri zinziber ciminum fel perdicuz trita be-
ne ⁊ imbibita cum succo sansuci ⁊ additur cum eis parum
camphore ⁊ musci.

¶ Capitulum quintum: cuius rubrice sunt.

TT De apãte in lachrymalibus ⁊ glandula ⁊ resudatione

VV De fistula in lachrymalibus.

TT **IN summa** de accidẽtib⁹ ex mor-
bo. Cũ maioratur car-
nicula existens in angulo maiori prohibet su-
perfluitatez oculorũ ne fluat in nares ⁊ occul-
tabitur i eo ⁊ oritur ex eo apostema angulorꝫ.
VV ¶ Jn meamyr. Medicina que fit cum lima-
tura eris sale armoniaco ⁊ alumine curat fistulam angulo-
rum ⁊ est medicina acuta: ⁊ habetur cura i capitulo de era-
dicatione carnis.

TT ¶ Et aliquando oritur in angulo maiori paruuz apostema
⁊ mulotiens spargitur sine punctione versus oculum ⁊ diffi-
cile curatur: quia apostema quod oritur i tali loco debet cu-
rari cuz medicinis sine punctiõe: quia acute medicine indu-
cunt dolorem oculorũ: ⁊ magnificant apostemata: ⁊ ob hoc
erit difficilis cura eius: quia non potest curari cum medici-
nis violentis: nec potest diu super ligari medicina in eo: qr
oculus non patitur longam ligationem. Archigenes em-
plastrum de farina orobi. i. carsenda vel cardeda impasta-
ta cum melle: aut cinis vitium impastata cũ melle: aut thus
mixtum cum fimo columbino recenti: aut fimus mixtus cuz
alijs: aut stafisagria ⁊ galbanum trita ⁊ mixta ⁊ posita desu-
per ante sparsionem: aut vitreolum impastatum superpona-
tur ante sparsionem. i. eruptionem. ¶ Dixit ⁊ si non curatur
scindatur ⁊ diuidantur fissure foraminũ: deinde perforetur
locus cum subtili perforatorio ⁊ fiant diuersa foramina p-
pinqua: ⁊ post modum superponatur medicina que dicitur
ẽmula: quia hec excoriat pelliculas in quibus interclusum
est apostema: aut detegatur vsqz ad os ⁊ fiat coctura: quia
ex ea remouentur pellicule ⁊ curatur: ⁊ poterit fieri coctura
hoc modo. ponatur embotum paruum supra locũ ita ꝙ stri-
ctior pars emboti sit iterius supra os ⁊ fundatur desup plũ-
bum liquefactum ⁊ ex tali coctura liberatur. ¶ Jn libro si-
gnorum. Dixit ⁊ accidit lachrymalibus oculoruz apostema
cui ex impressione digiti profundatur ⁊ eo remoto reuerti-
tur ad quod fuit ⁊ color eius similis colori corporis. ¶ Di-
xit apostema quod dicitur ãgiles diuersificatur dupliciter.
primo fluxus oculorum ad nares ⁊ proprie cũ fricatur ocu-
lus digito. secundo cum non fit fluxus ad nares: ⁊ hoc pro-
cessu temporis rumpetur ⁊ fiet sicut fistula.

VV ¶ Dico coctura fistule oculorum debet fieri hoc modo: pri-
mo scindatur larga fixura vt ex ea habeatur cognitio ope-
rationis: ⁊ intuendum etiam est ꝙ perforatio cadat in infe-
riori parte fixure ⁊ non in superiori: quia in eo est foramen
per qd̃ habetur olfatus ⁊ si esset supius non iuuaret: ⁊ ante
perforationem cuz digito exquiratur locus cartillaginosus
⁊ ossuosus ⁊ profunda quantum poterit versus nares: ⁊ ca-
uendum est ne declinet ad oculos: quia de facili inciderẽtur
tunice ⁊ spargeretur humiditas oculorũ: ⁊ cum perforatur
locus perforetur violenter vt sanguis egrediatur a narib⁹
⁊ ore: quia ex eo cõstat ꝙ perforatio in loco debito existat:
⁊ exinde fiat coctura cum instrumento: ⁊ sit adeo calidũ vt
circũferẽtia ebulliat ex coctura: ⁊ fiat hoc tribus vicibus ⁊
qualibet vice excorietur: ⁊ postmodum superponatur bom-
bix intincta in oleo siregi. i. sisamino vsqz ad casum cocture:
⁊ exinde curetur cũ vnguento vsqz ad plenam liberationẽ.
¶ Dico fm dictuz Gal. capitulo luti armenici ad fistulã est
vt dico scidatur fistula ⁊ fricetur ⁊ abstergatur: ⁊ omne qd̃
est in ea de carne superflua eradicetur ⁊ superponatur bõ-
bix madefacta cum succo carrubee napticine recentis plu-
ries: quia hec cura coadunat ⁊ consolidat.

TT ¶ Pau. dixit. Accipe folia ruthe domestice sicce ⁊ terãtur ⁊
impastentur cum lixiuio ⁊ ponantur super agiles anteqꝫ in-
grossetur: quia si fuerit grossum vsqz ad os ex hoc bene con-
solidabitur: ⁊ hec medicina in pncipio mordicat ⁊ post nõ: ⁊
mirabilius qd̃ est in eo: qr multum inducitur malum ex ea.
Aliud myrrha ⁊ aloe trita ⁊ impastata cũ humiditate mani-
carum: ⁊ ex eis loco impleto est valde bonum.

VV ¶ Medicina bona ad fistulam oculorũ ⁊ oẽs alias ⁊ dissol-
uens oẽm duritiem ⁊ putredinẽ ⁊ inflationes deponẽs. ℞.
olei rotul. i. litargiri. ℥. viij. ʒ. auripigmenti. ℥. i. decoquatur li-
targirum in oleo bene ⁊ pulueri zetur desuper auripigmẽtũ
⁊ remoueat ab igne priusqꝫ cõburat auripigmentũ ⁊ vtat.

TT ¶ Dico erat filius cuiusdã noie facde ⁊ patiebat apã in la-
chrymali sed erat debile: ⁊ est fricatũ nihil fluxit ab eo: ⁊ po-
stea passus ē obthalmiã ⁊ ligari feci eius oculũ per aliquot
dies ⁊ denuo refricari feci apã ⁊ disparuit: ⁊ manifeste cura-
tus est: ⁊ ob hoc non curet talis morbus nisi prius liget per
tres dies: ⁊ exinde fricetur: si non fuerit eminentia in oculis:
⁊ si apparet eminentia est cura sufficiens ligatura. ¶ Ori-
basius in apãte lachrymali qd̃ spargit: dissoluat scrapinuz
in aceto ⁊ supponat. ¶ Filius talaus dixit in apãte lachry-
malis ponat elleborus niger: qr carnẽ malaz eradicat. Aut
accipe viride eris. ʒ. xij. galbanũ. ʒ. vi. ⁊ fiat scief ⁊ supponat
⁊ imponitur vitreolum ⁊ mel.

VV ¶ Dico ista cura fiat post clysterizationẽ fistule: ⁊ exinde im-
pleat: ⁊ curare cũ medicĩa acuta est melior oibus his: qr ve-
ra ⁊ eradicatiua. ¶ Dixit Seheer iuuat fistule oculorũ ap-
positio. Auripigm̃ti cali. pratellũ calcis virid eris: ⁊ vitreoli.

TT ¶ Dico verificamus hoc ex libro oculorũ iohãnitij apã la-
chrymalis orit inter angulos ⁊ nares: ⁊ putrescit posĩe est ꝙ
putredo fetida exeat a naribus ⁊ posĩe est ꝙ spargat versus
angulũ maiorẽ ⁊ ē malũ. Et si nigligit eius cura pueniet ex
eo fistula ⁊ corrũpit os: ⁊ aliqñ fluũt ⁊ egredit putredo sub-
tus palpebras ⁊ corrũpit cartillagines ipsius ⁊ cõprimitur
angulus egreditur putredo ex eo. ¶ Et glandula est maio-
ritas carnicule exñtis supra locũ foraminis iter oculũ ⁊ na-
rem: declinãs a sua tẽpantia. ¶ Resudatio est cũ hec carni-
cula minuit cũ non phibet humiditas ne fluant ad oculos
⁊ non expellet eam ad nares ⁊ minuitur de superflua eradi-
catione glandule: aut ex appositione superflua medicinarũ
acutarum in cura vngule ⁊ scabiei. Et cura resudationis ⁊
glandule dicta est in cura morborũ oculorũ paruorꝫ. ¶ Cu-
ra apostematis lachrymalis. Curetur in principio prout cu-
rantur apostemata: de phibitiõe ⁊ dissolutione apãtum: ⁊ si
ex his non curat insistendũ est cum medicinis dispargenti-
bus ⁊ spargit cum cura pustularũ vt dictũ est: ⁊ aliqñ appo-
nitur memith crocus: folia ruthe cũ lixiuio ⁊ marutie: cũ ite-
rioribus suis: myrrhe ⁊ aloes. ¶ Paulus ⁊ Antiles dixerũt
aliqñ accidit i angulo maiore apã ⁊ posĩe est ꝙ declinet ex-
terius ⁊ non apparet inflatio eius: ⁊ per os eius egredit pu-
tredo ⁊ non corrũpit caro ⁊ posĩe est ꝙ declinet ad nares ⁊
ex eo spargit in oculũ: ⁊ aliqñ in ambobus lateribus: ⁊ aliqñ
erit pfundum: ⁊ aliqñ non. ¶ Dixit ẽt ꝙ multe profundita-
tis corrũpit os: ⁊ econtrario non corrũpit: ⁊ posĩe est ꝙ cor-
rumpat ossa narium omnia: ⁊ qd̃ declinat exterius cum est
pauce curationis ⁊ maxime si in eo est os a quo egrediatur
putredo: ⁊ ꝙ declinat ad oculos: signa sunt dolor accidens
hora qualibet sine occasione manifesta ⁊ fluxus lachryma-
rũ ex angulis ⁊ pluries egredit putredo ab angulo cum im-
primitur. ¶ Et si apostema non est in profundo aut croni-
cum os non corrumpitur: ⁊ hoc debet incidi ⁊ si non perue-
nit vsqz ad os mundificetur qd̃ corruptum est ex carne ⁊ re-
siduum consolidetur. Et si peruenit vsqz ad os fiat coctu-
ra vsquequo perueniatur ad os ⁊ os excoquatur vsqz ad ex-
coriationem sui: aut corrodatur caro corrupta cum medici-
nis acutis si voluerit vt fiat coctura. ¶ Pau. cuz apã decli-
nat versus partẽ exteriorẽ incidat ⁊ desiccet caro quousqz
pueniatur ad os si os non erit corruptum fricetur os ⁊ si cor-
ruptũ coquat post appositionem spongie madefacte in aq̃
niuis ad oculum ⁊ aliqui eijcientes carnem corruptã faciũt
foramen ad trahendum materiaz ad narẽ sed nobis sufficit
sola coctura. ¶ Et dixit si apã declinat ad ãgulos ⁊ nõ est
pfundũ icidat ex eo vsqz ad angulũ ⁊ extrahat qd̃ ē de carne
corrupta: ⁊ desiccet bñ cũ medicinis desiccatiuis ⁊ pcipuũ
est vitreolũ tritũ puluerizatũ ⁊ suppositũ: silr ⁊ aloe cũ cor-
ce thuris tritũ ⁊ suppositũ. ¶ Teodosius. Colliriuz ad apã
cũ aqua. Et dissoluatur calcadis cum aqua ⁊ colatura ipsi-
us resideat quousqz coagulentur: ⁊ postea assumatur ex eis

equaliter ⁊ coaduněntur ⁊ iterum terantur ⁊ ponantur in vase creteo nouo: ⁊ idez vas ponatur in alio vase pleno aceto ⁊ obturetur os eius bene cum luto ⁊ dimittatur per quindecim dies dõec virtꝰ aceti subitret ꝑ poros vasis: ⁊ humectentur medicine deinde extrahantur donec desiccentur ⁊ pistentur ⁊ cum opus fuerit cum rado ponatur paruz in angulo. ¶ Consului aliquando sedigh filio sebith aurifici de apostemate lachrymalis quod patiebatur vt instillaret in eisdem angulis aquam mirabol. fricatoruz ⁊ cũ hec fecisset putredo vulneris diminuta est ⁊ desiccata ⁊ vicinabatur liberationi ⁊ fortasse ex vsu predicte medicie curatur. ¶ Et dico ꝙ iuuat medicina enule: quia generat carnem in ossibus denudatis: ⁊ composui hanc medicinam. Accipe aloe: sarcocoll. memith terram thuris combustum vitreolũ: myrrha terantur ⁊ superponantur angulo est enim bona.

UU ¶ Et in quinto catagenes: ⁊ ponitur post cocturam apostematis anguli: centauree mi. aristolo. añ. aureũ. i. myrrhe aur. tertiam partem aluminis: galle. añ. aur. ℥. yreos sarcocoll. scief memith: añ. aureum. i. viride eris aur. iij. impastentur cum melle ⁊ curat omnem fistulam.

TT ¶ Et in sexto dixit. iuuat apostemati angulorum emplastratio vnguentoruz expellentiũ que diximus in capitulo dissolutionis putredinis ⁊ ista dissoluunt ⁊ expellunt humiditates. Et hec medicina proprie valet huic morbo: decoquat litargium cum oleo ⁊ equaliter ponantur sal: ⁊ sal armoniacum ⁊ excoquantur vsqz ad spissitudinem ⁊ superponatur ex eo. ¶ Dixit Oribasius iuuat apostema sparsuz in angulis serapinum tritum cum aceto ⁊ superpositum. Bulbꝰ trite ⁊ cum aceto mixte ⁊ emplastrate valent vltra omnẽ rem omni apostemati prouenienti in angulo maiori: ⁊ solum emplastratũ desiccat. ¶ Diascor. camomilla emplastrata curat apostema lachrymalis sparsum. Interiora nucuz rancida iuuat fistulam oculorum. Oleum nucum facit idem. Nigelle farina emplastrata valet apostemati sparso ãgulis: succus eius cum farina facit idem. ¶ Galie. fructus vitis albe tritus ⁊ mixtus cum melle croco ⁊ oleo rosato emplastratũ iuuat apostemati anguli quod spargitur ab eius principio. ¶ Dias. Camedreos collirizatus cum oleo valet agires.

UU ¶ Lingua arietis pistata cum sale ⁊ emplastrata valet fistulis oculorum. Accepi a quodam amico meo de quo confisus sum ꝙ curauit de fistula oculorum cum myrrha pistata ⁊ consolidata est ⁊ confortatus est locus ⁊ curatus est.

TT ¶ Solatrum pistatum ⁊ emplastratum apostemati angulorum sparso ⁊ succus eius mixtus cum pane facit idẽ. ¶ De libro de accidẽti ⁊ morbo. Carnicula que est in angulo maiori aliquando maioratur ⁊ aliquando minoratur ⁊ cũ crescit detinet lachrymas ⁊ superfluitates ne fluant ad nares: ⁊ occultãtur in eis: ⁊ accidit ex his apostema lachrymalis:

UU ¶ Dico fistule prouenientes in oculis curantur aut coctura vt perforatione ⁊ coctura fit hoc modo: aperiaẽ fistula cuz flobotomo ⁊ proportionetur intus cum rado ad quantitatem instrumenti cum quo fiat coctura: ⁊ exinde igniatur instrumentum donec rubescat alioquin inuiscaret ibidem: ⁊ cum primo decoquitur fricetur: cum panno lineo: ⁊ iterũ coquatur: ⁊ sufficit tribus vicibus: ⁊ tãdiu teneaẽ intus quousqz superior circũferentia bulliat: ⁊ exinde superponatur bombix intincta in oleo sisamino: ⁊ emplastretur locus cuz enduiua: ⁊ sic curetur vsqz ad extinctionem vel extractionẽ cocture ⁊ exinde curetur cum vnguento. Et cum premitur fortiter fistula nocet: quia extrahitur putredo per angulos Et si curaretur cum perforaretur cum perforatorio sed coctura erit melius: quia nõ euacuatur nisi ex hoc. Et fortasse curatur perforatione ⁊ non coctura ⁊ debet perforari cum instrumento ferreo simili sue. i. lesue sed debet esse grossuz ⁊ debet habere caput rotundum: ⁊ perforatio debet fieri versus partem narium cum impressione: ⁊ violẽta reuolutiõe donec egrediaẽ sanguis ex naribus ⁊ ab ore: post cuius exituz intelligitur ꝙ instrumentum peruenerit ad profundum ⁊ decoquitur. ¶ Et dico: ꝙ si locus impleretur perforatus cum solo vitreolo esset curatus. ¶ De fistula oculorũ. Accipe gummi arabici partem. i. myrrhe partes. ij. impastẽtur cum felle vaccino ⁊ impleatur ex his locus: quia inuiscatur ⁊ non remouetur donec cureẽ. ¶ De medicinis appositis morbis. ℞. yreos corticis radicum: herbe: opoponacis: farine orobi aristol. ro. añ. partem. i. myrrhe partes. ij. fecũ vini virides eris. añ. partem. i. terantur omnia ⁊ cribrentur ⁊ cum visco misceantur inuoluto in rado panno lineo grosso ⁊ fricato: intromittatur de medicina predicta cuz stuello de panno ⁊ dimittatur per diem: deinde extrahatur ⁊ iterũ fricetur vt dictum est: ⁊ intromittatur stuellum cum medicina per duos aut tres dies dimittatur ſm ꝙ videbitur mundificatio eius: ⁊ viscus valet huic morbo.

TT ¶ De libro signoruz. Gal. aliquando accidit apostema in lachrymali oculi ⁊ cum manu imprimitur profundatur ⁊ cito reuertitur quando dimittitur.

UU ¶ Et dixit aliquando accidit humiditas in angulo maiori: que cum non defluit ad nares corrumpitur putrescit: cronicatur: ⁊ inducit fistulam: ⁊ pluries fluit in nares cum refricatur humiditas ipsa: ⁊ hoc erit cũ manifestatur fistula. ¶ Dixit buctigef. Cum impletur fistula de puluere mirti curatur. Et si nucibus rancidis impleatur fistula curaẽ. ¶ In mea myr. de cura fistule. ℞. thuris myrrhe. añ. partem. i. aluminis nitri partem. ℥. ex quibus tritis impleantur fistule.

TT ¶ Et dixit aliquando oritur inter angulum maiorem ⁊ narẽ apostema ⁊ vocatur ãgiles ⁊ similaẽ pustule parue ⁊ possibile est ꝙ spargatur in oculos ⁊ erit difficilis cure: ⁊ ob hoc festinetur ad curam eius cum medicinis dissoluẽtibus sine punctione. ¶ Archigenes dixit. Emplastretur cum farina orobi ⁊ melle: aut misceatur cum his thus: aut fimus columbinus ⁊ erit magne operationis. Et cum apostema non spargitur fiat emplastrum de stafisagria: melle ⁊ galbañ. ⁊ superponatur: aut solo puluere vitreoli.

UU ¶ Medicine experte ad fistulas. ponatur in stuello diebardic. i. vnguentum ⁊ fricetur fistula cum panno lineo ⁊ intromittetur stuellus. Aut emplastretur locus cum emplastris infrigidantibus: ⁊ sic infrigidetur pluries quolibet die donec suum exequatur effectum deinde superponatur oleum sisaminũ donec eradiceẽ radix apãtis: ⁊ si necesse fuerit reiterentur vsqz ad plenam mundificationem. ¶ Atoroscos dixit. fimus columbinus tritus si impleatur ex eo fistula lachrymalis: aut superponatur iuuat.

TT ¶ Johannitius apostema lachrymale est exitura existẽs inter angulum ⁊ nares ⁊ pluries declinat os eiꝰ verẽ. angulũ ⁊ si non curaretur fieret fistula: ⁊ os corrumperetur: ⁊ possibile est ꝙ putredo fluat in nares per foramen quod est iter angulum ⁊ nares ⁊ fortasse egreditur sub cute palpebre ⁊ corrumpit cartillaginem ⁊ cum impressio fit supra anguluz putredo egreditur. ¶ De libro morboruz. Cura apostematis anguli. Accipe viride eris. ʒ. xij. galbani. ʒ. vi. impastentur ⁊ fiant trocisci de quibus impleatur apostema ⁊ curabitur. ¶ Dico ꝙ hoc valet plurimum scabiei.

UU ¶ Seheer de fistula. Fiat stuellum de galbano ⁊ viride ere ⁊ intromittatur. ¶ Et inueni teratur gummia lentisci domestici ⁊ parum de semine lini: ⁊ fiat vnguentum de quo ipleaẽ fistula. ¶ Dico hanc curam inueni ⁊ sum expertus cum patienti: superuenit fistula in oculis si est inflata scindaẽ ⁊ elargetur: ⁊ deinde fiat coctura: ⁊ si non inflatur iniungatur vt nõ comprimatur duobus vel tribus diebus: vsquequo colligatur ⁊ fiat putredo ⁊ exeat ⁊ manifestetur locus incisiõis ⁊ similiter fiat cũ debet impleri medicina dimittatur locus per aliquos dies donec appareat vbi sit incidendum ⁊ incisio ⁊ mundificato fiat impleatur medicinie: ⁊ cura sit talis dimittatur per aliquos dies ⁊ non cõprimatur donec emineat locus incidendus: deinde aperiatur flobotomo pauca profunditate ⁊ habito instrumento ferreo mundificeẽ a mala carne per circuitum ⁊ perueniat ad os: deinde fiat coctura ſm quantitatem loci mundificati: ⁊ ante coctura3 superponatur oculis pasta infrigidata in niue ⁊ cum calefit mutetur sepius ⁊ cum fit coctura perfecte eradicetur fistula vel calositas cum suis radicibus.

TT ¶ In quodam libro persiano. Et iuuat apostemati lachrymalis: appositio pulpe colloquintide bis in die ante putrefactionem ipsius ⁊ cum putrescet impleatur ex ea.

UU ¶ Dico hanc cura3 composui ego ⁊ est completa cura huic morbo. Accipe vitreolum aloe cortices thuř. cliniam: gallam acerbam sarcocollam: ⁊ fiat scief: ⁊ expressio angulo superponatur ter omni die ex eo ⁊ dormiat ex eadem parte ⁊ instillatio ex eo sepius fiat: ⁊ si fistula nõ ẽ cronica sufficiẽs erit hec cura: ⁊ si est cronica dimittaẽ per aliquos dies donec coaduncetur materia: ⁊ exinde incidatur.

TT ¶ Et si h apã ñ ẽ cronicũ ⁊ fluit mltũ ⁊ dsiccaẽ plies ⁊ reiteraẽ ⁊ fluit minꝰ itelligiẽ ꝙ os nõ sit corruptũ ⁊ eget icisiõe ⁊

possibile esset ꝙ caro non sit nimis putrefacta: ⁊ hoc erit cū fistula non est multum cronica ⁊ id quod fluit nō est nimis malum ⁊ tunc sufficit ꝙ impleatur post cocturam cuꝫ sciefſ predictis ⁊ cuꝫ inciditur fistula ⁊ caro inuenitur mala ⁊ corrupta apponantur medicine acute vsqꝫ ad corrosionē carnis predicte ⁊ post casum cocture apponanť medicine consolidatiue: quia vidi ꝙ pluries curatos hac cura. Et si post mundificationē carnis inuenitur os corruptum necesse est vt coquatur ⁊ si non est corruptum apponantur medicine generatiue carnium: Et cognitio ossis corrupti aut non corrupti est ꝙ tangatur cum acie instrumenti ꝙ si labitur ab osse: locus est leuis ⁊ os sanum ⁊ si adest asperitas ossis aut perforatio: est corruptum.

AA ¶ Dico cura āmotōis fistule orte ī oculis ē medicia dicbardic acuta viridis eris ⁊ si fiet ex ea sciefſ erit efficacior. ¶ De sunt cure simplicium medicinarum. Diascorides enula puluerizata curat fistulas euenientes in angulo.

CC ¶ Oleum nucis: quia multum dissoluit curat apostemata lachrymalis. Camomilla flos ⁊ radix ipsius emplastrata curat apostema lachrymalis sparsum dum non est cronicum ⁊ si est cronicum os est corruptuꝫ. ¶ Dico quādiu hec apostemata non sunt aperta curantur cum nuce rancida enula ⁊ earum similibus ⁊ cum his que sunt violentis dissolutionis ⁊ cum sunt sparsa curētur cū myrrha acatia viride eris: sarcocolla ⁊ eorum similibus: si vero est cronicum quousqꝫ os sit corruptum coctura: perforatio: ⁊ caliticon. i. medicina corrosiua acuta est cura. ¶ Dixit Antiles: accidit ex apostemate lachrymalis quedaꝫ species que non spargiť neqꝫ ad nares neqꝫ ad oculum ⁊ non videtur nisi quedam eminentia in angulo tantum ⁊ cum comprimitur per oculum ⁊ nares ⁊ lachrymalis non egreditur putredo aliqua: ⁊ sentit dolorem in loco ⁊ ex hoc obthalmiabitur oculus sine occasione ⁊ continue superueniet fluxus lachrymaruꝫ: ⁊ tunc intelligitur ꝙ apostema non sit sparsum in oculo ⁊ cuꝫ incisione curatur. ¶ Dico fm ꝙ inueni in dictis pauli. In apostematibus que fiunt in angulo non est expectanda digestio: ſꝫ velociter incidantur licet sint indigesta vt non declinentur ad partem oculi: ⁊ spargantur in eo ⁊ fiat fistula: ⁊ curať cuꝫ medicina de aloe facta sicut sciefſ ⁊ istilletur in angulo post eius impressionem sicut dictū est superius: ⁊ hoc valet quātum medicina acuta.

AA ¶ Dixerunt chusi: radices capparis curāt fistulas āgulorū.
CC ¶ Dicūt indiani ꝙ masticatio mesch superposita apostemati angulorum habet proprietatem mirabilem.

¶ Capitulum sextum cuius rubrice sunt.

AA De inuersatione palpebrarum ⁊ morbo pinnulari cū inuersantur pili ⁊c. etiam in. c. 2.
O De sulach ⁊ est defectus pilorum palpebrarum cum grossitie earum ⁊ de morbo vulpino. ēt in. c. p̄. ⁊ in. 2.
XX De prohibendo ortu pilorum in palpebris.

AA **Ameamyr.** Inuiscantur pinnulares cuꝫ resina. Dico idem facit oleum desmi. Idem operatur mastix. Vel tangantur pinnulares cuꝫ instrumento ferreo calefacto ⁊ inde iuiscenť pili.

O ¶ Dixit in grossis palpebris rubeis non habentibus pēnulas apponatur hec medicina. ℞. fimus muris stercus caprarum: cinis hyrundinum equaliter puluerizata ⁊ collirizata apponanť: q: iuuāt pinulas ⁊ faciūt nasci pilos. Et medicine eradicantes vt non nascanť in interiori parte pili inueniunť in capitulo de casu capillorum. ¶ Iudeus cum defectus pennularium accidit cum grossitie palpebrarum pruritu ⁊ rubedine vocatur sulach: ⁊ prouenit ex malo humore sparso in palpebris ⁊ cum cadunt pennulares manentibus palpebris in statu suo accidit ex siccitate.

¶ Paulus collirium ad ortum pennularuꝫ ⁊ pulchritudine earum. ℞. ossium dactiloruꝫ. ʒ. iij. spice romaā. ʒ. ij. terantur ⁊ fiat sciefſ. ¶ Dixit ⁊ iuuat sulach. magna iuuamento stercus murium impastatum cum melle ⁊ collirizatum. Et medicine valentes ad ortum palpebrarum inueniuntur in capitulo de ortu pilorum ⁊ in capitulo de morbo vulpium: ⁊ valet ad hoc refricatio palpebrarum ⁊ inunctio pinguedinis anseris vel vrsi. ¶ Oribasius collirīū ad ortum pennularum ⁊ earum pulchritudinem. Accipe antimoñ. parteꝫ. i. plumbi vsti partem. ʒ. scories eris croci: roſ. myrrhe: spice inde thuris piperis longi. añ. part. quartam: ossa dactiloruꝫ ʒ. iij. comburantur in vase creteo quousqꝫ possint bene teri ⁊ irrorentur cuꝫ modico oleo balsamino ⁊ vtatur. ¶ Et inueni ꝙ abrotanum combustum pistatum collirizatum valet ad ortum pennularum ⁊ facit eas pulchras. ¶ Filius telaus. Ad idem comburatur stercus murium ⁊ impasteť cuꝫ aceto ⁊ inungantur pennulares: reddit lōgas. ¶ Aliud ad idem. ℞. antimonij. ʒ. xvi. plumbi vsti. ʒ. viij. scorie eris. ʒ. iij. croci roſ. añ. ʒ. i. ⁊. ʒ. thuř. piperis longi. añ. ʒ. i. ponanť in vase creteo ⁊ comburātur bene ⁊ extrahanť ⁊ pistentur ⁊ irrorentur cum duobus coclearibus balsami desiccetur ⁊ conseruetur. ¶ Iohannitius in libro oculorum. Collirium ad idem cum non adest grossities in palpebra. ℞. ossium dactilorum combustorum. ʒ. iij. maiorane. ʒ. ij. ⁊ fiat colliriuꝫ. Iuuat cum est cum grossitie palpebrarum stercus murium cuꝫ melle collirizatum. Et cura pinnularum fit cuꝫ incisione coctura inuiscatione: ⁊ depilatione. ¶ Dixit filius mesuey: in libro medicinarum mundificantium. Experimentū faciens nasci pennulař. ossa dactilorum combusta trita ⁊ cribrata per pannum sericum ⁊ mixto parum laudani impasteņť cū oleo mirtill. ⁊ inungantur radices pennularum: ⁊ etiā pennulis. Valet multum spica aromatica cortices pincarū. añ. terātur ⁊ cribrentur ⁊ fiat collirium: ⁊ hoc idem dixit Antiles ⁊ Paulus. ¶ Et inueni in bimaristen magistros curantes hunc morbum quadrupliciter: cum adhesione: coctura incisione ⁊ in curuatione palpebre. Et icuruatio fit si adest palpebra pinnulař. curtitas non tenet de facili ⁊ ex sunt ponetur in medio palpebre acus cum filo: ⁊ transferatur ⁊ trahatur filum vt inuersetur palpebra: ⁊ exinde superponātur pellicule palpebre superioris tria fila in tribus locis: vnum in medietate ⁊ duo in partibus duabus anguli ⁊ trahantur vt sciatur per hoc quantitas incisionis: ⁊ cum pili eleuātur ⁊ approximant quasi exterius incidantur fm eandem quantitatem ne fiant nimis curte: ⁊ exinde suatur in tribus locis ⁊ non fiat incisio nisi in cuti superioris palpebre tantuꝫ ⁊ superponatur puluis croceus fm quantitatem incisionis ⁊ super eandem ponatur alia pecia madefacta in aceto ad prohibitionem apostematis ne superueniat caliduꝫ apostema ⁊ curatur diebus tribus ⁊ hoc inueni in bimaristen. ¶ Dixit Pau. possibile est ꝙ incidatur scutella palpebre interioris partis que ponatur iter duas tabulas bene leues super oculum ⁊ ligentur fortiter ⁊ dimittantur per decem dies: q: illa superfluitas mortificabitur infra decem dies aut paruꝫ post vsquequo cadat ⁊ incurtetur palpebra: ⁊ cum videris ꝙ palpebra sit minor debito curetur cum rebus mollificantibus donec pellis efficiatur leuis ⁊ si prolongetur ⁊ fiat lōgior curetur cum stipticis. Et coctura fiat hoc modo ſꝫ nō debet fieri nisi in loco vnius pili vel duobus ⁊ instrumentū debet esse simile acui ad eradicandum pilum ⁊ cocturam.

¶ Cliton. Colliriuꝫ bonum ad idem. ℞. ossium dactilorum combustorum. ʒ. vij. spice romañ. ʒ. ij. ⁊ tertiam: fiat collirīū: quia est valde bonum ⁊ iuuat scabiei. ¶ Dico ⁊ expertus sum: ossa dactilorum combustorum spica lapis lazuli ⁊ fumus thuris terantur ⁊ fiat ex his collirium. ¶ In antidot. collirium aliud valens sulach ⁊ ad ortum pilorum pennularum. ℞. antimoñ. ʒ. xvi. basrob combustum. i. plumbi. ʒ. viij. eris combusti myrrhe croci serpilli spice thuris masculi ⁊ piperis albi. añ. auř. i. ossa dactilorum combustorum. xxx. cōburantur omnia vna nocte terantur ⁊ misceantur cum. ʒ. iij. balsami ⁊ cōseruetur. ¶ In anathomia. G. dixit verba necessaria incisioni palpebre q̄ sunt scripta ī libro anathomie ⁊ sūma eorū est ꝙ musculus eleuans caput palpebre approximat quasi supcilio ⁊ non erit in medietate palpebre: ⁊ musculus qui est prope palpebram superiorē vsqꝫ ad inferius caput eius: attingit ad pennulares ⁊ proprie ex duobus angulis ⁊ propterea cum inciditur est cauendum ab angulis ⁊ proprie cum incisio fit ex opposito angulorum vel oculoruꝫ ⁊ si est in medio angulorum quasi extrāsuerso inter supercilium ⁊ pennulař. non dubitetur de hac incisione. ¶ Gali. puluis thuris valet ad ortum pennulař. proprie sulach. Fumus medicinarum sicut pice ⁊ catarañ. ⁊ consite: ⁊ lapis lazuli desiccat humiditatem fluentē ad palpebras ⁊ adaptat complexionem earum ⁊ facit ortum pennulař. ¶ Diascorides spica valet ad ortum pennulař. ⁊ confortat palpebras. ¶ Dixit filius mesuey teratur spica nigra ⁊ ponatur in vase vitreo ⁊ accepta cum rado ⁊ imposita palpebre facit ortum pennularum. ¶ Dixit Antiles. Cyrurgia impilationis

exterius pennularum renouandarum ⁊ pilorum interiorum. Accipe acum ⁊ sit acus nimis subtilis sicut acus imbrusatorum pelliparioꝝ ⁊ in eius foramine ponatur capillus vnus mulieris ⁊ equiparentur capita capilli: ita qꝫ sint capita equalia ⁊ ligetur ⁊ ponatur alius capillus inter duplicationem: quia est necesse: ⁊ iaceat patiens supinus ⁊ trahatur palpebra ⁊ intromittatur acus in palpebra vt perforetur ⁊ exeat cũ capillis attẽdens qꝫ in foramie remaneant capilli ⁊ sint pauce duplicitat. ⁊ pinnularia que pungunt interius ponant cũ rado inter duplicitatẽ capilli ⁊ añ parũ ⁊ extrahat exĩde capilli duplicitas ⁊ cũ erit añ foramen trahat añ parũ ⁊ attractiõe subita extrahetur pilus: Et si fortassis nõ egreditur cum capillo apposito in duplicitate capilli: iterum ponatur ⁊ extrahatur ⁊ tãdiu fiat vt pilus extrahatur ⁊ cum pilus exierit superponatur cera plures vt non iterum oriatur ⁊ necessitas alterius capilli in duplicitate positi est vt reuersio duplicitatis capilli fiat: ex eo in attractione pili iterata cum fuerit necesse: ⁊ ne fiat fractio ipsius ⁊ sit necessaria perforatio iterata: ⁊ ex hoc fortis capillus ⁊ si necesse fuerit vt iterũ itromittat acus fiat pforatio nõ p eũdẽ locum: qꝛ si fieret foramen esset amplũ ⁊ non teneret pilum extortum.

AA ¶ De inuersatione palpebrarum. Fuerunt in himaresten cyrurgici excoriantes pelliculam existentem in cartillagine sicut fit in incisione palpebre ⁊ tenebant eam cum croceo ferreo seu filo: ⁊ exinde incidebant quantitatem necessariã cartillaginis secunde ⁊ ponebant in cute duo fila ⁊ trahebant palpebram cum ipsis ⁊ ligabant in fronte vt pellis palpebre rectificaretur superius ⁊ si inuersatio est in inferiori palpebra non est intromittendum ⁊ raro accidit.

Q ¶ Cliton. Collirium mirabile bonum faciens ortum pilorum prohibens lachrymas desiccans humiditates oculorum ⁊ conseruans eorum salutem. Cadinia impastetur cum melle ⁊ comburatur in vase creteo obturato ore vasis qꝫ nõ egrediatur fumus ⁊ extracto vase ab igne irroretur vino deinde eo aperto ponatur super lapidem leuem ⁊ planum id qđ est intus ⁊ ducatur cũ vino plures ⁊ desiccetur: ⁊ ex eo accipiat pars vna eris vsti ⁊ lapidis lazuli. añ. part. ʒ. fiat puluis ⁊ conseruetur ⁊ cũ opus fuerit superponatur. ¶ Aliud mirabile ⁊ expertum. ℞. antimoñ. rotulum. i. plumbi combusti rotulum. ʒ. scorie eris. ʒ. i. ossium dactilorum combustorũ ⁊ ponantur in vase sub quo sit ignis donec rubescat ⁊ exinde terantur bene ⁊ instilletur desuper gutta vna balsami vt redoleant quia valde confert obthalmie oculorum puerorum: sulac: ⁊ pennularibus ⁊ reddit palpebras pulchras. Et nõ ẽ ei similis ⁊ debet fieri de sero ⁊ super dormire ⁊ de mane abluatur cũ aqua frigida. ¶ Sulach est grossities palpebrarũ cũ rubedine: corrosione lachrymaliũ ⁊ casu pẽnular.

AA ¶ Diascorides. fumus catarane credo kitran valet sulach. Item fumus resine ⁊ fumus gummi lentisci domestici ⁊ masticis valet corrosioni anguli. Succus oleastri valet cõtra humiditatem sparsam in oculis ⁊ ob hoc ponitur in scief. prohibentibus corrosionem palpebrarum ⁊ oculorum. Oleum rosatum collirizatum iuuat grossitiei palpebrarum. Gummi lentisci dõestici facit adherere inuersatos pilos. Fumus gummi butoni masticis ⁊ resine ⁊ eorum similia ponãtur in collir. facientibus pennular pulchra: ⁊ valet angulis corrosis ⁊ prohibet casum pennular. Pinguedo serpentis prohibet ortum pennular. ¶ Pau. fumus thuris facit pulchritudinem pennular. ¶ Gal. lapis lazuli augmentat pinnular palpebrarum. Et dixit qꝫ lapis lazuli debet collirizari per se aut mixtum cum alijs medicinis valentibus ad idem. Et confortat palpebras subtiles ⁊ debiles ⁊ restituunt mẽbra naturali complexioni eorum. ¶ Diascorides mastix adheret pilos reuersatos. Aeriden valet casui pennular: quia stipticat ⁊ generat eos. Ossa dactilorum combustorum imbibita vino post ablutionem eorum ponuntur in collir. facientibus pulchritudinem pennular. Succus agreste valet corrosioni angulorũ oculorum. Fumus pinearum habentium grana grossa valet casui pilorum palpebrarum: ⁊ cõtra corrosionem anguli. Aloe mitigat pruritum angulorũ vel oculorum. Concule naptis combuste ⁊ ablute dissoluunt grossitiem palpebrarum. Concule que vocantur patelle combuste ⁊ mixte cum catarana ⁊ superposite loco in quo radicantur pili prohibent ortum eorum ⁊ aliquando adherent cum humiditate concularum. Pix inuiscetur pilis palpebre ⁊ extrahit eos. Calcatan mundificat oculum ⁊ angulum. Collirium factum ex colcatar combusto ⁊ trito iuuat grossitiem palpebrarum a quibus fluunt pili. Sed pilum lane succide iuuat corrosionem anguli ⁊ grossitiei palpebrarum a quibꝰ fluunt pili. Fumus carrubarum reddit pennulas oculorum pulchras: ⁊ valet eorum casui ⁊ corrosioni angulorum. Fumus piscis idem facit. Spica bene trita ⁊ cribrata per pannũ sericũ ⁊ cortices pinearum ana collirizata valent. ¶ Filius mesuey ad pulchritudinẽ pennular ossa dactiloꝝ cõbusta mixto cũ eis laudão ⁊ ipastata cũ oleo mirtillino valet.

XX ¶ Et medicine ꝓhibẽtes ortũ pilorũ iueniũt in coꝝ caplo

AA ¶ Dico composui curam de casu pilorum. Accipe instrumẽtum ferreum ad modum aciei acus: ⁊ sit longitudinis vnius palmi ⁊ flectatur caput eius quantum est nodus vnius digiti: ita qꝫ eius flexio videatur stare super lineam rectam: ⁊ deinde calefiat caput ipsius instrumẽti ad ignem satis ⁊ inuersetur palpebra patiẽtis ⁊ detrahatur ⁊ fiat coctura cum capite instrumenti supra radicem pilorum inuersatorum: qꝛ comburentur ⁊ denuo nõ nascentur ⁊ si sunt multi pili qualibet vice coquatur vnus vel duo ⁊ non coquatur vnus nisi post curationem alterius. ¶ Criton. ℞. ossium dactilorum combustorum. ʒ. vij. neriden. ʒ. ij. fiat collirium.

Q ¶ Collirium bonum ad casum pennular. scabiẽ fluxum ⁊ cõseruationem salutis oculorum. Accipe climie rotulum. i. cõteratur non subtiliter ⁊ impastẽtur cum melle ⁊ ponatur supra ignem carbonum ⁊ obturetur bene qꝫ non egrediat fumus: deinde ex opiletur os vasis ⁊ eijciatur ⁊ extinguat cum rob vue ⁊ desiccet: ⁊ iterum terat ⁊ addat ex ere vsto ãtimonij abluto ⁊ lapidis lazuli ana terant ⁊ misceãt ⁊ collirizẽt

XX ¶ In libro de electione iohannitij. Dixit eradicentur pili ⁊ inungatur locus cum felle vppupe asso: quia est sufficiẽs ⁊ non eget alia cura.

Q ¶ Atoroscos dixit. ponatur thus super lapidem bene calefactum ⁊ cooperiatur desuper cũ vase: ⁊ suscipiatur fumus ex eo ⁊ misceatur cum eo pinguedo anatis ⁊ serpillum humidum: lane succide: ⁊ fiat collirium: quia mirabiliter confert ad ortum pennular. ⁊ pulchritudinem. ¶ Iohannitius dixit: defectus pilorum potest euenire sine apostemate ⁊ hoc accidit ex humiditate calida: sicut morbus vulpinum aut cũ rubedine ⁊ grossitie ⁊ pustulis i palpebris. ¶ Sulach ẽ corrosio angulorum sola. ¶ Rosarium est grossities palpebrarum cum rubore. ¶ Collirium valens depilationi palpebrarum cui non adest grossities. ℞. ossium dactilorum combustorum. ʒ. iij. maiorañ. ʒ. ij. terantur ⁊ fiat collirium. ¶ Aliud ℞. antimonij climie calcadis vitriolum. añ. terantur ⁊ misceantur cum melle ⁊ comburantur: ⁊ iterum terantur bene ⁊ fiat collirium. ¶ Aliud. Valens depilationi grossitiei ⁊ rubedini palpebrarum. Stercus muris impastetur ⁊ fiat collirium. ¶ Dixit cura pilorum est incisio palpebre.

AA ¶ Dixit Aaron. Cura pilorum sm cyrurgiam incidatur locꝰ qui dicitur scutella: ⁊ est locus in vno laterum palpebre similans scutelle: ⁊ cum in eodem loco oritur caro superflua remouetur reuersabuntur pili versus oculos. ¶ Dico debet incidi sm qꝫ ego vidi. Cyrurgici accipiũt tabulas duas paruas sm longitudinem vnius anguli ad alium: ⁊ si debet incidi in medietate palpebre ⁊ non euenit equaliter nõ mũdificatur a supflua carne palpebra: ⁊ si taliter incidatur fiat vt caro simul extrahatur: ⁊ ob hoc debet seruari quantitas ⁊ si pili inuersantur ex vna parte potius qꝫ ex alia declinetur incisio in ea parte in qua plures pili sunt: ⁊ exinde ponatur acus cum filo in tribus locis supra palpebram in rectitudine linee ⁊ trahantur fila vt appareant loca icisionis: ⁊ caueatur ne incidatur palpebra qꝫ posset laniari: quia incisio non debet fieri nisi in pelli: ⁊ exinde incidatur sub filis cũ instrumento quod dicitur caru vel kesu: ⁊ exinde suatur palpebra duobus vel tribus punctis in quolibet loco cũ duobus vel tribus punctis: ⁊ mollificetur pannus lineus cum puluer. citrino ⁊ superponatur donec consolidetur ⁊ si sunt vnus: duo: aut quinque pili quolibet die extrahatur vnus ⁊ coquatur locus cum instrumento simili instrumento acus subtilis habentis caput curuum: deinde calefiat vt rubefiat: ⁊ exinde superponatur palpebre albumen oui cum oleo ro. ⁊ cum curatur euellantur simili modo ⁊ curantur

Q ¶ De cura sulach sm dicta Alexãdri: ⁊ Antiles. Accipe cortices pinearum ⁊ lapidis armenici ⁊ fiant ex eis collirium valet ad ortũ pilorũ. ¶ Dixit filius serapionis qñ cum casu pilorũ pennular nõ erit grossities palpebraꝝ nec rubedo: erit

morbus similis morbo vulpino ꝛ caluitiei. Et quando accidit cũ duritie grossitie ꝛ rubedine: est morbus qui vocatur sulac ꝛ prima similis morbo vulpino curatur cum mundificatione capitis ꝛ cum appositione medicinarum acutarum supra palpebrã ꝛ secunda que dicitur sulac curatur in principio cum medicinis dissoluentibus ꝛ post collirizetur cum lapide armenico: quia valet depilationi pennularum pueriẽti ex hũore calido: valet enim hec cura ꝛ cõfortat mẽbrũ.

¶ Explicit liber secundus de infirmitatibus oculorum.

¶ In nomine dei misericordis ꝛ miseratoris: qui in adiutorium sit mihi: hic est tertius liber elkauy.

¶ Capitulũ primũ de egritudinib⁹ auriũ: cui⁹ rubrice sũt.

A Galienus dixit ꝺ morbis febrium in libro megategni. Sunt quidam dolores aurium: qui interpollatim superueniunt ad modum febrium.

B ¶ In libro megategni ꝺ vlceribus auriũ. Dixit ꝙ qdã ꝺ secta vigenũ curando vlcus antiquum in auribus cum vnguẽto confecto cum cadimia quo libet die augebat putrefactionem: ꝛ replebatur vlcus sanie magis: deinde meditato ꝙ in partibus vlceris foraminum auditus erat apostema curabat illud cum vnguento confecto de quattuor medicinis ꝛ inde augebat putrefactio: hoc enim vtebatur eo quod vnguentũ cadimie consolidat vlcera in manu ꝛ pede bene: ꝛ nullam capiendo significationeȝ super morbos de membris volebat cõsolidare vlcus in aure cum medicamine quod consolidat vlcera que sunt insuperficie corporis.

C B ¶ Etiam penes eos erat quod apostema: vbicunqȝ fuerit: ꝛ quotiens fuerit debet dissolui cuȝ eo quod emollit: ideo secutus est hanc curam malam nesciendo significationeȝ habendã super curationem membrorum. ¶ Dixit Galie. cognoscendo ꝙ auris est membrum aridum ꝛ siccum valde. Judicaui ꝙ curatio ipsius fit per desiccatiua valde: tamen ipse medicus solebat vti in cura ipsius auris vnguento basilicon quod est desiccatiuum ꝛ sic non transmutaui ad medicamen curatiuȝ fortis desiccationis repente: ꝛ inspiciendo in consuetudine ꝛ capiendo de ea significatione: vnde dissolui aliquod de scief memithe cum aceto: ꝛ guttatim illud posui in aure: ꝛ sic ipsius correctio incepit in primo die apparere etiam in die secundo curando cum medicamine andarocon perseueraui super illud medicamen per quatriduum proponendo ꝙ si opportunum ei fuerit medicamen fortioris desiccationis cum eo curarem eaȝ ad modũ medicaminis squãme ferri illiniendo partem exteriorem cum rebus que desiccant in vltima desiccatione ad modum medicaminis confecti de salicibus. i. garab aut cum trociscis andarocon: tamen patiens sanatus est non indigens his licet proximus fuerit de ipsa cura super putrefactionem eius auris penitus. ¶ Ipse etiam medicus extimabat ꝙ si curatur auris in qua fuerit apostema cum similibus harum medicinarum eger pateretur spasmum: quia penes eũ erat ꝙ apostema in omnibus locis indiget emollitiõe: in aur vero erat apostema: quia cognouit ꝙ erat natura auris ꝛ cura ipsius curaui illud ꝛ sanatus est. ¶ Dico ꝙ cadimia non conuenit in hoc: quoniam est glutinatiua ꝛ modice desiccationis ad respectum illius quod opportunum est in simili membro auris. ¶ Dixit ꝙ materie manantes ad aurem si volumus transmutare ad aliquod membrum proximũ transmutande sunt ad nares. ¶ Dixit antiquatur hic morbus durãdo per annum vnum ꝛ plus: vnde de cõsuetudine mea erat ꝙ curabam cum fortioribus medicinis his videlicet cum squãma ferri postq̃ trita fuerit subtiliter ꝛ cribellata cũ cindeto. s. de serico: ꝛ postea cocta cuȝ aceto fortivalde: dũ fiet ipsa cum aceto ad modum mellis: tamen acetum debet poni in quadruplici quantitate: ꝛ erit medicamen forte valde nullum simile habens in hoc. ¶ In vltimo capitulo. vi. libri: meatus auditus ex proximitate eius denuo orto de cerebro sustinet ꝙ curetur cum medicinis fortis desiccationis.

A ¶ De secundo capitulo libri megategni. dixit ego vtor stupefactiuis in dolore aurium: quotiens intensus fuerit: ꝛ dubites ꝙ spasmetur eger aut alienetur mens eius. ¶ Dixit curetur dolor aurium cum medicamine confecto de opio ꝛ castoreo dissoluto in vino dulci ꝛ imponatur auribus: ꝙ si fuerit dolor ipsius ex ventositate grossa generata de humoribus grossis: ꝛ frigidis: noli vti opio imo calefactio fiat cum pannico ꝛ eo quod dissoluit ventositatem: attenuetur regimen: euitetur nutrimentum: ꝛ potus aque penitus: ꝛ digeretur: potest vti etiam medicamine in quo cum opio erit castoreum: si opportunum fuerit emplastrum coquatur papauer ꝛ misceatur cum aqua. farina fenugreci ꝛ farina seminis lini: ꝛ cum eis fiat emplastrum: ꝙ si nociua fuerit aurib⁹ aliqua pars stupefactiuorum vtendum est castoreo solo: ꝛ guttatim imponatur eius. ¶ De secũdo capitulo libri meamyr: dolor auris mitigatur per catapla: illinitiones ꝛ epithimata: ꝛ non est vtendum stupefactiuis nisi dubia fuerit sincopis: ꝛ de ea dixit fit dolor aurium ex frigiditate: que frigiditas fit ex ventositate aut balneatione cuȝ aqua frigida ẽt dolebit ex eo ꝙ ingreditur eam precipue si aqua fuerit malitiosa: dolebit etiaȝ ex apostemate: qꝺ apostema fit in pelle induta super foramina auris fit etiam in parte interiori auris videlicet in siniab. ꝛ hoc fit penes apostema qꝺ accidit in corpore nerui cum quo fit auditus: ꝛ ex humore mordente manãte ab ea de corpore ex vẽtositate inflatiua ꝛ grossa obtenta in ea. ¶ De cura doloris de frigore. medici sanant eum in breui tẽpore: sed villani accipiendo cepas magnas cauant eas per circuitum deinde replendo eas oleo: ꝛ calefaciunt eas super cinerem moderate caliditatis ꝛ guttatim oleum imponunt auri in qua accidit dolor ex parte frigiditatis. Sed ego admiscendo partem modicam de euforbio cum oleo abundanti imponebaȝ de eo auri ꝛ forte admiscebam cum eo piper modicum postq̃ tritum fuerit. quoniam dolores in aure de frigiditate suscipiunt iuuamentũ de his rebus fortis calefactionis magnum. Oleum camomille maioris similiter cõfert his si guttatim imponitur auri. ¶ Et si guttatim imponitur oleum in quo coquitur rutha confert. ¶ Et si causa doloris fuerit ex aqua malitiosa ingredienti eam: aut aqua acuta mananti ad eam de corpore replenda est auris de oleo dulci: ꝛ imponatur ei ꝛ desiccetur pluries ad lauandum ipsum humorem: ꝛ guttatim impone de lacte: aut albugine oui sepe tepide: quoniam mitigabunt ipsum dolorem accidentem de hoc. Adeps anatis similiter cõfert his ꝛ similiter adeps vulpis. ¶ Et si dolor fuerit ex apostemate. vnguentum basilicon est melius ei. Et si fit vehementior dolor coactus: vti potest stupefactiuis. ¶ Et si dolor fuerit vulgaris fit opiuȝ in parte. i. ꝛ castoreũ in pte. ȝ. ꝛ si dolor fuerit mior põat castoreũ in duplici q̃titate opij.

C A ¶ Conferunt apostemati aurium pinguedines cum hoc medicamine proprie si superponũtur ei ꝛ pinguedines sunt: vt pinguedines anatis ꝛ galline. Sed ego credo ꝙ si facta fuerit huiusmodi compositio licet mitiget doloreȝ non erit laudabilis finis: vnde non est vtenduȝ eis nisi in vehementi dolore post minutionem ꝛ laxationem. ꝛ post illud vtendũ est scief memithe ꝛ aceto. verũtamen. G. vtebatur in hoc medicamine de castoreo ꝛ opio equaliter: teratur castoreum in principio. vnde misceatur cum opio: ꝛ dissoluentur in vino dulci: ꝛ fiant trocisci ꝛ conseruentur ꝛ dissoluentur cũ opus fuerit in vino dulci ꝛ tepido: ꝛ guttatim imponatur auri cuȝ lana. Sed non debet guttatim imponi aliquid nisi guttatim tepidũ: iuxta qꝺ põt patiens sustinere. vnde si sustinet illud calidum calefiat iuxta substinentiam ipsius. G. humiditas que debet distemperari cum hoc medicamine: est vinuȝ coctum: ꝛ ligatum. quoniam vinum coctũ perfectius mitigat dolorẽ aurium magis q̃ vinũ dulce: vnde hoc medicamen

debet teri finaliter.in primo teratur castoreum: deinde mi-
sceatur cum opio cocto:⁊ teratur:deide misceatur bene. de
inde misceatur cum eis castoreum tritum:⁊ omnia terantur
bene: ⁊ inde fiant trocisci ⁊ reseruentur. ⁊ cum opus fuerit
misceatur pars ipsorum cum decoctione vini cocti in eo.
modo quo imponi possunt auri cum clysterio cognito pro
ea. ¶ Dixi quotiens fecerit calefactionem cū aliquo oleo
mitiganti dolorem tepidum sit oleum: ⁊ replenda est au-
ris de eo. ⁊ dimittatur per horam: deinde impone illud se-
pe.deide replenda est ⁊ superponatur ei bombax:⁊ si opus
fuerit iterum fiat. ¶ Dixit quod si in aure fuerit ventositas
grossa admisce cum eo cum quo curatur auris:⁊ cum oleo
aliquas medicinas aperitiuas ⁊ attenuatiuas: ⁊ signum
habebitur si fuerit ex ventositate grossa aut humore grosso
⁊ viscoso per mitigationem factam de causa primitiua: ꝙ
si fuerit ex frigore illa ex ventositate grossa: aut cōqueritur
eger pati ponderositatē in capite vtēdo ante cibarijs gros-
sis in aure eius recollecti sūt humores frigidi ⁊ grossi: quo-
niam quotiens aliquis vtitur nutrimentis grossis: ⁊ postea
superuenerit ei frigor excitabitur dolor ex causa priuatiōis
dissolutionis illius quod dissolui solebat:vnde tūc admisce
cum medicinis quibus curatio fit spumam baurac: cimini:
oleum amigdala.amararum:condisium:⁊ radicem lilij:⁊ ci-
namomum:⁊ cassia lig.⁊ res que confrigunt lapidem gene-
neratum in renibus aperiunt opilationes:similiter acciden-
tes in foraminibus aurium:⁊ quodlibet medicamen ⁊ subti
le non punctiuum ad modum radicis cucumeris asini.⁊ ra-
dicis vitis nigre ⁊ albe:⁊ radicis vtriusqȝ dracontee:⁊ om-
nium medicinarum in quibus est amaritudo non punctiua.
quoniaȝ abstergunt id quod fuerit in aure de sorditie:⁊ ape
riunt poros eius.⁊ incidunt humores grossos:⁊ aperiūt opi
lationes. ¶ Dixit noli curare aurem in qua fuerit pulsatio
cum medicinis fortis caliditatis.tamen cura id quod fuerit
cum pulsatione cuȝ scief memithe:aceto:⁊ oleo rosato: quo
niam hec bona sunt apostemati auris.

B ¶ Dixit si eius vlcus fuerit propinqui temporis memitha so
la sanabit illud quotiens teritur cum aceto etiam scief rosa
tum:etiam scief memithe:ꝙ si manans fuerit de ea putredo
modica sanatur quotiens curatur cum his rebus quas di-
ximus.Sed si putredo fuerit abundans cura fiat cuȝ troci-
scis andarocon.ꝙ nisi contulerint teratur squāma ferri cuȝ
aceto forti in sole per dies plures ⁊ impone de eis guttatim
cum securitate.

A ¶ Dixit dolor auris compescitur ⁊ mitigatur cuȝ calefactio
ne cum oleis aromatizatis tepefactis:aut cum oleo nardi-
no ⁊ vnguento basilicon tantum.si cuȝ eo fuerit pulsatio cu
ra fiat mitigatiua cum albugine oui ⁊ lacte ⁊ vtendū est tro
ciscis andarocon:⁊ alijs similibus cū vino dulci quādoqȝ:
⁊ quādoqȝ cum aceto ⁊ aqua:⁊ quandoqȝ cum aceto iuxta
quod videris de violentia doloris:quoniam quotiens do-
lor fuerit vehemens:non debes vti in eo aceto. Hoc est me
dicamen bonum dissolutiuum absqȝ nocumento: ⁊ confert
doloribus frigidis. Dissoluatur galbanum cum oleo lilino
cōmisceantur cum melle ⁊ oleo rosato:⁊ accipe tastū:instru
mentum est quod dicitur radum:⁊ inuolue super extremita
tem eius lanam infusam in medicamine: ⁊ tepide guttatim
imponatur ei. ¶ Calefactio penes pulsationem fit extrinse
cus ⁊ intrinsecus ꝙ imponatur auri tepide vt precepit. G.
de pinguedine sepe. ¶ Dixit ꝙ calefactio facta per siccum
ad modum panici aut lane filtree calefactorū melior est au
ri quam facta per humidum detectionis ruthe ⁊ olei ⁊ ace-
ti positorum sub instrumento super quo fit per embotum:⁊
caput emboti ingrediatur aurē. ¶ Dyasc.coque rutā cum
aqua:⁊ pone aquam in vase stricto cuius os obturetur cuȝ
lana ⁊ appropinquetur auri vt penetret quod ascendens
fuerit de vapore lanam:⁊ proueniat ad aurem.

A
B ¶ Ad dolorem in aure cum sanie mananti de ea. ℞.corticū
granatorum aluminis croci opij. Castorei myrrhe ⁊ thuris
conuenienter distemperentur cum aceto ⁊ melle:⁊ vtenduȝ
est eis:quoniam conferunt eo ꝙ desiccant:⁊ mitigant dolo
rem valde. Hoc est medicamen ad putredinem in aure. ℞.
copularum rosarum:corticum granatorū calcatar.vitreoli
galle:blatiture:eris.aā.par.i.thuris aluminis calcanti.aā.ꝑ
.ʒ.teranᷓ ꝑ dies aliquos ī aceto dū fiēt ad modū luti.⁊ inde
fiāt trocisci:⁊ vtēdū ē eis cū aceto ⁊ guttatim iponaᷓ auri.

D ¶ De sonitu ⁊ tinnitu.Dixit generatur ex ventositate inflati
ua:aut teneritate sensus audit⁹. ¶ Primi modi cura fiat cū
medicinis que attenuant:⁊ incidunt: ⁊ habetur significatio
super sonitum ⁊ tinnituȝ ex tenero sensu quod laborans eis
est nature velocis sensibilitatis ⁊ teneritatis. Q: si curatur
cum medicinis que incidunt ⁊ attenuant si non cōtulerit cu
ra fiat cum eo quod stupefacit sensum modice: ad modum
iusquiami ⁊ opij quoniam sanabit sonitum. Q: si fuerit ex
ventositate inflatiua.Cura fiat cū medicinis que attenuant
⁊ incidūt:⁊ similiter impone ei guttatim: de semine cucume
ris asinini:⁊ de elleboro nigro cocto cum aceto: aut impo-
ne ei guttatim de oleo laurino:aut de succo porrorū ⁊ oleo
rosato:aut oleo in quo cocta fuerit pulpa collogntide: aut
d̄ oleo muscilino ⁊ adipe anaꝶ:aut d̄ oleo amigda. amaraꝶ.

B ¶ Ad vlcus in aure ⁊ saniem iponaᷓ licinum in melle ⁊ in
uoluaᷓ invitreolo:⁊ imittaᷓ ei aut insufflādū ē i ea de galla.

E ¶ De surditate. Dixit quotiens hic morbus antiquus fit effi
citur firma surditas:⁊ cura fiat quod laxetur cum hyera: cū
pulpa colloquintide: ⁊ gargarisma fiat ⁊ desiccetur caput
cum studio:vtatur regimine subtili:⁊ imponatur auri gutta
tim id quod incidit ⁊ attenuat: ⁊ vtendum est itu: quoniam
bonus est ad desiccandū caput ab vlulis calefactio fiat cū
emboto cum decoctione absinthij: aut decoctione foliorū
lauri.aut ysopi.i.zufa:aut impone auri guttatim de succo cu
cumeris asinini:aut de elleboro nigro.

C ¶ Ad apostema in aure recursum habeas cum capitulo de
fluxu sanguinis de matrice:⁊ eo quod ꝓhibetur de coagu-
latione sanguinis.

F ¶ Et incidit fluxū sanguinis: si misceatur succus porrorum
cum aceto ⁊ guttatim imponatur auri.

E ¶ Sed incidit fluxum sanguinis:si coquitur galla cum ace-
to ⁊ guttatim imponatur de eo auri:aut si teritur cum aceto
⁊ melle:⁊ de eis fit scief.Sed dimittatur in aure per .v. dies
⁊ extrahatur. Aliter. ℞.terre figuli partem vnam. baurac.
partem quartam distemperentur cum ficubus. Et inde fiat
scief longum. Sed extrahatur in quolibet triduo quoniam
emittet sorditiem abundantem:⁊ alleuiabit auditum statim
⁊ mel si imponatur foraminibus confert:⁊ confert de sordi-
tie:tamen confert surditati laxatio frequēs ⁊ spissa attenua
tio nutrimēti ⁊ cooptio capitis:⁊ potus aque calide ⁊ aque
mellis:⁊ vox magna detur in aure successiue: ⁊ guttatim im
ponatur de oleo decoctionis radicum affodili: aut de suc-
co radicum:aut de succo cucumeris asinini.

G ¶ Ad aquam impositam auri ponatur pes super pedeȝ qui
est de parte auris sugetur cum cannulla. deinde imponatur
guttatim auri de oleis aromatizatis. De lapide ⁊ faba ca-
dentibus in aure imponatur auri tastus cum lana super cū
infusa in terbentina aut visco ⁊ similibus: ⁊ extrahanᷓ cuȝ
eo quod nisi egrediantur sternutatio fiat:⁊ obturetur naris
⁊ os vt extendatur auris ⁊ egrediatur: sed hoc fiat pluries:
ꝙ si ibi fiet inde apostema dubitandū est de spasmo: vnde
procede cum mollificatione toto studio.

H ¶ Ad vermes ⁊ alia. Imponatur auri guttatim de succo co
loquintide.cucumeris asinini aut aceto ⁊ baurac:aut succo
ceparum:aut succo mentastri.

B ¶ Ad sorditiem. Sparge in aure de baurac:⁊ impone ibi de
aceto:⁊ dimittatur per noctem vnam obturata: deinde in-
grediatur mane balneum ⁊ faciat per noctes.

D ¶ Ad tinnitum. Imponatur auri guttatim de succo iusquia
mi:⁊ oleo rosato:⁊ hac cura vtendum est in tinnitu qui fit
ex teneritate sensus.

C ¶ Ad apostema auris. Imponatur guttatim de adipe ana-
tis ⁊ coquatur granatum dulce cum vino ⁊ teratur ⁊ empla
strum fiat cum eo:aut coquantur lenticule cum aqua: ⁊ cuȝ
eis fiat emplastrum:aut cū litargiro lenticulis croco:⁊ opio
mixtis ⁊ bona erit cura. Dixit confert his abstinentia cibi:
laxatio ventris:⁊ quies:euitetur sol:balneum:motus: vomi
tus:⁊ vox magna.

I ¶ De exituris in radice auris. Hec cura est de genere apo-
stematis quod fit in carne molli:sed non debent hec curari
per embotum qui est prima pars cure. Dixit proprie huius
modi exiture que sunt in radice auris debent curari cū con
trario prohibitionis ⁊ expulsionis. Sed curentur cum me-
dicinis attractiuis que nisi contulerint vtendum est ven-
tosis cum sit propositum cure ad detrahendum humorem
nociuum de parte interiori ad exterioreȝ.precipue quotiēs
passio fuerit in capite:⁊ fuerit hoc in febribus: quoniam in

vtroqʒ hoc tempore studere debes ad confortandum na-
turam. ad detrahendum humorem quē ipsa expellit ad par
tem exteriorem corporis: vt extrahat ipsum humorez de ce
rebro aut ad incisionem febris. ❡ Et si exitura fuerit in se
fortis superuentus. Cura non debet fieri cum attractiuis: ꝫ
deponatur nature: quoniam quotiens superuentus ipsius
fuerit fortis: ⁊ apponantur ventose: aut medicie attractiue.
dubium erit ne accidat egro dolor crudelis. ex superabun-
dantia illius quod declinabit ad locum depulsatione vnde
vehementior fiet febris ⁊ debilitatur virtus vnde cura de-
bet fieri in simili. huius morbi ad mitigandum dolorem cuʒ
medicinis mollificatiuis mitigantibus dolorem: quoniā hu
iusmodi medicine ex contemperata caliditate ⁊ humidita-
te quas in se habent: mitigant dolorem digerunt humores
⁊ congregant putredinem qua putredine congregata ape-
riatur cum ferro ⁊ euacuetur sanies si fuerit superabūdās:
sinautem dissoluatur cum medicinis tenuibus attractiuis
que superponantur ei: ⁊ remoueantur quolibet die bis: ⁊ fa
cta calefactione: iterum fiant dum dissoluantur prout dixi-
mus in capitulo dissolutionis saniei: deinde vtendū est eis:
que lenifaciunt ꝑut manifestauimus ibi. Si ipse exiture fue
rit magne ⁊ fortes: ⁊ cum eis fuerit dolor vehemēs. De vna
auris. Noli procedere velociter in cura ipsius cū cura ipsi⁹
sit leuis: quia velociter congregabit saniem: nec erit dolor
vehemens cum ea neqʒ caliditas: vnde in loco debet fieri
calefactio ⁊ emplastratio cuʒ maiori caliditate ⁊ dissolutio
ne. ❡ Dixit quotiens exitura que fit in radice auris incipit
cum dolore vehementi oportuna erunt emplastra ad miti-
gandum dolorem: ⁊ calefactiones successiue facte cū aqua
vlceranti: aut cum aqua in qua coctus fuerit modicus sal:
⁊ huic apostemati sunt medicine proprie ad dissoluendum:
⁊ querende sunt in capitulo scrofularum cum ibi sit canon
eugile tantum. Et si exitura desperatur quod non dissolua
tur: sed putredinem faciet ex magnitudine ⁊ violentia pul-
sationis eius procede ad subueniendum ei ad faciendūʒ pu
tredinem: tamen si apostema fuerit modicum noli procede
re cito ꝙ faciet putredinem ⁊ dyaquilon: ⁊ vnguentū fian-
sans illud sanat. ❡ Dico in omnibus exituris in radice au-
ris inspiciendum est in quantitate magnitudinis ⁊ pulsatio
nis ipsius ⁊ in dispositione corporis. Et si corpus fuerit re-
pletuʒ ⁊ magnitudo ⁊ pulsatio: fuerint fortes: procede in pri
mo cum mitigatiuis: ⁊ dimitte naturam ⁊ actum ipsius. Et
si in capite fuerit passio mala aut febris: ⁊ videris expulsio-
nem esse debilem subueni nature cū attractiuis ⁊ ventosis:
quoniam hec cura debet fieri in principio eius: tamen egre
diente apostemate ⁊ perueniente ad atterminationeʒ: inspi
ce: ꝙ si potest dissolui absqʒ putredine dissoluatur cuʒ dya-
quilon ⁊ similibus que sunt fortiora eo ad modum piscis: ci
neris caulium: calcis: ⁊ pinguedinis vetuste. Et nisi dis-
soluatur digeratur cum emplastris digestiuis. ꝙ si illud in
principio fecerit putredineʒ subueniatur super illud: ⁊ si pu
tredo fuerit modica dissoluatur cū medicinis: tamen si apo
stema fuerit magnum aperiatur cum ferro ⁊ curetur.

L ❡ De secundo capitulo pronosticorū. quotiens in aure egre
diuntur exiture calide ⁊ magne: ⁊ cum eris fuerit febris for-
tis alienatio mentis ad erit: ⁊ iuuenes in eis magis morien-
tur senescentibus: cum in senescentibus sint leuiores febres
⁊ alienatio sit in eis minor: ⁊ sic durabunt dum aures ipsoꝝ
facient putredinem: ⁊ saluantur exinde. tamen in iuuenibus
ex violentia caliditatis ipsorum vehementior fiat alienatio
⁊ dolor ipsorum: vnde maior pars ipsoruʒ morietur anteꝙ̄
aures facient putredinem.

A ❡ De tertio capitulo ipsius dolores aurium calidi si fuerint
cum febre continua ⁊ forti: signum malum pronunciatur cū
dubia sit alienatio mentis etiam periculum. ❡ Dixit Hali.
hic dolor accidit in parte interiori auris. s. sinah: ⁊ nō ex par
te cartilaginum auris erit tanta fallacia. Sed ex parte inte
riori auris. s. sinah: ex proximitate eius ad cerebrum: etiā ex-
inde accidit apoplexia repente quotiens procedit materia
dolorem inferens in aureʒ ad cerebrum subito. vnde inspi-
ce in oibus significatiōibus malis periculi sequendo iuxta
quod melius videris. Dixit iuuenes in hac passione pereūt
in septimo die: sed senescentes tardabunt cum febris in eis
sit leuior: ⁊ alienatio mentis in eis sit minor: ⁊ velociter fiat
putredo in auribus ipsorum. tamen in ipsa etate hic morb⁹
habet subuersiones mortales: tamen iuuenes ante putredi
nem peribunt. Sed si saniem faciunt aures ipsorum in ant.
qua dispōne saluabunt si cū hoc fiūt signa alia laudabilia

K ❡ De miamiris he sunt medicine conferentes cōtusioni au-
rium. ℞. Myrrha: aloe: thus: cerusa plumbina fiat illinitio
cum eis extrinsecus ꝙ si durauerit apostema in iteriori par
te ipsius: ⁊ ex violētia pulsationis excitatur dolor guttatim
imponatur ei adeps anatinus aut butyruʒ. ⁊ si de eis fuerit
flux⁹ sāguis cura fiat cū succo porroꝝ ⁊ ozimi folioꝝ latoꝝ.

B ❡ De summis libri megategni. vlcera auriuʒ indigent medi
cinis fortis desiccationis valde ex proximitate ipsorum ad
cerebrum. ❡ Dico cyrurgici penes nos quotiens antiqua
fit sanies que manat de aure valde replent aurem vehemē
ter ⁊ non dimittunt egrum dormire super illud latus vtēdo
clysteribus ad saniem per biduum aut triduum: ⁊ si egredi-
tur exitura digerit eā ⁊ cura: ⁊ cū hoc curat manatio saniei.

A ❡ De. vi. capitulo libri tertij epidimie. dixit guttatim impo-
nimus auri in dolore vehementi lac de māmilla ⁊ cum mo-
derata caliditate ipsius mitigat materiam: glutinat: ⁊ cōsoli
dat: quia confert. ❡ Dico appone ventosaʒ auri penes do
lorem vehementem: tamen peccatum est cadens in primor
dijs eloquij. cadente parte in parte absqʒ modo penitus: ⁊
si volueris lege ⁊ cognosces illud. ❡ Iudeus quotiens fue
rit dolor in aure ex humectatione: aut opilatione guttatim
ipone auri de aqua absinthij recētis: aut succi: aut de aqua
corticum radicum.

E ❡ De eo quod aperit surditatem. Folia colloquinti. recen-
tis terantur ⁊ comprimantur: ⁊ de succo guttatim impona-
tur auri tepide: aut scief fell. ❡ Dixit confert surditati acci-
denti post frenesiʒ cathaplasma confectum cum farina or-
dei: corona regia camomilla ⁊ oleo sisamino cum lenifaciāt
neruum ⁊ dissoluant auditum. ❡ Dico vtendum est leniti-
uis. eo ꝙ accidit desiccatio in ipso neruo procedenti ad au
rem: ⁊ confert epithima super caput.

B ❡ Aaron hoc est medicamē bonum ad vlcera auriū. ℞. sar
cocolle. Sanguinis draconis corticum thuris. scief: memi-
the: spume maris: baurac: armenici conuenienter: ⁊ impone
auri de aceto ad lauandum eaʒ pluries ⁊ imponatur liciniū
ad mundificandum eam. Deinde liciniū inuoluatur in ipso
medicamine cū melle: ⁊ imponatur auri tepide. sed hoc fiat
mane ⁊ sero. quoniam corrumpet carnem additam ⁊ corru
ptam: ⁊ generabit carnem sanam ⁊ sanabit eam.

F ❡ Ad coagulatum sanguinem in aure. tepefiant. succus por
rorum: ⁊ acetum: ⁊ guttatim imponantur ei. etiam coaguluʒ
leporis ⁊ acetum. ❡ Dissolutiua sanguinis capienda sunt
de capitulo ipsorum.

B ❡ Dixit suffla in aure abūdāti sanie ⁊ putredine de vitreolo.

yy ¶ De libro. iiij. affori smoruz: q si anhelitus incisus fuerit ex inmissione aeris ⁊ emissione: ⁊ inde inmissio aeris facta fuerit bis pulsiua: aut in similitudine huius significat spasmuz futurum eo q huius anhelitus non sic esset nisi prius musculo: per quem fit anhelitus spasmus accidat. Si vero dispositio fuerit crescens spasmum futurum in toto corpore manifeste significat. ¶ De libro. vi. afforismorum dixit q anhelitus in quo perficit tensio pectoris per duplicem immissionem aeris: que immissio similis sit dispositioni planctus infantum: aut erit ex debilitate musculi pectori que fit ex defectu virtutis: aut ex siccitate instrumentoruz anhelitus: ⁊ forte erit ex vtraq3 causa: ⁊ forte erit ex dispositione proxima dispositioni spasmi: in instrumentis pectoris: quoniam virtus debilis est: eo q impotens est tendere pectus ad modũ necessarium per vnam immissionem quietem: inde faciens per immissionem ansidam perficit actum suum. Instrumentum quoq3 durũ non est obediens virtuti que tendit ad salutem: sed impedit actum per dominium eius. Tamen ex dispositione proxima dispositioni spasmi non impeditur anhelitus inde in actu suo licet frigor domiatus fuerit neruo pectoris ⁊ musculos eius. Febris quoq3 sanat huiusmodi dispositionem ⁊ curat. Si vero huius anhelitus fuerit cum febre non erit nisi ex duritie instrumentorum anhelitus: aut ex dñio siccitatis: ⁊ hoc malum est in egritudinibus acutis.

uu ¶ De curis oculorum dixit q si vehemens necessitas inducens fuerit ad emissionem anhelitus faciendam: que fit per pectoris adunationem: aut ex nimia congregatione fumosorum vaporum guttam facientium: aut ex acuitate ipsoruz erit: ⁊ h qq3 fit: aut ex nimia calitate: aut ex malitia humorum.

zz ¶ Dixit q emissio anhelitus dormiẽtis maior fit ppter post acceptionem nimij cibi: eo q vapores fumosi crescũt in corpore ex congregatiõe caliditatis. ¶ De libro secundo opinionis Ypocratis ⁊ platonis: dixit q emissio anhelitus cuz obiecta erit per instrumenta contra emissionem que fit cuz dominio. s. ex vehementi motu ⁊ exercitio: ⁊ similiter emissio anhelitus cum obiecta facta erit ex superfluitate contraria per quam fit emissio anhelitus cum dominio.

tt ¶ De tertio secundi libri de epidimia dixit q in magno anhelitu pectus mouetur in toto sed in paruo non mouetur nisi diaphragma solũmodo: ⁊ loca sistentia inter costas.

?? ¶ Or si insinantie passione fuerit anhelitus breuis signum erit bonum. ¶ Sed si in frenesi ⁊ alienatiõis mentis passione anhelitus fuerit spissus signum erit laudabile. In passione quoq3 mentis alienatiõis anhelitus erit rarus ⁊ magnus: vnde cum anhelitus fuerit conuersus significat passionem huius decrescere. ¶ Patientes sinantiaz impotentes sunt agere anhelitum in longum spaciũ imissiõis aeris: ⁊ emissionis: ⁊ ideo ipsorum anhelitus fit in tempore longo. Si vero postea anhelitus fuerit in breui tempore significat largitatem esse in ipsius transitu: ⁊ summarie q anhelitus contrarius dispositioni anhelitus proprij alicuius egritudinis significat sanitatem. ¶ Dixit q in passione sinantie longũ fit spacium imissiõis aeris ⁊ emissionis obstrictionẽ instrumẽtorum: vnde anhelitus omnino spissus erit ad perueniendũ ad modum sufficientem in longo spacio: vnde si rarus conuersus fuerit in eadem signum bonum erit significans tempus imissiõis aeris ⁊ emissiõis decrescere nõ poterit nisi cã largitatis accidentis. Or si in anhelitu cõmota fuerint folia naris: aut ex virtute conturbata erit: aut in prefocatiõe: aut ex sinantia: aut ex sanie: aut humore sistenti in pectore ⁊ pulmone. ¶ Dixit in huius quoq3 anhelitu cõmouentur superiora pectoris vsq3 ad loca attinentia spatulis.

xx ¶ Dixit q corpus dum sit in dispositione naturali exercitio ⁊ cõmotioni imoderate non datum anhelitus nõ erit nisi in inferioribus toracis vsq3 ad loca attinẽtia diaphragmati ⁊ hoc manifestum est in libro causarum anhelitus.

zz ¶ Si vero necessitas inducens fuerit ad huius causas inde mouentur superiora toracis vsq3 ad loca attinentia spatulis donec pectus moueatur i toto motu horribilitatis ⁊ huius motio accidit in tempore sanitatis ex inductione vehementis motus ex huiusmodi quoq3 anhelitus inducitur ex augmento necessitatis: sed in peripleumonia: ⁊ similibus inducitur ex strictione instrumenti: quoniam instrumẽtũ quãdo constringitur indiget magnitudine tensiõis pectoris ad perueniendum inde ad aerem sufficientem.

uu tt ¶ De. iiij. libri secundi anhelitus rarus ⁊ paruus accidit quando virtus animalis mortificatur ⁊ huius emittitur ex nare ⁊ ore ⁊ mortem sequitur omnino absq3 dubio: tamen anhelitus spissus ⁊ breuis significat dolorez esse in instrumentis

anhelitus: aut ex membris motis ex motu ipsorum. Anhelitus quoqʒ in febribus vehementibus est magnus ⁊ spissus.

pp ¶ Aaron dixit: accidit quoqʒ malus anhelitus ⁊ non fit ex passione instrumentorum anhelitus: sed ex diaphragmate ascendenti sursum aut descendenti ad inferius. ¶ De quarto libro membrorum interiorum. Dixit ponatur ꝙ cuiusdaʒ pectus in anhelitu cōmotum est in toto dum motus peruenerit sursum ad interiora ad furculas ⁊ ad latera magna: ad carnem spatularum: ⁊ ad exteriora ad spatulas. ¶ Dico ꝙ huiusmodi anhelitus triplicis significationis est: aut ex caliditate instāmāti in corde aut in pulmone: aut ex strictiōe in instrumentis anhelitus aut ex debilitate virtutis mouentis musculum pectoris: vnde confirmandum est ⁊ considerandum tandem per pulsum si significat caliditatem nimiaʒ: deinde considerandūʒ est in emissione anhelitus. s. in coadunatione pectoris: ꝙ si expulsiua nimis fuerit cum flatu significat caliditatem nimiam: etiam si tactus pectoris fuerit inflāmatus confirmatur ꝙ erit ex caliditate: affirmatur etiaʒ ex rubedine oculorū ⁊ faciei siccitate ⁊ caliditate capitis ⁊ siccitate lingue ⁊ asperitate eius: ⁊ dicto patientis: ꝙ se sentit non monitum inflammari. Si vero non fuerit signuʒ caliditatis ⁊ pectus tensuʒ fuerit vehementer ex strictione instrumentorum anhelitus erit aut epigloti non permittent aereʒ imitti aut erunt in pectore aut pulmōe humores aut vulnerat iōes ex apostemate aut humiditate. Si vero tam superiora pectoris q̄ʒ inferiora in totum mouent anhelitum ⁊ folia naris inde fuerint constricta ⁊ cum huius motu pect⁹ nō nimis tenditur: sed solūmodo mouetur ex debilitate musculi pectoris: erit quoniam huiusmodi patientes ex debilitate musculi pectoris indigent actione omnium musculorum: vt per plures actus peruenire possint ad sufficientem modum ad quem sola virtus peruenire non potuit: strictum quoqʒ est in huius passione cum efficacia: vnde lege eloquium ad discernenda loca patientia: vbi malus fuerit anhelitus ⁊ inuenies vtilitatem anhelitus.

aaa ¶ Dixit ꝙ anhelitus īfantiuʒ est spissior ⁊ maior nimis eo ꝙ augmentum in eis est maius ⁊ indigent emissione humoruʒ fumosorum sed decrepitoruʒ anhelitus est minor ⁊ tardior ⁊ rarior ⁊ ad mediocrē dispositionem consideranda est mediocritas huius etatis: ⁊ similiter consideranda est dispositio temporis ⁊ complexionis: quoniam caliditas indiget tēpore maiori ⁊ frigiditas econtrario.

ss ¶ Repleti quoqʒ cibarijs agunt anhelitum paruū ⁊ spissuʒ ex strictōe diaphragmat̄ ex cā stōi: ⁊ sil'r p̄gnātes ⁊ ydropici

ff ¶ De anathomia maiori dixit: ꝙ malus anhelit⁹ in quo sūt impedimenta opponentia ⁊ eius emissio ⁊ immissio fiunt cū vehementi horribilitate significat apoplexiam.

?? ¶ De libro quarto summarie quoqʒ ex debilitate virtutis
zz in asmate ⁊ districtione instrumenti vehementer non tenditur pectus eo ꝙ in eo nō imittitur aer multus nec emittitur similiter cum flatione ⁊ percussione ad modum dispositiōis multe caliditatis sistentis in pectore. Unde magnitudo anhelitus per quem totum pectus mouetur aut ex caliditate vehementi erit sistenti in pectore: aut ex districtione: aut ex debilitate virtutis aut causa vniuersali omniuʒ huius insimul: tamen quando omnes cause huius in vnum coniungūtur mortem significant esse statim. Si vero partes ipsorum coniunguntur difficilis erit patientis deliberatio. Si vero fuerit cum caliditate spissus erit cuʒ veloci flatione: ⁊ emittitur calidus vt mitigetur per aerem frigiduʒ. Si vero fuerit ex virtute debili non habebit spissitudinem neqʒ velocē flationem cum hoc cum infestet caliditas vehemens sed proprie habebit restringere folia naris. Et similiter ꝙ si ex causa strictionis pectus multū tenditur non emittetur ex eo flatio nec aer calidus nisi cū eo fuerit caliditas sicut in dispone peripleumonic: eo ꝙ anhelitus in huius passiōe erit magnus nimis ⁊ spissus ⁊ velox: ꝙ huius eis non est sufficiens affluenter. ¶ Patientes quoqʒ asma: pectus tendunt totuʒ tamen ibi anhelitus non erit spissus cum flatione neqʒ cuʒ aere calido. ¶ Sed patientes saniem in pectore totum pectus tendunt absqʒ aere calido ⁊ flatione ipsi quandoque suffocantur velociter ex defectu virtutis ipsorum debilitate: qui quoqʒ patitur saniem congregatam in pectore omnino patitur debilitatē virtutis: tamen in passione peripleumonie ⁊ asmatis. virtus erit durabilis. Sūmarie quoqʒ flatio ꝓpria est caliditati multe. ¶ Patientes quoqʒ sinantiā

similem immittunt anhelitum cum velocitate ⁊ spissitudine ad perueniendum modum sufficientem per immissionē anhelitus aū parum: tamen non cum flatione tamen anhelit⁹ magnus ⁊ rarus significat alienationem mentis solūmodo: sed paruus rarus significat rigorem cordis: eo ꝙ non indiget anhelitu. Sed paruus ⁊ spissus significat dolorem in instrumentis anhelitus. Sed qui incisus fuerit per quietē nō nimiam. deinde flat ⁊ fit anhelitus [illegible]is pulsiuus ad modum anhelit⁹ infantis plangentis erit ex spasmo instrumenti anhelitus: aut ex caliditate nimia obquam indiget patiens ad vehementē spissitudineʒ in imissione aeris ⁊ emissione eius: si anhelitus deficiens qui ex paruitate eius nō sequitur sensum erit ex impedimento accidenti. ¶ Dixit quoqʒ anhelitus qui totum pectus tendit si fuerit absqʒ febre erit ex humore grosso sistenti in pulmone aut ex sanie sistenti in locis attinentibus ei: aut in cānali ipsius: vnde diuidenduʒ est inter huiusmodi causas: ꝙ si anhelitus fuerit cum turbatione significat ꝙ humor sistens in pulmone est humidus: ⁊ ꝙ est in cānale eius. Si vero non fuerit cuʒ turbatione significat apostema immaturum in pulmone esse: aut in locis atttinentibus ei: tamen in parte exteriori eius. Si vero simul accidit huius anhelitus subito notum sit ꝙ humiditas manauit ad pulmonem de capite aut ex aliqua altera materia. Si vero passus fuerit ante huiusmodi passionem pleuresim nec bene inde purgatus fuerit notum sit ꝙ sit ex sanie.

ff ¶ De primo capitulo mali anhelit⁹: dixit ꝙ anhelitus componitur ex imissione ⁊ emissione anhelitus ⁊ duabus quietibus: quarum vna est post imissionē aeris breuior: ⁊ alia que est post emissionem est longior nimis.

bbb ¶ Dixit anhelitus quoqʒ equalis est qui conseruat in omnibus partibus huiusmodi terminum: quantitatem ⁊ qualitatem. ¶ Dixit ꝙ anhelitus inequalis sequitur vtrūqʒ motū: scilicet imissionem aeris ⁊ emissionem in quantitate ⁊ qualitate: quoniam motus componitur ex quantitate spaciositatis per quam fit motus: ⁊ ex quantitate temporis. Quics vero est vnum quid pro simplici: ideo equalitas ⁊ inequalitas eius sunt in quantitate. s. in quātitate temporis per quod fit vnde significatur inde ꝙ modi male cōplexionis. alis. cōpositionis simplices sūt sex: velox ⁊ tardus: magnus ⁊ paruus: rarus ⁊ spissus. ¶ Dixit ꝙ dicendū est in cognitione hmōi: deinde in causis ipsorū: deinde dicenduʒ est de compositis.

ccc ¶ Dixit ꝙ velocitas tarditas magnitudo ⁊ paruitas sunt in
uu vtroqʒ motu. s. in missione aeris ⁊ emissiōe: vnde dicitur qū
zz immittitur aer multus ⁊ pectus tenditur in spaciositate longa anhelitus magnus: ⁊ per contrarium dr̄ paruus. ¶ Et dicitur quando immittitur aer in tempore breui anhelitus velox: sed quando immittitur aer in tempore longo anhelitus dicitur tardus. ¶ Sed raritas ⁊ spissitudo dici possunt ex vtraqʒ quiete: ex vna que est ante tensionē: ⁊ alia que est ante coadunationem.

ff ¶ Sed ꝯfirmatio anhelitus fit ex rebus agentibus eum: que sunt virtus agens anhelitus: instrumentū ei obediens ⁊ vtilitas propter quam fit. Unde cum hec tria fuerint equalia in dispositōe animali anhelitus: erit equalis generaliter vel naturaliter. Si vero acciderit impedimentum in aliqua parte ipsorum omnino anhelitus patietur inde nocumentum iuxta magnitudinem cause accidentis ⁊ paruitatem.

ddd ¶ Dixit ꝙ cognitio anhelitus non minus valet cognitione pulsus in medicina: sed manifestior est eo: tamen communis est in causis multis ei.

eee ¶ De causis dixit ꝙ declaratum est in libro pulsuū ꝙ velocitas motus est ob causam augmenti necessitatis inducētis virtute potenti ⁊ instrumēto obediente. Si vero necessitas plus fuerit infestans tandem velocitas sumat locum. Si vero virtus fuerit potēs: tamen in parte fuerit debilis: motus erit velox: Si vero debilitas fuerit nimia impossibile est: ꝙ tunc motus sit velox: sed loco velocis erit spissus: quoniam spissitudo fit in quolibet actu ex defectu actionis in quantitate magnitudis necessitatis ⁊ sue velocitatis: vn̄ necessitas īfestat ꝙ minus sit spaciū q̄etis actōis vt velox sit reuersio. ¶ Dico manifestum est in pulsu ꝙ magnitudo indiget virtute potenti in instrumento obedienti ⁊ necessitate inducenti: sed quando creuerit necessitas: tunc erit crementum velocitatis. ¶ Dixit ꝙ anhelit⁹ magnus similiter idiget necessitate inducenti virtute potenti ⁊ instrumento obedienti: tamen paruitas ⁊ tarditas non indigent in esse ipsaruʒ omn-

no contrarijs huius: sed sufficit pars vna ex eis: quoniam si minuitur nimis necessitas inde minuitur magnitudo ⁊ velocitas licet virtus fuerit potens: quoniam ob contentum animalis eius instrumentum non agit: neqȝ virtus: ⁊ similiter si debilitatur virtus nimis: ⁊ instrumentum fuerit obediens ⁊ necessitas vehementer inducens: ⁊ similiter si impedimētuȝ fuerit instrumenti: ⁊ necessitas ⁊ virtus fuerint stabiles minuitur magnitudo: ⁊ velocitas i quātitate rei inuente. ¶ Dixit ꝙ si in omnibus rebus non fuerit impedimentū ⁊ necessitas fuerit crescens: inde in primo magnitudo crescens erit. Si vero plus necessitas fuerit crescēs inde crescens erit velocitas ꝙ notum est ꝙ caliditas habuit incrementū. ¶ Dico ꝙ si incrementum ipsius fuerit aū parum tensio erit maior tunc: q̄ȝ in statu preterito causa māifesta. Si vero nimis crescens fuerit caliditas cum magnitudine habebit velocitatem. Si vero plus crescens fuerit caliditas similiter erit cum spissitudine. Si vero decrescens fuerit caliditas .s. necessitas ⁊ instrumentuȝ ⁊ virtus fuerit in statu in primo decrescens erit spissitudo: deinde postea velocitas: deinde magnitudo donec pulsus erit rarior pulsu naturali in quantitate nimia: ⁊ tardior in quantitate equali ⁊ paruior in quantitate pauca: quoniam dum virtus fuerit potens impossibile est ꝙ tensio sit paruior q̄ȝtitate naturali nimis nec tardior nimis: tamen raritas erit i vltimitate longitudinis si necessitas nimis decrescēs fuerit. ¶ Dixit ꝙ dispositio similis est in coadunatione: tamen vehemens necessitas coadunationis erit ex cremento vaporum fumosorum eo quod indiget eos emittere ⁊ dum necessitas vehemēs erit inducens ad emittendū huius vaporis ex multitudine ipsoꝝ aut ex acuitate coadunatio .s. emissio anhelit⁹ erit velox magna ⁊ spissa: vnde in dispositione cōtrarij erit tarda parua ⁊ rara: ⁊ similiter in tensiōe .s. in missione anhelitus modo simili est considerandum: quoniam si necessitas fuerit in defectu in primo deficiens erit tempus quietis que ante huius tensioneȝ est: deinde postea velocitas: deinde magnitudo. ¶ Dixit ꝙ dispositio inanitionis spiritus animalis ⁊ solutionis: vt est dispositio crementi caliditatis: quoniaȝ inde fit anhelitus magnus velox ⁊ spissus ⁊ per contrariam dispositionem inanitionis contraria indicantur. Et si crementū caliditatis coniunctum fuerit cum inanitione spiritus huius erit anhelitus in missione aeris velocior maior ⁊ spissior ⁊ per ꝯriū ꝯtrariū iudicaꝰ. ¶ Dixit ꝙ si superfluitates fuerint fumose anhelitus coadunationis erit velox maior ⁊ spissior. Si vero superfluitates fuerit aū paꝝ ābelit⁹ hui⁹ erit puus tardus ⁊ rar⁹.

aaa ¶ Dixit ꝙ si etas fuerit augmēti anhelit⁹ i tēsiōe ⁊ coadunatione maior erit velocior ⁊ spissior: eo ꝙ caliditas etatis augmēti est multa: ideo īdiget flatu multo. Superfluitates quoqȝ fumose similiter in ipsa etate sunt multe: quoniam huius superfluitates sunt iuxta multam digestionem: eo ꝙ sunt superfluitates digestionis: ⁊ similiter considerandū est in temporibus anni: dispositione regionum ⁊ complexionuȝ: quoniam in calido anhelitus fit velox magnus ⁊ spissus: ⁊ in frigido econuerso: ⁊ similiter considerandum est in actionibus dispositionibus ⁊ accidentibus.

33 ¶ Dixit ꝙ balneatio cuȝ fuerit aque calide anhelitus fit inde velox magn⁹ ⁊ spissus ⁊ aque frigide econuerso. ¶ Somnus quoqȝ maiorem ⁊ velociorem facit coadunationeȝ extensionem: quoniā in dispositōe somni digestio fit multa eo ꝙ caliditas adunatur tunc in interioribus corpis: vñ multa fit inde adunatio superfluitatum fumosarū in vltimitate.

?? ¶ Dixit ꝙ si caliditas in omnibus egritudinibus fuerit crescens sicuti in febribus crescens erit velocitas anhelit⁹ magnitudo ⁊ spissitudo ⁊ proprie in caliditate intēsa sistenti in corde aut in locis attinentibus ei. Si vero decrescens fuerit caliditas erit decrescens anhelitus ꝙ forte inde sensus in eo agere nō poterit oīno vt in dispōne ꝑfocatōis mr̄icis.

ddd ¶ Dixit ꝙ in omnibus huius pulsus cōmunicatur cum anhelitu: tamen anhelitus est actus voluntarius: ⁊ pulsus est actus naturalis: ideo diuersificātur in certis modis huius: quoniam pulsus dum virtus fuerit potens ⁊ instrumentuȝ obediens ⁊ necessitas inducens impossibile est ꝙ voluntarie fiat paruus anhelitus quoqȝ subiacere poterit voluntati: quoniam si in instrumētis anhelitus dolor fuerit pectus: inde non tenditur magna tensiōe: eo ꝙ magna tēsio dolorē excitat ⁊ augmentat: sed quando parua inde fit tensio ⁊ necessitas peruenire ad modum non potest sufficientem loco huius conuertitur ad spissitudineȝ: vt restaurare valeat de aere ad modum sufficientem sibi sicut ex magnitudine tensionis: ⁊ inde exemplū erit dispositioni viri: qui semel accipere non potuit potum sufficientem ei: ⁊ diuisit eum per plures vices cum spissitudine aū parū aū parum.

?? ¶ Dixit ꝙ ex dispositione doloris in pectore vniuersaliter anhelitus causa tam tensionis q̄ȝ coadunatiōis erit tardus paruus ⁊ spissus: ⁊ remotio i equalitate paruitatis plus erit remotione velocitatis: quoniam ex nocumento doloris in pectore accidenti ex magna tensione anhelitus fit cum velocitate nimia: quoniaȝ velocitas licet fuerit nociua ex breuitate huius spacij breue fit nocumētuȝ: eo ꝙ velocitas inducit ⁊ ꝑducit ad mitigationē: vt velociter pect⁹ acqescat: scilicet per quietem: magnitudo quoqȝ tensionis nociua est ex omnibus partibus ex districtione huius motus ex extensione apostematis ⁊ eius infestatiōe: vnde dolor inde fit ex omni parte: ideo in dispositōe doloris ⁊ magnitudinis act⁹ minuitur nimis per velocitatem. ¶ Dixit ꝙ si dolor pectoris fuerit absqȝ caliditate instanti inducens ad anhelitum magnum ⁊ calor cordis fuerit in dispositione naturali videbitur manifeste motus pectoris .s. anhelitus tardior fieri. Si vero cum dolore cor fuerit inflāmatuȝ velocitas erit ex nimia necessitate ⁊ sollicitudine eius ad mitigandum illud: vnde non erit decrescens velocitas sed magnitudo in quātitate nimia vnde dispositio spissitudinis erit ex instātia necessitatis. ¶ Dixit summarie diximus quod dolor in instrumēto anhelitus agit anhelitum paruum ⁊ spissum. Si vero cum dolore similiter fuerit inflāmatio incrementum dabit velocitati ⁊ spissitudini in quantitate nimia. Et si spissitudo inflāmatōis cordis solūmodo sequitur .s. instans necessitas ex dolore anhelitus paruus multus erit similiter cum tarditate: ⁊ minor fit paruo: quoniam anhelitus agens ex dolore cum inflāmatione cordis differt ab anhelitu agenti cū inflāmatione solūmodo per paruitatem: quoniaȝ minor est anhelitu agenti ex inflāmatione absqȝ dolore: ⁊ differt ab agenti cum dolore solummodo: eo quod est spissior ⁊ velocior maior ⁊ tardior.

ddd ¶ In negocio quoqȝ ob qd̄ mutabilis fit anhelitus ex parte doloris: non similatur dispositio anhelitus dispositioni pulsus: sed in omnibus supradictis similes in causa ⁊ mutatione sunt. ¶ Dixit ꝙ mutatio accidens in anhelitu ex causa extensionis aut apostematum duroruȝ aut instantie aut alicuiusmodi districtiōis pectoris ⁊ pulmonis accidens est similiter in pulsu. ¶ Dixit ꝙ anhelitus ⁊ pulsus vniuersaliter in huiusmodi dispositionibus .s. in dispositione districtionis pectoris ⁊ pulmonis accñs est similiter in pulsu. ¶ Dixit ꝙ anhelitus ⁊ pulsus vniuersaliter in huiusmodi dispositionibus .s. in dispositione districtionis: parui erunt veloces ⁊ spissi: fiunt enim parui ꝙ aer attractus erit paruus ex districtione instrumenti per qd̄ attrahiꝰ aer. Fiunt etiā spissi eo ꝙ opus est ꝙ restauretur ꝙ minus est magnitudinis: vt habentur qd̄ opportunū fuerit necessitati: etiam ob huius causam veloces fiunt similiter. ¶ Dixit ꝙ manifestatuȝ est in libro pulsus ꝙ magnitudo tensionis dans corpori quod opportunū ei fuerit de imissione aeris non querit velocitatem: quoniam nisi esset sufficiens ei iam inuitaretur ad velocitatem. Si virtus fuerit potēs: ⁊ similiter de spissitudine cōsiderandum est modo simili. In dispositionibus quoqȝ diuersis districtōis pulsus ⁊ anhelitus erunt diuersi ⁊ diuersitas signum dat proprie diuersitati huius morboruȝ. ¶ De anhelitu ⁊ noticia precedenti ipso ad significandum actum eius in corpore: vt in quolibet capitulo egritudo significetur: prout dicendum est de eo inferius.

FF ¶ Dixit Galie. in malo anhelitu ꝙ anhelitus ex duobus motibus componitur vnus ipsorum qui imittit aerem interioribus: ⁊ alius qui emittit aerē ad exterius: ⁊ ex duabus quietibus sistentibus inter istos: vna quarum est que fit in fine tensionis ⁊ principiuȝ coadunationis que breuior: alia que fit inter finē coadunatōis ⁊ principiū tensiōis que longior.

ece
aaa ¶ Dixit ꝙ si superfluitas fumosa congregata fuerit multum motus emissionis aeris: scilicet coadunationis erit velox ⁊ magnus ⁊ ex contrario contrarium: quoniam natura indiget emissione maiori emissione dispositionis naturalis que emissio fit per coadunationem. Si vero necessitas inducēs fuerit nimis ad infrigidandum erit tensio iudicij similis: tamen expedit ꝙ dimensionē habeāt ex dispositiōe naturali

quoniam motus coadunationis in iuuenibus vehementior est per naturam: quoniam necessitas inducens est ad emittendum vapores fumosos nimis: ⁊ similiter est in pulsu ⁊ similiter in temporibus ⁊ cōplexionibus: qm̄ caliduꝫ agit magnitudinem ⁊ spissitudinem ⁊ frigidum agit per contrariuꝫ.

¶ In dispositione quoqꝫ somni erit coadunatio velocior ⁊ maior: eo ꝙ digestio ibi erit ⁊ plures fiunt vapores fumosi.

¶ Omnes quoqꝫ egritudines calide agunt anhelitum magnum velocem ⁊ spissum ⁊ proprie cum fuerint in instrumētis anhelitus: magnus est magne tensionis ⁊ coadunatōis: velox est velocis immissionis aeris ⁊ emissionis eius spissus est i quo decrescens est tempus quietis. s. tempus coadunationis. Egritudines quoqꝫ frigide per contrarium indicātur. ¶ Qr si pectus fuerit dolens anhelitus fit paruus ⁊ spissus eo qđ ex paruo motu minuitur dolor fit q̄qꝫ spissus ad recuperanduꝫ ꝙ minus est ei de magnitudine. ¶ Si vero non fuerit inflāmatio ⁊ caliditas ex corde aut ex parte altera decrescens erit spissitudo ⁊ tardus fit motus pectoris eo qđ nō indiget velocitate: tamen si dolor fuerit vehemēs non sic agit. ¶ Si vero fuerit inflāmatio ⁊ necessitas inducens fuerit ad imittendum aereꝫ crescens erit spissitudo ad modum decrescentis magnitudinis eo ꝙ spissitudo lenior est ei ⁊ minoris doloris cuꝫ intensione nimia magni motus ⁊ longi spacij: quoniā in doloribus pectoris sistentib⁹ absqꝫ inflāmatione cordis pars magna tensionis auget spissitudinem. Ideo si cor fuerit inflāmatum magis auget in spissitudine velocitate ⁊ magnitudie. Unde anhelitus ex causa inflamationis cordis erit magnus velox ⁊ spissus. Et anhelitus ex apostematibus duris ⁊ opilationibus ⁊ vniuersali districtione instrōrum anhelitus erit paruus velox ⁊ spissus ⁊ causa huius est eo qđ non attrahit de aere nisi parum indiget velociter attrahere ꝙ attrahere solebat cum largitate transitus. ¶ Districtio quoqꝫ sistens in instrumentis anhelitus bipartita est aut ex re sistenti iter ea vt asmate ⁊ apostemate aut ex re insistenti in instrumento anhelitus prout est in dispositione ydropisis pregnantium ⁊ apostematis epatis ⁊ splenis ⁊ ex aliquo impedimento accidenti causa anteriori vel exteriori eis. ¶ Et differt inter districtionem doloris. ⁊ absqꝫ dolorē. qđ velocitas districtionis doloris minuitur. vbi auteꝫ fuerit cum febre spissitudo erit itensa ⁊ aer emissus per anhelitum erit calidior ⁊ huius dispositio non erit in districtiōe absqꝫ dolorē. ¶ Anhelitus quoqꝫ magn⁹ rarus significat alienationem mentis quoniaꝫ ob alienationem impeditur ex rebus contrarijs in actu eius. Si vero ductus fuerit ad gemitum incipit cum sollicitudine percutere cum anhelitu ad recuperanduꝫ ꝙ minus erat ei. vnde anhelit⁹ fit magn⁹ ⁊ lōgi spacij coadūatiōis. s. abstinētie anhelit⁹.

¶ Diuersus quoqꝫ fit anhelitus iuxta causas quibus diuersus fit pulsus cuius erit diuersitas quādoqꝫ ordinaria quādoqꝫ extra ordinaria sicut pulsus in cuius imissione aeris ⁊ emissionis accidit quies an̄ complementum earuꝫ ⁊ sic fit quasi attrahens aerem aut emittens bis pulsatiōe ⁊ hoc accidit quando cānale pulmonis est plenum humoribus ⁊ humiditatibus ⁊ erit aut in periplonia aut i pleuresi i peripleumonia quoqꝫ omnino accidit anhelitus diuersus eo ꝙ cānale pulmonis fit strictū ⁊ diuersus anhelitus: similiter quādo in instrumētis anhelitus fuerint dolor aut aliqua res impediens tensionem. vnde quandoqꝫ declinat virtus ad alleuiandum dolorem: ⁊ inde parua fit tensio sed quando declinat ad suffocationē magna fit tēsio inde. ¶ Dolentes quoqꝫ agentes anhelitum paruum si habuerint ad hoc inducētem necessitatem anhelitum habebunt magnum ⁊ manifestum eo ꝙ magnus nociuus est eis tamen cum subiecti fuerint suffocationi ipsum. magnuꝫ agent omnino: qui vero patitur mētis alienationem eius anhelitus erit magnus ⁊ magne tēsionis. Cuius quoqꝫ decrescens fuerit calor innatus eius in tensio erit parua ⁊ cū ea erit reuersio tarda. Sed quibus fuerit dolor cum incremento necessitatis anhelitus eorum in tēsio erit magna ⁊ spissa. ⁊ similiter quibus fuerit destrictio instrumentorum anhelitus. Si vero cū huius dispositione motus spissitudinis fuerit veloces forte indicit vel inducit necessitas qđ anhelitus fiat magnus ob causam quā diximus. Remāsit quoqꝫ de malo anhelitu vnus modus. s. magn⁹ ⁊ velox q fit ex vehemēti necessitate ⁊ istrō obediēti.

¶ De modis mali anhelitus aut magnus ⁊ spissus aut magnus rarus aut paruus velox ⁊ rarus videlicet in tensione ⁊ coadunatiōe. Coadunatio quoqꝫ summarie significat necessitatem inducentem ad emittendum aerem: videlicet qđ opportunuꝫ est ei. sed tensio ad immittendum: ideo quando domiatur caliditas fumosa cordi erit coadunatio. s. emissio aeris magna ⁊ velox. verbi gratia. ponatur quod immissio aeris facta est parua ⁊ tarda ⁊ emissio eius magna ⁊ potēs. Dico ꝙ caliditas hui⁹ patiētis decrescens est videlicet naturalis ⁊ crescens caliditas fumosa ⁊ per contrarium contraria iudicantur. Tensio quoqꝫ magna si fuerit cum spissitudine significat vehementem necessitatem. Si vero fuerit cum raritate significat alienationem mentis. anhelitus magnus si fuerit spissus significat vehementem necessitatem. si vero fuerit rarus significat alienationem mentis. Si vero fuerit paruus significat aut dolorem aut districtionem aut paucam necessitatem. Si vero fuerit cum spissitudine significat dolorem. Si vero cum raritate significat paucam necessitatem. Dico ꝙ differt inter dolorem ⁊ districtioneꝫ eo quod in districtione est durabilis anhelitus cum paruitate ⁊ in dolore quandoqꝫ cadit in medio aliquis magnus anhelitus: quoniaꝫ in maiori parte huius dispositionis necessitas erit velox aut ex sensibilitate doloris etiam qui patitur districtionem si sustinere voluerit agere magnum anhelitū quasi impossibile erit ei: sed qui patitur doloreꝫ possibile est quod agat magnum anhelitum tamen cuꝫ dolore erit ⁊ sic modum similem habet de velocitate iuxta quod dictum est intentio quoque velocitatis est velox immissio aeris. ⁊ emissio videlicet spissa tarda rara vel inde velox spissa velox rara tarda ⁊ spissa tarda rara: ⁊ similiter in coadunatione in emissione aeris. vnde omnes sunt sedecim octo in intensione. ⁊ octo in coadunatione. ¶ Singulares quoqꝫ anhelitus sunt sex magnus pu͂us velox tardus rarus ⁊ spissus: vnde magnitudo ⁊ paruitas sunt in qualitate immissionis ⁊ emissionis velocitas ⁊ tarditas in veloci motu immissionis ⁊ emissionis: ⁊ spissitudo ⁊ raritas sunt in tempore sistenti inter finem coadunationis ⁊ principium tensionis. ¶ Anhelitus nimie spissitudinis ⁊ pauce velocitatis erit cum dolore cum cremento necessitatis. Sed anhelitus pauce spissitudinis ⁊ nimie velocitatis significat incrementum necessitatis ⁊ cum sequitur omnino magnitudo. ⁊ primum sequitur paruitas omnino. Sed spissus ⁊ tardus reducitnr eo quod signum est notum per alia supradicta. Rarus ⁊ velox similiter deducitur eo quod signum eius manifestuꝫ est ex primo etiam tardus ⁊ rarus eo quod notum est signuꝫ eius de eo quod dictum est vnde omnes modi ipsorum sunt septeꝫ solūmodo deductis alijs quorum significationes inter sunt signis precedentibus predictis: qui sunt magnus spissus magnus rarus paruus spissus paruus rarus tardus spissus velox rarus deductis alijs vt dictū est. ¶ Requirēda quoqꝫ est consuetudo corporis in quo agit anhelitus: quoniam in corpore repleto anhelitus fit diuersus: licet instrumentum pectoris sit liberum de mollificatione ⁊ spasmo: ⁊ quādoqꝫ fit alteratio mentis non cum anhelitu magno ⁊ raro in huius quoqꝫ dispositione erit dolor non permittens magnuꝫ esse anhelitum ⁊ opus erit vt redigatur ad paruitatem ⁊ de paruitate ad spissitudinem.

¶ Malus anhelitus frequenter accidit cum apostemate calido in omnibus instrumētis anhelitus pectoris lateris pulmonis diaphragmatis ⁊ in apostematibus epatis calidis flegmonicis ⁊ proprie si fuerit in acuitate ipsorū aut in apostemate calido in splene ⁊ proprie si fuerit in superiorib⁹ ei⁹ ⁊ superiora dicuntur que propinqua sunt capiti. vnde omnibus his accidit anhelitus paruus ⁊ spissus ⁊ generatur similiter ex apostemate intestinorum ⁊ in colon si in eo fuerit apostema flegmonicum. Fit etiam in ydropicis pregnantibus ⁊ habentibus ventrem magnum ⁊ repletionē ⁊ patientibus asma ⁊ sanieꝫ ⁊ curuositas spinalis agit anhelitū pu͂ū ⁊ spissum ex districtione etiaꝫ ⁊ in alijs predictis ex dolore. Si vero dolor fuerit vehemens inducit alienationem mentis ⁊ agit anhelitum paruū ⁊ spissum. Si vero alienatio fuerit magna ⁊ dolor fuerit paruus ⁊ debilis nimis anhelitus non mutaſ ex magnitudine. Si vero fuerit rarus ⁊ ap̄a fuerit i splene istare nō poterit diaphragma nisi fuerit magn⁹.

¶ Dixit Ypo. de sexto libro: epidimie est quoqꝫ anhelitus paruus spissus paruus rarus magnus spissus magnus ⁊ rarus ⁊ magnus ad exteriora ⁊ pu͂us ad iteriora magn⁹ ad interiora ⁊ paruus ad exteriora: ⁊ extēsus ⁊ velox ⁊ imissionis

post immissionem ⁊ calidus ⁊ frigidus.

?? ❡ Et dictum est q Ypo. dixit q anhelitus spissus in egritudinibus acutis desiccat pulmonem ⁊ ad laboré inducit partes que sunt sub ypocundrijs ⁊ mirach ventris.

?? ❡ Dixit Hali. q ypo. descripsit i hmói tractatu patiétes malum anhelitus. vnde dico q anhelitus duabus partibus cópositus est ex immissione aeris ⁊ emissione. eius sequitur enim per accidens duas quietes vná post immissioné aeris anteq incipiat eum emittere ⁊ aliam post emissionez aeris ante imissionem eius. Anhelitus quoqꝫ magnus est quando immissio aeris est plusquá emissio paruus quoque indicatur per ɔtrariú. Rarus quoqꝫ est in quo quiescit pectus plusq naturaliter quiescere consueuerat. Si vero spacium fuerit acquiescens ⁊ breue túc erit modus anhelitus spissi. Si vero huiusmodi componuntur in modis quattuor diuidútur spissus paruus: rarus magnus rarus paruus ⁊ spissus magnus ⁊ magnus ad interiora ⁊ paruus ad exteriora: quando immittitur multus aer ⁊ emittitur añ parum ⁊ econuerso. Extensus enim est q fit in spacio longo ⁊ velox per contrarium fit in breui spacio. Anhelitus quoqꝫ qui immittitur in duobus motibus: ⁊ qui emittitur similiter duobus motibus manifestati sunt in loco congruo eis.

?? ❡ Dixit q malus anhelitus generatur ex infrigidatione instrumentorum eius. Anhelitus quoqꝫ mouens partem naris accidit ex dispositione prefocationis de squinantia ⁊ peripl'onia ⁊ similibus de egritudine pectoris aut ex dispositione corporis cuius deficiens est virtus aut debilis. Et in huiusmodi patientib⁹ frigidiora pectoris vsqꝫ ad loca attinentia spatulis videbunt moueri. ❡ Anhelitus quoqꝫ huiusmodi appellatur superior: quoniam dum homo sit sanus ⁊ quiescens ex motu voluntario ⁊ angustioso non agitur in eo anhelitus nisi per inferiora pectoris vsqꝫ ad loca attinentia diaphragmati. Si vero opus magis fuerit ad multá immissionem aeris agendum cum inferioribus pectoris huiusmodi mouebunt attinentia loca ei sursum. Si vero opus fuerit vehemens nimis cum huiusmodi locis mouebuntur superiora pectoris vsqꝫ ad loca attinentia spatulis: ⁊ inde mouebitur totú pectus motu horribili sicut accidit i dispositione sana cum corpus exercitio vtitur intenso. ❡ De egritudinibus acutis. dixit q accidit anhelit⁹ spissus ⁊ magnus ex instantia diaphragmatis ex cibarijs nimijs ɔclusis: ⁊ ió pauca fit imissio aeris cú festinátia stomaci ad diaphragmata ⁊ eo qd perueniat corpus ad votú de re necessaria ei tendit pectus cum dilatione. aut agit anhelitum spissum.

xx ❡ De summa pulsus iuxta opinionem. Halie. anhelitus cóponit ex coadunatione ⁊ tensione ⁊ duabus quietibus. vna quoqꝫ est ante tensionem: ⁊ alia ante coadunationem longior enim est que est ante tensionem ea que est ante coadunationem dum corpus sit in dispositióe sana ⁊ similiter spacium tensionis longus est ⁊ tardius in immissione aeris spacio coadunationis: quoniam breue est ⁊ minus in emissione aeris. Quietes quoqꝫ due he sequútur in longitudine ⁊ breuitate modum temporis tensionis ⁊ coadunatóis ⁊ breues fiunt ⁊ longe iuxta longitudinem ⁊ breuitatem ipsarum ⁊ signa ipsarum similia sunt signis pulsus: vnde legenduz est in capitulo pulsus vt inde bene considere in eo. Si vero anhelitus emissionis fuerit velox erit quies anterior breuis. Si vero tardus ipsa erit longa eo qd anhelitus immissióis scilicet tensionis erit velox iuxta necessitatem nimiá ad aerem frigiduz ⁊ sic spacium quietis sistentis inter tensionem ⁊ coadunationez erit breue ex sollicitudine nature ad imittendum aerem frigidum. Si vero anhelitus immissionis fuerit tardus dispositio quietis anterioris eius contraria erit ⁊ econuerso: quoniá natura infestatur ad attrahendum aerem velociter. Et sm huiusmodi ratiocinationé indicatur anhelitus emissionis. s. coadunationis quando velox fit dú vapor fumosus fuerit in corde ⁊ vene infestant naturaz ad emittendum ipsum. vnde considerandu ʒ est similiter in pulsu sm diastolem ⁊ sistolem.

?? ❡ De pronosticis. anhelit⁹ siccus vel spissus significat passionem esse in locis que sunt sup diaphragma. Si vero fuerit magnus: deinde inter opilationes longus significat alienationem mentis. Si vero emittitur ex ore ⁊ naribus frigidus mortalis est. Anhelitus quoqꝫ penes doloré erit puus ⁊ spissus. ⁊ penes inflámationé magnus ⁊ spissus vel rarus. Rarus enim qui fit inter spacium longum si fuerit magnus significat alienationez mentis. si vero paruus significat extinctionem caliditatis ⁊ paucam necessitatez caliditatis ad flandum. Si vero emittitur inde frigidus cum bonitate flatus significat virtutem magnam in salutem omnium egritudinum acutarum mutabilium eo qd significat salutem cordis pulmonis ⁊ diaphragmatis. ⁊ eo qd in mébris attinétibus eis non est passio cum apostemate calido: scilicet in stomaco epate ⁊ splene: quoniá hec attinétia sút diaphragmati: ⁊ ideo quoniam in huius membris non fuerit inflámatio vehemens nec apostema calidum in egritudinibus acutis de iure sperandum est in salute patientis.

yy ❡ De asso. Si vero anhelitus incisus fuerit aut complementú tensióis aut coadunatóis aut vtriusqꝫ significat spasmú fieri eo qd absqꝫ spasmo extremitatis corporis tunc nó cét. Si vero crescens fuerit causa an huiusmodi dispositióe patiens patietur spasmum.

xx ❡ Dico expedit cósiderare iteratim in capitulo primo mali anhelitus vt vtatur suo ordine sicut fecit Halie. vt intelligi valeat eius dictum: verbi gratia. tu dicis q anhelitus componitur ex immissióe aeris que est tensio ⁊ ex quiete que est ante emissionez aeris que est coadunatio ⁊ ex coadunatióe ⁊ quiete que fit post eaz in principio tensionis que sunt partes quattuor duo motus. s. coadunatio ⁊ tensio: ⁊ due quietes. s. vna ante coadunationez ⁊ alia ante tensioné ⁊ q qes que est ante coadunationem est breuior per naturam quiete que est ante tensionem. ❡ Dico q anhelitus componitur ex tribus partibus extensione ⁊ quiete que est post eam ⁊ ex coadunatione: quoniam anhelitus vnus videtur compleri his tribus partibus solúmodo. Quies quoqꝫ que est ante tensionez cómunis est inter duos anhelitus. ⁊ ideo cóponitur ex partibus tribus tamen in principio negocij dicendum est qd componitur ex partibus quattuor vt eorum declaratio fiat manifesta. Sequuntur quoqꝫ anhelitum ex parte motus velocitas ⁊ magnitudo. velocitas enim ⁊ contraria eius ad imittenduz aerem ⁊ emittendú in spacio breui sunt tamen magnitudo est ad tendendum ⁊ coadunandú pectus i spacio magno ex quiete quoqꝫ sút rarus ⁊ spissus vnde species singulares modoꝝ anhelitus sút sex magnus paruus velox tardus rarus ⁊ spissus: tamen compositi sedecim sunt modi: quoniá compositio magni ⁊ parui velocis ⁊ tardi rari ⁊ spissi deducitur eo quod sút cótraria ⁊ similiter alia contraria ⁊ multa deducuntur.

❡ Capitulum sextum est de egritudinibus oris ⁊ gingiuarum ⁊ gule: cuius rubrice sunt.

fff LEgendum est in libris vlcerum interiorum ⁊ ortus dentium inueniendum est adiuuamen. Ad vlcus oris. ❡ Dixit Halie. in. v. libro megategni. q si vlcus oris fuerit nimis putriduz curandum est cum rebus vehementis desiccatióis sicut hicurbas vel kicutal solo aut cú melle aut cum vino mixto cú melle vel cú yera ⁊ medicamine cognito ad refrigerandum oculum aut sicco aut mixto cum melle. ❡ Dico q huius medicamé est tramaticon vel grámaticon mixtum cum vino mixto cum melle aut absqꝫ melle curantur quoqꝫ huiusmodi vlcera cum trociscis muscis ⁊ succo sumac ⁊ succo vue acerbe ⁊ rebus vehementibus ad desiccandum nimis que vero fuerit in minori humiditate huiusmodi malitie ⁊ remotiora curantur rebus nó nimie desiccationis iuxta opus sue necessitatis sicut medicaminibus confectis de celsis ⁊ moris rubi ⁊ succo corticum nucis tenerorum tamen melius est medicamen confectióis de succo vue dulcis ⁊ nuce cypressi. ❡ Vlcera quoqꝫ sisté tia in vltimitate humiditatis attinentia ossi eo quod est dubitandum ne corrumpantur curanda sunt cum medicaminibus nimis vehementibus in desiccatione ob causam natura ossis eo quod est siccum ⁊ ego terebá de trociscis mu-

scis ⁊ apponebã de eis loco ipsoꝝ ad desiccãdũ. ¶ Dico
in fili huius morbi insistẽdũ est cũ calkindion in q̃ ponĩt
acatia in p̃te cõgrua: aut de cortice glãdis trita: eo ꝙ nimis
valet in tali loco: q̄m pugnatiuũ est ꝯtra corruptionẽ oĩo: ⁊
silr̃ agit acetum cũ sale inueteratũ in sole ad lauandum os
⁊ detinendum ipsum in ore: eo ꝙ prohibet corruptionem.
¶ Dico caro oris est sicca: salua lingua: vnde non est esti-
mandum ꝙ Halie. opponeret hic vtendo in ore medicinis
vehementis siccationis: eo ꝙ dictum eius narrat ꝙ est mẽ
brum caliditatis ⁊ humiditatis: proximum est putrefactio-
ni: quoniã eo ꝙ ab aere maceratur: sicut alia loca discoop
ta curandum est cum rebus nimis desiccatiuis vt nõ sit du
bium in putrefactione. ¶ De meamyr. sicut vidi esse magni
valoris ad vlcera calida oris: culla pustulas ⁊ apostema ca
lidũ. ℞. rosa. ⁊ seminis ro. sandali: sumach spodij: zaffarane:
lenticule scoriate: aque ro. ad partem congruam: etiã zaffa
rana cum aqua ro. valet nimis. ¶ De libro. vi. meamyr. ge-
neraliter vlcera accidentia in ore indigent minutione clyste
rio: ⁊ purgatõe sicut alia apostemata. ¶ Pãniculus quoq̃
iterioris oris ĩ toto grossior est cute corporis tamen lenior.
¶ Euitandum quoq̃ est ne in ore ponantur medicine que
sunt nocentes si ad gulã fuerint discurrentes. ¶ Dixit Ha-
lie. ꝙ si in ore fuerint vlcera velociter corrumpenda est ca-
liditate ⁊ humiditate huius curanda sunt cum vehementio
ribus medicis ⁊ causticis. ¶ Medicamen ad corruptũ os
⁊ oĩa mẽbra. ℞. attramẽti ru. partem. ij. calcis viue partẽ. i.
arsenici partẽ. ß. terãtur simul: ⁊ cũ eis curãdũ est. ¶ Dico
ꝙ bona est cõpositio eius: vnde confidẽdũ est de eo infun-
de salem in aceto potentissimo vt nõ valeat reuolui in eo ex
multitudine ⁊ profunditate eius ⁊ de ipso aceto tenendũ est
in ore: q̄m valens est ad corruptionẽ ⁊ silia. Si vero domi-
natur corruptio: cauteriũ apponendũ est loco ipsius in toto
postea apponendũ est cicatrici de melle cũ ros. cũ semine
earum donec dissipabitur cicatrix ⁊ conualebit.
¶ Culla est vlcus accidens in panniculo cooperiẽti interio-
ra oris: habẽs se cũ caliditatem igneam: ⁊ in maiori parte ac
cidit in ore infantiũ ⁊ proprie cũ lac fuerit malum ⁊ infans
non digerit lac ipsum bene: ⁊ in maiori parte est facile ad cu
randũ eo ꝙ alleuiatur ⁊ mitigatur per res moderate stipti
citatis ⁊ quãdoq̃ longa fit passio in eo ⁊ corrosiua ⁊ diffici
lis: ⁊ curanda est rebus vehemẽtioribus. ¶ Ad culla mali-
gnũ ℞. aluminis: galle. añ. par. i. terãtur sicut puluis ⁊ cum
eis bene fricãdum est os: q̄m dissipabit cortices ⁊ mitigabit
passionẽ: ita tamẽ ꝙ infundatur digitus in oleo p̄us postea
in illo puluere postea fricandũ est os cum eo nimis: postea
lauãdum est os cũ aceto ⁊ ere viridi: ⁊ aceto ⁊ galla. ¶ Ad
culla nigrũ medicamẽ bonũ ⁊ expertũ. ℞. vue passe absq̃
semine: ⁊ anisum terãtur cũ melle: ⁊ illiniẽda sunt loca eius
cum eo solũ. ¶ Liciũ: sumach: mel: rose: lenticule scoriate ⁊
similia: valentes sunt ad culla leue. Tamen galla: es viride:
vitreolũ: ⁊ similia valentia sunt ad culla malum: ⁊ mel h̃z lo-
cum cũ eis. ¶ Dixit Hal. insistendũ est in culla facili: cum
facili medicamine: ⁊ in vehementi cum medicamine vehe-
menti. galla enĩ trita in aceto ⁊ distemperata ad modũ mel
lis ad illiniendũ cũ ea vehementis cure videt̃ etiã adeps
anatinũ: tamẽ non valet ad culla in quo fuerit putrefactio.
¶ Dixit ꝙ emanatio saliue nimia significat vehementẽ paf
sionem. ¶ Et dixit ꝙ culla rubeũ est ex genere flegmonis:
⁊ citrinũ rubeũ: luciduũ ex genere colere rubee: ⁊ album ex
genere flegmatis: ⁊ diuturnum liuidũ ex genere melie: ⁊ silr̃
iudicatur viride ⁊ nigrũ. Si vero fuerit cum inflãmatione ⁊
caliditate ei colera rubea dominat̃: ⁊ cognitis his signis ⁊
virtutibus medicinarũ est insistẽdũ cũ eis: iuxta cõplexio
nẽ mẽbrorũ ⁊ leuis ⁊ facilis erit cura. ¶ Dixit ego quoq̃
infantibus patientibus culla: ⁊ incipientibꝰ comedere dabã
lenticulas cũ pauco pane ⁊ medullam ossiũ ceruorũ ⁊ vitu
lorũ citonia: mala poma zarur ⁊ obbayr vel bõbayr. Si ṽo
fuit cũ inflãmatione miscebã ⁊ dabã eis de lactucis: ⁊ endi
uijs. Si vero infantes nõ fuerint comedẽtes hec oĩa dabã
lactanti eos. Si vero culla in eis attinẽs fuerit rubedini illi
nienda sunt corpora ipsorũ rebus añ parũ stiptic. ita ꝙ ni
mis infrigidentur: ⁊ postea cum rebus dissoluentibus absq̃
impunctiõe. Si ṽo attinens fuerit rubedini lucide augendũ
est de rebus infrigidatiuis. Si ṽo fuerit albũ cũ rebus ab
stersiuis est insistẽdũ. Si vero liuidũ siue nigrum cũ rebꝰ
dissoluentibus vehemẽter est insistendũ. Si vero infantes
fuerint maioris etatis curabã eos cũ vehemẽtioribus me
dicinis: ⁊ curabã corpora perfecta cũ vehemẽtioribus me
dicinis: ⁊ cura sufficiẽs erat eis in vltimitate vitreolũ mix-
tũ cũ vino stiptico. ¶ Si ṽo culla fuerit infectum distem-
perabã vitreolum cum vino mixto cum melle crescendo in
virtutibus: ⁊ decrescẽdo attenuãdo ⁊ ingrossando iuxta q̃d
opus fuerit hmõi cure ipsoꝝ ad illiniendum loca passiona-
lia: valet etiam ad corpora p̄fecta nimis attramẽtũ ru. tri-
tũ cum oleo: q̄m medicamen vehemẽtius est nimis. ¶ Si
vero culla fuerit incipiens curandũ est cum succo vue acer
be ⁊ sumach: sed sufficit infantibus curari cũ semine ro. ros.
⁊ decoctione rerum leuioris stipticitatis: ⁊ ita similiter curã
di sunt h̄ntes corpora humida si culla fuerit leue. ¶ Si ṽo
culla fuerit malum in corpore duro curãdũ est cum rebus
vehementioris stipticitatis ⁊ impunctionis nimie. ¶ Dixit
ꝙ oleum solum ad culla malũ valet: eo ꝙ mollefacit hume
ctat ⁊ inficit: tamen si mixtũ fuerit cũ attramẽto rubeo: eo
ꝙ mittigat asperitatẽ ipsius est medicamen cõueniẽs: etiã
valet cera cum oleo ⁊ ere viridi cõfectis ad hmõi passiõeꝫ.
¶ Si vero culla fuerit putrefactum ad modum vlceris nõ
est appellandũ culla: sed vlcus putridum ⁊ insistendũ ẽ tã-
dem cum curis vlceris putridi. ¶ Dico hec sunt medicami
na vehemẽtioris desiccationis cõbustiua. s. medicamen acu
tũ quod confectũ est ex attramento ru. ere viridi: calce vi
ua: ⁊ cõfectũ ex sale ⁊ aceto ⁊ similibus. ¶ Quidam quoq̃
medicus p̄cepit infantibus patiẽtibꝰ culla ꝙ nõ comederẽt
de rebus salsis acidis ⁊ stipticis. ¶ Dixit. Hal. ꝙ bene dixit
tamẽ considerandũ est in acidis. ¶ De tertio libro ꝓnosti-
corũ. vlcus accidẽs in ore significat passionem esse coleri-
cã. ¶ De summa megategni. ꝙ si vlcera fuerit in ore ex hu
miditate loci curãda sũt cũ rebꝰ vehemẽtioris desiccatõis:
tñ lingua sufferre nõ poterit ex multo sensu ⁊ motu ipsius.

ggg ¶ Iudeus nimis valet ad pustulas in ore ⁊ lingua celidonia
ida: deide mẽtastrũ. ro. sumach ⁊ balaustia cãphora spodiũ.

fff ¶ Calkidion valẽs ad corrosionẽ: ⁊ putrefactionẽ oris. ℞.
mentastri celidonie balaustie arsenici cãphore cucule cube
be spodij ad partem congruam terãtur ⁊ apponant̃ eis: q̄m
pugnatiuũ est contra putrefactionẽ ⁊ mitigat illud. ¶ Di-
co ad refrigerandũ os: ⁊ valet nimis. ℞. ro. spodij lenticu-
le scoriate tarcon siccati. i. endiuie maioris triti cum folijs ⁊
radicibus cubebe ad partem congruã terantur: ⁊ apponã
tur. ¶ Refrigeriũ dico. ℞. myrrhe vel sisimbrij sumach ba
laustie lẽticule scoriate: spodij. seminis portulace cubebe ra
dicis endiuie maioris rosaꝝ sandali cãphore añ. parum ad
p̄tẽ congruã: ⁊ de eis apponendũ est lingue: ⁊ lauandum est
os cum succo vue acerbe aqua ro. ⁊ oleo ro. si cum eo fuerit
dolor. ¶ Iudeus ꝙ si culla fuerit album curandũ est cum
fructu tamarisci ⁊ similibus. Si vero fuerit rubeum curãdũ
est cum celidonia. Si vero fuerit nigrum cũ corrosione cu
randũ est cum calkidion in hac descriptione confecto: ℞.
vtriusq̃ arsenici. acatie cuculle rosarũ sandali camphore
terantur: ⁊ apponant̃ loco nigredinis. ¶ Refrigeriũ ad cul
la in ore. ℞. sumach semis ro. amidi se. portulace spodij zuc
cari albi camphore zaffarane ad partẽ congruã tarant̃, be-
ne: ⁊ sufflandũ est de eis in ore pluries in die. ¶ Valet etiã
ad culla malignũ nimis laureola ꝯburat̃: ⁊ de cinere ipsius
apponendũ est ei ⁊ cũ decoctione laureole cũ aceto lauã
dum est os: ita tamẽ ꝙ de ea non descendat ad gulam.

l.bb ¶ Ad vuulam teratur galla cũ aceto: ⁊ illiniendũ est de eo
super radicẽ lingue infantiũ vel iesue: quoniã valet etiã ad
vuulam ꝙ gargarismus freq̃ẽs fiat cũ succis stipticis etiã
valet Hargarismus cum aqua casei ⁊ sale: etiam cum lacte
acido per vnam noctem ⁊ diem moranti.

ggg ¶ Absq̃ auctore refrigerium ad os valens nimis. ℞. semi-
nis rosaꝝ: aut rosarũ mund. par. vi. amidi. ʒ. ij. zaffarane. ʒ. ß.
spodij. ʒ. iß. camphore. ʒ. quar. seminis portulace. ʒ. ij. zuccari
albi. ʒ. iß. cubebe. ʒ. i. terant̃ bene ⁊ apponãtur. ¶ Aaron re-
frigeriũ ad os ⁊ gulam. ℞. spodij: amidi: seminis acori: zaf-
farãe. añ. ʒ. ij. seminis portulace maioris. ʒ. iij. galle: sumach:
cuculle. añ. ʒ. iß. zuccari ad pondus omniũ terant̃ bene ⁊ suf
flandum est de eis in ore ⁊ gula. ¶ Dico refrigerium valẽs
ad pustulas oris. ℞. seminis ro. spodij: sumach: cubebe: len-
ticule: scoriate: piretri: camphore: foliorũ endiuie maioris. i.
tarcon siccorum ad partem congruã terant̃ bene ⁊ impona
tur ori. Ego enĩ expertus sum res vestigia facientes in ore
sicut endiuiam maiorem ꝯcubebam ⁊ piretrum ⁊ nimis sunt

valentia ad pustulas in oꝛe.

fff ggg ¶ Aaron refrigerium vniuersale ad culla. ℞. seminis ro. sumach: ʒaffarane: amidi: ʒuccari albi: spodij: seminis poꝛtulace maioꝛis. añ. par. i. teranť ⁊ curandi sunt infantes cuʒ eis ⁊ alij patientes. ¶ Si vero pustule fuerint rubee ⁊ calide cuʒ succo granatoꝝ dulciũ curande sunt. ¶ Si vero culla fuerit album cũ oriʒaccara aut melle curandũ est. ¶ Si vero fuerit in gula sufflandum est de eo in gula: qm̃ valet nimis. Culla cuiʒ malũ si fuerit albuʒ curandũ est cũ vitreolo vsto yreos alumine myrrha ⁊ melle. ¶ Ualet etiã ad culla ⁊ pustulas in oꝛe infantis cuʒ febꝛe acuta ⁊ sternutatiõe. ℞. spodij rosarum seminis citrolli. añ. par. i. ypericon partem. ʒ. teranť ⁊ distemperenť cũ succo coꝛiandri teneri: ⁊ de eis fiãt troci. ⁊ parũ de eis dandũ est infanti in potu. ¶ Quidaʒ infans nõ lactabat ⁊ fricato oꝛe eius cum ʒuccaro albo: pustule fuerunt mitigate ⁊ reuersus est ad sugenduʒ. ¶ Si vero culla fuerit calidum ⁊ inflãmatuʒ curandũ est cũ medicinis subiectis frigiditati vt cõfectione huius. Seminis ro. seminis poꝛtulace. lenticule scoꝛiate: amidi: memithe: sandali: sumach: ⁊ parum camphoꝛe. Si vero inflãmatio fuerit maioꝛ curãda est cum rebus vehementioꝛib⁹ sicut rosis sumach: balaustia galla immatura fructus tamarisci. ¶ Si ṽo culla fuerit album: addendũ est in eis de medicinis calidis: iuxta huiusmodi. ℞. ro. lenticule scoꝛiate: balaustie: galle: immature: aluminis: ciperi: ʒaffarane: cubebe: cacule. i. cardamõi: ⁊ piretri huius res quoqʒ calide sunt valẽtes ad culla. ciperꝰ: ʒaffarana: cubeba: cuculla ⁊ piretruʒ: habẽt etiã locum iter ea sauina ⁊ nux cypꝛessi. ¶ Si vero culla fuerit pure nigredinis curandum est cum rebus combustiuis: sicut attramẽto rubeo ere viridi ⁊ alumine ⁊ similibus.

iii ¶ Paulus ꝙ si sanguis emittitur ex oꝛe. Frangendũ est poꝛruʒ ⁊ apponẽdũ est ei ⁊ terẽda est spongia maris in oleo bullito: ⁊ apponẽdum est de ipso ei: ⁊ gargarismus fiat ei valẽs est cum rebus stipticis frigidis nimis actualiter.

¶ De libro. ij. epidimie. epiglotum est extremitas cannalis pulmonis: ⁊ extremitas ysofagi continuatur quoqȝ cum eo ex parte posteriori ad partem occipitij ⁊ retro ysofaguȝ est musculus qui replicat collum ad partem anteriorem ⁊ continuatur cum eo ysofagus extensus super interiora spondilium omnium. Si vero apertum fuerit os totum ⁊ declinata fuerit lingua ad partem inferiorem videbitur extremitas epigloti ⁊ ysofagi. Si vero in squinantia apertum fuerit os nec videbitur inde apostema: apostema erit in musculo qui erit inter epiglotum: aut in locis attinentibus ei de meri vel ysofago: aut in musculo qui est retro ysofagum: quoniam ligamenta quedam oriuntur de spondilibus colli ⁊ nerui ex nucca: qui diuiduntur in eo. Dixit ꝙ huiusmodi ligamenta ⁊ nerui extenduntur: quoniam apostematizatur musculus Si vero apostematizatur musculus attrahit ad se spōdiles ⁊ nuccam: ⁊ restringitur inde collum in exteriori parte: ⁊ fit in eo eminentia: donec videatur cum oculo ⁊ cū tactu: ⁊ dolebit idē locus ex tactu. Si vero fuerit apostema penes spōdilem tertiaȝ: que dicitur sibie aut supra erit fallacie magne ex propinquitate nucce: ex cerebro: vnde dubitādum est ne pereat cito. Si vero fuerit infra vltra ipsum locum salubre erit. Si vero glandule nō fuerint apostematizate in huiusmodi passionibus significatur qđ est flegmaticum ⁊ nō sanguineuȝ: tamen ex humoribus frigidis ⁊ viscosis: ⁊ similiter defectus doloris aut paucitas eius significat ꝙ passio est flegmatica ⁊ non sanguinea: in huiusmodi quoqȝ passiōe vene que sunt sub lingua videntur nimie repletionis: qui vero hoc patitur in ysofago non poterit aliquid deglutire: ⁊ si ad tedium illud acceperit omnino egredietur ex nare ipsius: hoc quoqȝ erit ex infestatōe apostematis qđ est in musculo que est retro ysofagum. Si vero secum non fuerit districtio anhelitus non erit passio in epigloto: nec in locis attinentibus ei ⁊ forte nō erit in epigloto: apostema nisi ꝙ apostema ysofagi agit: districtionem in eo anhelitus quoqȝ non distringitur ex tactu ysofagi super interiora cānalis pulmonis. Si vero apostema fuerit in musculo qui est retro ysofagum inde non restringitur anhelitus nisi penes glutitū solūmodo.

¶ Dico si vero fuerit in epigloto districtio erit semp ⁊ erit vehemētior ea que est ex apostemate in ysofago: ⁊ licet fuerit inseparabilis: semper maior est huiusmodi nimis. Quod vero accidit ex humoribus frigidis protelabitur nimis: dōec perueniat ad. xl. dies ⁊ plus: tamen non erit cum eo febris: ⁊ forte accidet inde palisis in aliquo labio: si fuerit apostema in aliqua parte spondilium: ⁊ quandoqȝ in parte alia. Si vero fuerit in medietate ⁊ extendit spondiles equaliter nō erit inde passio huiusmodi: quando neruus egreditur ex vtraqȝ parte spondilium. Si vero accidit apostema oppositū parti extendit aliam partem ad tedium ⁊ infestat nuccam ⁊ frāgit spondilem declinantem ⁊ in maiori parte hoc accidit ex potentia in facie: ⁊ in manu solūmodo. Sed in toto corpore non: quoniam neruus qui oritur ex collo: similiter diuiditur ad faciem ⁊ manus. ¶ De sexto libro. secūdi libri epidimie: de apostemate in gula: in primo insistendū cū est minutiōe: ⁊ deinde cum rebus stipticis mixtis cum rebus stipticis ⁊ solutiuis. Si vero fuerit cum diuturnium protelatur ⁊ vertitur ad duritiem insistendum est cum rebus solutiuis solummodo. Si vero non fuerit conueniens virtus minutioni insistendū est cū reb⁹ ꝯgruis: vt dictū est ⁊ in declinatōe passionis accipiat vinū ⁊ vtatur balneo cū aqua calida ⁊ ēplastris solutiuis: ⁊ accipiat pultē ad nutricationē de rebus iuuatiuis: sed in principio de rebus ꝓhibitiuis: ⁊ in fine cuȝ rebus solutiuis: ⁊ parū accipiat in potū de aqua in tempore declinationis passionis. ¶ De septimo libro. sexti epidimie: apāta quoqȝ que sunt in naganig: ⁊ que sunt inter partes palati tangenda sunt cum digito: postqȝ digitus illinitus fuerit cū rebus prohibētibus: quoniam huius carnositates sunt mol

les: ⁊ spongie similes velociter accipientes de superfluitati
bus ⁊ inflatiue: ⁊ in eis congregantur humiditates flegma-
tice quando apostematizantur: ideo tactus moderatus cū
digito expellit ea: ⁊ illiniendum est radicibus ipsorum cum
rebus stipticis: nos enim insistimus cū rebus stipticis: ⁊ ta
ctu dum apostema fuerit in principio: ⁊ cum tactu cū sapa
mororum ⁊ cum rebus vehemētioris stipticitatis similiter.
Si vero passio fuerit diuturna ⁊ maturatum fuerit aposte-
ma ⁊ glandula huius fuerit plena humiditate viscosa: misce
mus cum sapa mororum de borace aut de spuma eius: aut
de sale aut de sulfure an̄ parū: aut de similibus rebus in qui
bus fuerit solutio ⁊ impunctio ⁊ attractio flegmatis vitrei.
¶ Dixit ꝙ si apostema fuerit in corpore gule nō est insistē-
dum cum cura huius dispositionis nec cū tactu: ⁊ ideo pec
cant ignorantes medici: quando insistunt cū medicinis que
non sunt opportune extimātes ꝙ omnes huiusmodi passio
nes non habent nocumentum ex tactu. ¶ Dico quare hor-
ribilis est tactus si apostema fuerit in gula: ⁊ quare horribi-
les sunt res stiptice: res stiptice quoque horribiles sunt ⁊ ta
ctus: eo ꝙ nociui sunt si apostema fuerint in gula. ¶ Di-
xit huiusmodi quoq; curantur cū abstinentia cibi: quoniā
indigent purgatione corporis sub vno momento non pur-
gatione an̄ parum: tamen tactus valet in interiori parte in
passione squinantie in qua spondiles colli declinantes sunt
ad partem interiorem: eo ꝙ inde cōuertuntur spondiles ad
locum proprium. Nociuus est autē i huiusmodi passionib⁹
si apostema fuerit in gula ⁊ erit flegmonicū: nō tn̄ si amigda
le fuerint inflate: ⁊ replete flegmate ad prouocandū vomi
tum: ⁊ valent gargarismus ⁊ sternutatio ad prouocandum
multum flegma. Fiat quoq; minutio in venis que sunt sub
lingua: ⁊ si replete fuerint arterie ⁊ vene totius faciei: nec pa
tiens poterit anhelitum agere: nisi cum erectiōe vel difficul
tate: quoniam tandem subiacet prefocationi: ⁊ laxatio ven-
tris valet nimis: ⁊ minutio est melior.

¶ Judeus dixit: ⁊ Galie. squinantia in quinq; speciebus di-
uiditur: aut fit apostema in interiori parte ysofagi: aut in ex-
tremitate partis interioris cānalis pulmonis: aut in muscu-
lo circūferenti huius ex pte exteriori: videlicet ex carne que
custoditur in ipsis: aut ex ingressu spondiliū: in tertia quoq;
⁊ in q̄rta nō est nisi plus ⁊ minus in largitate. Quarta quo-
que species peior est omnibus: quoniā quando accidit apo
stema vehemens in musculis gule erit extensio in spondili-
bus. ¶ Dixit ꝙ huiusmodi apostema erit sanguineū in ma
iori parte flegmaticum: ⁊ colericum: ⁊ non erit melancolicū:
quoniam squinantia est infirmitas velox ⁊ apostema melā-
colicum ⁊ tardum: ⁊ signum sanguinis est per repletionē fa
ciei ⁊ rubedinem ⁊ similium: ⁊ regiminis precedentis. Si
vero spuerit eruginem sanguinolentam ⁊ saporem vini dul
cis habuerit in ore minutio fiat. Ex colera ru. quoq; erit si-
tis ⁊ caliditas: ⁊ in gula erit impunctio ⁊ combustio sicut ex
rebus acutis: ⁊ aceto potentissimo: ⁊ tunc non est digna fieri
minutio. ¶ Dico ꝙ peccauit. Si vero fuerit ex flegmate erit
magni corporis apostema ⁊ molle ⁊ erit sapor gule sicut sa-
lis: eo ꝙ erit ex flegmate salso. ¶ Judeus nimis valet ad sq
nantiam sanguinis ⁊ colere minutio: deide curatio cū cassia
fistula ⁊ clysteri: ⁊ insistendum est in primo cū sumach rosis
balaustia: succo solatri sapa mororum ⁊ similibus. In fine
quoq; cum decoctione ficuum cassiefistule lacte recenti ca
lido ⁊ similibus. Et fiat in augmēto cū rebus calidis: ⁊ sub-
tilibus sicut alleo: assa fetida: succo caulium: melle: pipere: ci
namomo infusis in orizaccara: aut i mellicrato: ⁊ gargaris-
mus frequens: ad pustulas quoq; insistendum est in princi
pio cū ro. balaustia: memitha: licio: ⁊ similibus cāphora pi
pere ⁊ in fine cum stercore canis: ⁊ hyrundinibus vstis: sale
armoniaco stercore hyrundinū: myrrha ⁊ assa fetida tritis
ad sufflandum in gula. ¶ Dico ꝙ sufflatio fiat post garga
rismū huiusmodi. ¶ Dixit ꝙ si difficilis fuerit glutitus aq̄
penes patientem tangende sunt spatule eius vehemēter vt
largi fiant inde transitus ⁊ descendat aqua. ¶ Aaron pul-
uis ad sufflandum in gula in principio squinantie. ℞. semi-
nis ro. sumach: lenticule scoriate: mirabolanorū nigrorum.
caculle: nucis muscate: cubebe. an̄. par. i. piretri par. i. spodij:
succi liquiritie: salis armoniaci partem. iiij. terantur: ⁊ de eo
sufflatio fiat in gula. ¶ Tabri dixit ⁊ Ypo. ꝙ accidit cū squi
nātia febris ⁊ difficilis glutitus. Dixit cui accidit anhelitus
spissus: ⁊ vox eius fuerit deficiens aut subtilis ⁊ debilis spō

diles ipsius deducte sunt: tamen dolorem facit rubedo ⁊ fle
gmon: ⁊ vbi vehemens dolor fuerit: ibi erit flegmon: tamen
flegmaticum non habet secum dolorem nisi an̄ parū. ¶ Di
xit Ypo. apponenda est spondili tertie vsq; ad primam ven
tosa. Si vero infestata fuerit gula apostematizata nimis: ⁊
desiccatur saliua imponenda est penna aut virgultū: ⁊ prius
inuoluatur pannus: ⁊ per eum mundificabitur gula de fleg
mate ⁊ frangetur apostema inde: ⁊ postea gargarismus fiat
cum decoctiōe mentastri. Si vero fuerit diuturna passio cū
assa fetida ⁊ cinamomo fiat gargarism⁹. ¶ Dico puluis ad
sufflandum in gula tempore angustie. ℞. stercoris infantis
comedentis lupinos stercoris canis albi: hyrundinū vsta-
rum ⁊ salis armoniaci. an̄. partem. i. ad passionem diuturnā
frequens quoq; debet fieri insufflatio de eo. ¶ Ad tumo-
rem prefocationis in principio frequenter quoq; sufflādū
ē de galla nō matura: de acatia: sumach: ros. ⁊ copulis gra
natorum ⁊ vuis acerbis siccis ⁊ fructu tamarisci bene tritis.
¶ Puluis ad sufflandum in gula ad apostemata flegmati-
ca. ℞. piretrum ⁊ piper bene terantur subtilissime: vt nigre-
tum: ⁊ sufflanda sunt in gula: quoniā liquefacient totū fleg
ma. ¶ Decoctio valens ad apostema in gula ad dissoluen-
dum ipsum. ℞. vue passe nigre absq; semine cum fenugre-
co loto: ⁊ parum de mentastro coquantur ⁊ coletur aqua: ⁊
distemperetur in ipsa aqua parum de assa fetida: ⁊ fiat gar-
garismus. ¶ Alia fictilis valens nimis. Succus endiuie in
quo soluta fuerit cassia fistula valet ad gargarismū. ¶ Alia
fictilis cum decoctione fenugreci cum melle fiat gargaris-
mus. ¶ Aaron: ꝙ si apostema fuerit in extremitate ysofa-
gi aut in extremitate cannalis pulmonis exterioris ptis ei⁹
difficile erit nimis: ex vna parte ad glutitum: ⁊ altera ad an-
helitum. Si vero fuerit in musculo circūferenti vtrūq; erit
peius in glutitu ⁊ anhelitu. ¶ Si vero fuerit ex ingressu spō
dilium colli nimis erit malum. Ex omnibus quoq; humori
bus fiunt huiusmodi apostemata in huiusmodi locis exce-
pta melancolia: eo ꝙ fit tardū ⁊ an̄ parū cognoscitur q̄li-
bet apostema ipsorū per propria signa eius. Signū quoq;
flegmonis cognoscitur ex rubedine faciei repletione vena-
rum ⁊ regimine generanti in gula saporem vini. Sed colere
signum cognoscitur ex gemitu ⁊ siti: ⁊ ex sapore aceti poten
tissimi sistenti in gula: tamen flegmatis signum cognoscitur
ex fluxu saliue nimio ⁊ elōgatōe lingue ⁊ salis sapore in ore:
⁊ curatio fiat in primo per minutionem purgationem: gar-
garismum ⁊ nauseam prouocandam. ¶ Paulus valens ad
apostema calidum in gula. ℞. ro. spodij: amidi. se. herbe be-
nedicte: sumach: galle: cardamomi minoris caculle. an̄. par. i.
terantur: ⁊ cum zuccaro sufflandū est de eis in gula. ¶ Di
co fiat cum semine ro. sumach: balaustia: ⁊ camphora modi
ca. Gargarismus valens. ℞. radices liquiritie cum cubeba
coquatur i aqua: ⁊ inde gargarismus fiat. Gargarismus fiat
quoq; ad apostema calidū cū succo solatri rosis: ⁊ sumach:
in augmento: tamen in fine cum sapa vue dulcis. Et ad fleg
ma cum orizaccara ⁊ mellicrato ⁊ decoctione maiorane ⁊
mentastri cum mellicrato in fine passiōs. ¶ Paulus ad in-
sufflandum si apostema fuerit diuturnum. ℞. cinamomum:
piper: assa fetida: ⁊ myrrha: terantur: ⁊ de eis parū sufflādū
est in gula. ¶ Dico pillule que ponende sunt sub lingua in
pncipio squinātie ad prohibendū ⁊ mitigandum sitim. ℞.
se. rosarū: se. portulace: psilij: amidi: spodij: sumach: dragagā
ti piperis. an̄. partem vnā camphore parum terantur: ⁊ de
eis fiant pillule ponende sub lingua. ¶ Pillule alie in fine.
℞. myrrhe partem mediā: radicis liquiritie partem. ij. asse
fetide partem quartam terantur: ⁊ de eis fiant pillule cū suc
co caulium: aut cum sapa vue dulcis. supponende lingue.
¶ Et valet ad apostema diuturnum in ore ꝙ curatur: ⁊ nō
dissoluitur: minutio venarum que sunt sub lingua: ⁊ postea
gargarismus fiat cum aceto ⁊ sale.

bbb ¶ Duo genera quoq; medicinarum apponenda sunt vuule
ꝙ eam stringant ⁊ subleuant sicut galle trite cum aceto im-
posite cum penna: ⁊ adherende vuule ⁊ teratur galla cum
aceto ⁊ appoāntur charte: ⁊ apponaī fontanelle: quoniam
subleuabit eam. ¶ Ad incidendam quoq; eam cū assa feti-
da ⁊ alumine appositis radici ipsius insistendū est: qm̄ inde
incidit: ⁊ illinienda est cū melle aut cū alumine: eo ꝙ restrin
git vuulam nimis: aut cōburaī canna aut papyrus: ⁊ laueī
cinis ipsorū: ⁊ in ipsa aqua soluanī alumē: galla: ⁊ sumach: ⁊
cū ea fiat gargarismus. Et ponaī sal i lacte post extractio-

nem butyri cum fuerit acidum: ⁊ cum eo fiat gargariſmus.
¶ Et valet ad omne apoſtema groſſuꝫ in gula: ⁊ vuule trā
ſiens.x.dies gargariſmus faciendus in qualibet die aſſe feti
de auri pondus.ʒ.cuꝫ aceto.℥.i.

222 ¶ Aaron in principio ſquinantie: ſapa: papaueris accepta
cum rebus ſtipticis valet nimis. ℞.papaueris rotul.ij.aque
rotul.x.infundatur papauer in ipſa aqua per noctem vnam
⁊ coquatur donec reuertatur ad rotul.ij.deide coletur ⁊ po
natur in ea de acatia: ſumac: balauſtia: cum parum de zucca
ro coquatur donec fiat ad moduꝫ ſirupi ⁊ deť ei de eo: quo
niam prohibet reumata ad diſcurrenduꝫ nimis. ¶ Paulus
ꝙ ſi accidit apoſtema in nagamg vel faucibus: ⁊ putridum
fuerit: gargariſmus fiat cum vino ⁊ melle donec mundificēt
ſaniem ⁊ putredinem: deinde gargariſmus fiat cum deco
ctione lenticularum ⁊ roſarum: ⁊ nō ſunt tangenda amigda
la cum digito: ⁊ ſi tactus fiat ſit moderatus añ parū. ¶ Ad
amigdalam frangatur granatum dulce cuꝫ cortice: ⁊ de ſuc
co ipſius ſumantur ad partes.vi.de melle partem.i. ⁊ coquā
tur donec fiant ad modum mellis: ⁊ cum eo illinienda ſunt
amigdala: nec ſunt tangende vuule cum digito vehemēter
ſed illiniende cū penna. ¶ Dixit ꝙ ſi apoſtema fuerit in mu
ſculo: aut erit in muſculo yſofagi ⁊ cannalis pulmonis inte
rioris partis ⁊ exterioris: aut in muſculo epigloti interioris
⁊ exterioris cum huiuſmodi erit ſtrictio anhelitus ⁊ dolor: ⁊
quandoqꝫ erit cum eo febris ⁊ rubedo colli ⁊ faciei: ⁊ exten
ſio ⁊ apoſtema. ¶ Si vero accidit ſquinantia ex ſeparabili
tate ſpondilium ad parteꝫ interiorem ex caſu aut percuſſio
ne incurabilis eſt: tamen in alijs ex ſpeciebus ſquinātie fiat
ſtatim minutio: ⁊ añ parū trahendus eſt ſanguis in ipſo die
⁊ craſtino: ⁊ tertio die: quoniam opus eſt vt extrahatur ſan
guis multus. Si vero extrahitur ſemel in tanta quantitate
patietur ſincopim: ⁊ ſi patitur ſincopim prefocabitur ſtatiꝫ:
quoniam ſtabilitas virtutis habet difficilem anhelitum ex
ſe. Si vero paſſio non fuerit inde mitigata minutio fiat ſub
lingua: ⁊ ſcarificetur lingua in ſeipſa ⁊ leniatur venter cum
clyſteri vehementi ⁊ apponenda eſt de aqua calida extre
mitatibus: ⁊ ligande ſunt extremitates ipſe bene: aut appo
nendum eſt de lanugine yſopi.i.zufa infuſa in oleo: collo: ⁊
gargariſmus fiat cuum rebs frigidis. Si vero non fuerit cū
acuitate: aut fuerit in fine miſcēdum eſt in gargariſmo de ni
tro: ⁊ parum de ſulfure citrino. Si vero mixtum fuerit ſter
cus canis cum melle: ⁊ illinitio fiat de eo ſuper apoſtema ni
mis valet: ⁊ ſimiliter de cinere hyrundinuꝫ ⁊ medicamine ci
cute ⁊ apponenda eſt ſanguiſuga ſub barba ⁊ ventoſe ſimi
liter etiam in occipitio: ⁊ fiat gargariſmus cum decoctione
liquiritie: nigelle: ſticados arabici: yreos: ⁊ ficuum: ⁊ ruthe:
quoniam eſt vehemens gargariſmus: aut cum ſinapi: ⁊ oxi
zaccara. Si vero inde fuerit in gula acuitas ⁊ caliditas: de
tur ei de oleo calido cuꝫ pipere ⁊ ptiſana ordei: ⁊ non come
dat quoqꝫ aliquid niſi vſqꝫ ad dieꝫ teritū accipiat de mel
licrato: ⁊ poſt triduum de ptiſana ordei: ⁊ in ſeptimo de vi
tello oui: ⁊ pulte ad leniendum. ¶ Dico ꝙ conſiderandum
eſt ſuper virtutem: ⁊ moduꝫ paſſionis ⁊ quantitatē nutrica
tionis iuxta ꝙ opus fuerit: quoniā ſi paſſio nimis fuerit acu
ta: ⁊ patiens fortis abſtinentia cibi nimis valet: ⁊ per cōtra
rium ꝯtraria iudicanť. ¶ Dixit ꝙ ſi declinans fuerit paſſio
inſiſtendum eſt cum balneo ⁊ illitione colli cum ceroto infu
ſo in ſucco ruthe. ¶ De libro alexandri ad ſquinantiam an
guſtioſam gargariſmus fiat cū aceto melle ⁊ ſinapi inſimul
coniunctis. Si vero apoſtema fuerit durum curandum eſt
cū gargariſmo medicaminis cicute ⁊ illinitio fiat ſuper par
tem interiorem ⁊ exteriorē ipſius. Dixit ꝙ ſi mixte fuerit in
medicamine cicute huiuſmodi tres res non erit neceſſaria
minutio neqꝫ purgatio.ſ.ſtercoris canis: ſtercoris infantis:
ſucci cucumeris aſinini .añ. auri pondus.i.ʒ.medicamis ci
cute.℥.i. ¶ Judeus dixit ꝙ ſufficit ꝙ cura fiat cum ſtercore
canis ⁊ ſucco cucumeris aſinini: ſi ide fieri poterit illinitio:
ſin autem ſufflentur in gula cum fiſtula: quoniam nimis va
let: ꝙ ſi volueris ꝙ ſtercus canis non habeat fetorē dan
dum eſt cani ad comedendum de oſſibus per dies ⁊ infanti
de pane ⁊ lupinis. Dixit ꝙ ſi miutio facta fuerit ⁊ paſſio fue
rit durabilis minutio fiat ipſo die in venis que ſunt ſub lin
gua: quoniā ſecutus ſum curā huius ⁊ nimis valuit. In hu
ius quoqꝫ cura non debet fieri minutio intenſa. Dixit ꝙ ſi
ſquināntia fuerit in muliere ⁊ inciſa fuerint eius menſtrua mi
nutio fiat in ſafena: ⁊ ſimiliter ſi fuerit in ſucceſſu ſtrictionis
emorroydarum: quoniam ſecutus ſum curam huius: ⁊ mul
tum valuit. Ventoſa quoqꝫ iuuatiua eſt: ſi corpus non fue
rit repletum: quoniam attrahit ex ipſis partibus: ⁊ inde alle
uiabitur ſquinantia. Dixit ꝙ ſi illiniatur colluꝫ cum oleo: ⁊
apponatur ei de lana in primo cuꝫ oleo: deinde rebus attra
hentibus vehementer ad partem exteriorem ſi fuerit in pͥn
cipio paſſionis: ſicut de nitro ficubus ⁊ ſulfure ⁊ ſimilibus: ⁊
ſimiliter emplaſtrum fiat: quoniaꝫ dilatabitur locus ⁊ attra
het ad partem exteriorē: ⁊ optima erit cura iſta ſi apoſtema
in ſquinantia fuerit: ⁊ eſt magni iuuamenti: quoniam extra
hetur inde humor ad exteriora: ⁊ dandum eſt ei in cibum ⁊
potum de mellicrato per tres dies: deinde de ptiſana ordei
vſqꝫ ad ſeptem dies: deide de vitellis oui ⁊ gallicellis vſqꝫ
ad fineꝫ paſſionis. ¶ De libro abſqꝫ auctore: valet ad ſqui
nantiam deſiccandam ſternutatio facienda cum rebus ca
lidis: ſicut condiſio folijs oleandri ⁊ coſti. ¶ Symon ꝙ ſi
apoſtema non fuerit manifeſtum: ⁊ patiens fuerit in turbi
ne ꝙ non poterit deglutire aquam apponenda eſt vētoſa
capiti. Si vero paſſio fuerit durabilis minutio fiat in venis
que ſunt ſub lingua ⁊ venis que ſunt nariuꝫ: ⁊ in omni vena
qua minutio fieri poſſit in ipſis locis: hoc enim fiat poſt mi
nutionem vene cephalice: ⁊ per multam extractionem ſan
guinis liberatur paſſio: ⁊ inſiſtendum eſt cuꝫ gargariſmo ſo
lutiuo ⁊ nō permittatur dormire omnino. ¶ Symon dixit:
ꝙ ex apoſtemate intenſo vuule fiet ſquinantia mala. ⁊ valet
ad vuulam ⁊ ſquinantiam laxatio ventris in omni diſpoſi
tione ⁊ minutio. ¶ Medicamen ad ſquinantiam mirabile:
cineris hyrundinum.ʒ.ij.zaffarañ.ʒ.i.nardi.ʒ.ʒ.terantur ⁊ di
ſtemperentur cum melle ⁊ fiat cum codeꝫ. ¶ Aliud melius
cineris hyrundinum: ſtercoris infantium: ſtercoris canis al
bi: cineris cancri.añ.partem equalem ad illiniēdum gulam
in interiori parte eius: ⁊ qñqꝫ fluit humor ex quo fit ſquinā
tia de gula ad pulmonem ⁊ ſtomacum: ⁊ ad alia membra
⁊ ledit ea: ⁊ proprie ad cor: vnde cōſideranduꝫ eſt ſuper hu
iuſmodi cauſam. Si vero fluit ad ſtomacum prouocabit do
lorem ⁊ vomitum. Si vero fluit ad pulmonem prouocabit
tuſſim ſine dolore. Si vero fluit ad cor prouocabit tremorē
eius: deinde ſincopim: deinde mortem. ¶ Dixit ꝙ eyciēda
eſt ſaliua ex ore patientis ſquinantiam: vt per hoc mundifi
cetur humor ⁊ ſuperfluitas. Dixit ꝙ ſufflatio ſalis armonia
ci ſatis valet ad paſſionem ſquinante. ¶ De ſecundo libro
epidimie inſiſtendum eſt in principio ſquinantie cuꝫ rebus
ſtipticis ⁊ in fine cum rebus ſolutiuis: ⁊ miſceātur res ſtipti
ce cum diſſolutiuis ⁊ ſolutiue cum ſtipticis. tñ in fine paſſio
nis cum fuerit apoſtema durum tandem emplaſtruꝫ fiat cū
rebus mollificatiuis ⁊ appoſitione aque calide ſup collū ⁊
opus eſt ad appoſitionem aque calide ⁊ emplaſtri: cū apo
ſtema fuerit magnum. ¶ De ſexto libro epidimie. Tactus
quoqꝫ ſuper apoſtema cum digito cura vehemens eſt vbi
ſurſum leuetur: ⁊ ſolutio vel minutio cephalice vene ⁊ vena
rum que ſunt ſub lingua: ⁊ laxatio ventris ⁊ gargariſmus ⁊
impoſitiones ad nares ad attrahenduꝫ multū flegma iuua
bilia ſunt: tamen tactus euitandus eſt ſi ibi fuerit apoſtema
calidum ⁊ dolor: quoniam nociuus eſt: tamen inſiſtendum
eſt cuꝫ eo ſi humiditates fuerint nimie declinantes ⁊ inflā
mantes amigdalas: etiam in ſeparatione ſpondiliuꝫ ad par
tem interiorem: ⁊ ſi mollefactum fuerit os palati tangendū
eſt ſurſum: quoniam valet: ⁊ os etiam quod eſt ſimile piſci:
curanda autem ſunt huiuſmodi oſſa per vehementem aper
tionem oris. ¶ Dico expedit ꝙ eligatur inſtrumentum ad
tactum ſpondiliuꝫ ⁊ huiuſmodi locoꝝ. ¶ Filogorius opus
eſt ad ſolutionem nimiam: ⁊ vehementem ſi ſquinantia fue
rit in corpore melancolico aut duro: ⁊ indiget decoctiōe fi
cuum: ⁊ per contrarium iudicanda ſunt corpora infantium
⁊ mulierum: ⁊ per contrariuꝫ curantur. Si vero curatio fue
rit cuꝫ medicamīe cicute miſcere poteris ad confortanduꝫ
illud de borace ⁊ ſucco cucumeris aſinini: aſſa fetida: ſterco
re canino ſinape ſtercore hyrundinuꝫ: ⁊ huiuſmodi cura ſa
nat ſquinantiam abſqꝫ cura alia: ⁊ ſi volueris illud linire mi
ſcere poteris i eo de amido ⁊ roſis ⁊ ſilibꝰ. Indiget quoqꝫ
ſquinantia vehemens appoſitione ventoſe ſuper collum ⁊
minutione venaruꝫ lingue ⁊ appoſitione aque calide ſuper
collum ⁊ gulam. ¶ Alkindi ſi lingua nigra fuerit ⁊ rotūda
prefocabitur patiens ⁊ ſignificat repletionem multā: ⁊ ideo
nigra facta eſt ⁊ minoris longitudinis: quoniam augmenta
uit in latitudine eius. ¶ De cōplemēto ⁊ pfectiōe. Si vero

opus fuerit ad maturandum apostema vt perforetur matu
randum est cum decoctione ficuum ⁊ cassiefistule ad garga
rismum cum radicibus liquiritie ⁊ viol. ⁊ lacte calido emul
so in gula: quoniam valet. Si vero volueris perforare illud
velociter insistendum est cum stercore canis: ⁊ cinere hyrū
dinum borace: ⁊ sinap. Et valet ad squinantiam vehemen
tem: stercus canis ⁊ stercus hominis: ⁊ radix īfusa in oxizac
cara: aut gargarismus fiat cum ea. ¶ Ruffus pro eo qui
non inuenit medicum dixit minutio fieri debet aut apposi
tio ventose ligue: eo ꝙ inde alleuiabitur passio si de eis ex
tractus fuerit sanguis multus: ⁊ etiā scarificatio eius ⁊ cly
stere fiat acutum: quoniam appresentabit cito iuuamen
tum: deinde gargarismus fiat cum eo ꝙ attrahit flegma: mi
nutio in squinantia fiat in tybia aut appositio ventose ⁊ gar
garismus cum decoctione mentastri sinapis ⁊ similibus fa
ctis cum mellicrato: vt excitet apostema ⁊ ipsum extrahat:
quoniam quando apostema trahitur dat signum sanitatis.
¶ Dico ꝙ in summa eloquij sui: dixit ꝙ squinantia erit ex
apostemate flegmatico in naganig: vnde in principio nego
cū expedit vt gargarismus fiat cum mellicrato. ¶ Antili
sius dixit ꝙ curatio amigdalarum ⁊ squinantie fit per per
forationem ⁊ incisionē. Dixit ꝙ si intensa fuerit emissio san
guinis apponende sunt ventose collo ⁊ pectori: ⁊ minutio
fiat in venis huius loci ad attrahendum sanguinē ⁊ garga
rismus fiat cum aqua vitreoli ⁊ spargendum est super illud
de eo trito. ¶ Dixit Paulus de pronosticis. squinātia pessi
ma ⁊ mortalis est cito in qua nō manifestatur apostema in
collo in parte exteriori nec in gula in pte interiori: ⁊ cum ea
fuerit dolor in vltimitate angustie cū erectione anhelitus:
quoniā inde patiens prefocabit in primo die. ij. iij. aut. iiij.
¶ Galie. intendit in suo dicto ꝙ non manifestatur aliquid
nec in colore: nec in caliditate: nec inflatione vel inflamma
tione partis exterioris vel partis interioris: gula enī est lo
cus qui quando aperitur os: ⁊ declinat lingua ad inferiora
per vnum musculum diuiditur ad duos transitus ad ysofa
gum ⁊ epiglotum quod est caput cānalis pulmonis. Si ve
ro nō manifestatur aliquod esse apostema in huiusmodi lo
cis notum sit ꝙ apostema erit in membris interioribus de
epigloto: ⁊ ideo prefocant: eo ꝙ transitus anhelitus distrin
gitur: ⁊ quando opilatur prefocatur similiter: ⁊ ideo patiē
tes huiusmodi ex necessitate eriguntur vt aperiantur tran
situs epigloti ⁊ ex huiusmodi cause ⁊ apostemate sistenti in
musculo colli erit dolor vehemens. Squinantia quoq̄ in
qua fuerit in huius dispositione apostema videtur ⁊ rube
do i gula mortalis est nimis: tamen tardior est prima: ⁊ ere
ctio anhelitus non erit huius similis: quoniā musculus epi
gloti non apostematizatur cum intensiōe in huiusmodi dis
positione: vt in ea in qua rubescit gula ⁊ collū. ¶ Dico ꝙ
notum habeas ꝙ quando dicit de collo intendit dicere de
parte exteriori eius: quoniā si in collo eius aut pectore fue
rit rubedo ⁊ subito non fuerit transmutata ad partem inte
riorem tardius erit spacium: ⁊ possibile est venire ad salutē:
quoniam nō erit difficilis eius anhelitus: tamen accidit do
lor vehemens cum apostemate gule ⁊ colli ⁊ rubedine ipso
rum ⁊ minoris malitie huiusmodi est squinantia in qua nō
fuerit dolor cum huiusmodi passionibus: tamen rubedo ma
nifestabitur in gula ⁊ collo absq̄ districtione anhelitus: ⁊
absq̄ dolore: quoniam in huiusmodi dispositione squinan
tie epiglotum videtur esse salubre: tamen recollectio mate
rie inde fit in gula. ¶ Dico ꝙ ipse intendit dicere de extre
mitate ysofagi aut de collo aut de vtraq̄ insimul. ¶ Dixit
ꝙ semper dominatur huiusmodi materie colera ru. quoniā
quando fuerit apostema flegmaticū de leui curatur. Si ve
ro absentatio rubedinis fuerit manifesta in collo ⁊ pectore
anteq̄ maturum fuerit apostema ⁊ spuerit patiens saniem
anteq̄ appereāt signa in superficie corporis ⁊ nō fuerit in
de crisis ⁊ visus fuerit patiens in dolore: significat inde per
vocem aut suffundationem: quoniā eo qd huiusmodi apo
stema non fuerit maturatum non erit ex eo: sed ex reuersiōe
materie ad partem interiorem ex debilitate membrorū in
teriorum. Si in ea vero non fuerit sanies aut huiusmodi dis
positionem non habuit potestatem: ⁊ si eam expellit simili
ter passio inde reuertitur: vnde melius est ꝙ rubedo ⁊ cete
ra vulnera declinantia sint ad partem exteriorem: quoniā
ex declinatione ipsorum ad interiora erit alienatio mentis:
⁊ in maiori parte vertitur ad putredinem.

bbb ¶ Vuule autem dum fuerint in rubedine ⁊ in magnitudine
non sunt perforande nec incidende: quoniam inde sequen
tur apostemata: ⁊ emissio multa sanguinis: vnde insistendū
est omni studio cū gargarismo ⁊ colligatur huiusmodi hu
miditas influēs in vuula: vt macrescat ⁊ fiat extremitas eius
maior ⁊ pendens ad liuiditatem ⁊ radix subtilior: vnde tan
dem sine dubio incidenda est: ⁊ bonum est ꝙ purgetur ven
ter in primo si tempus hinc fuerit conueniens. ¶ Diascor.
dixit si incisa fuerit vuula ⁊ in ea fuerit flegmon: inde sequē
tur apostemata magna: ⁊ emissio sanguīs: ⁊ similiter si perfo
rata fuerit. Si vero mitigatum fuerit apostema ⁊ alleuia
tum sine dubio est incidenda ⁊ proprie si natura respondet
de se aut de cura: quoniā quando corpus in squinantia na
turalr aliqd expellit ad exteriora iteriora ide corporis erūt
mūda. Si vō fuerit ecōuerso opus erit vt corpus purgetur.
zzz ¶ Dixit ꝙ squinantia accidens in vere attinens est flegma
ti: sed accidēs in autūno attinēs est colere ru. Et si in squi
nantia apostema non fuerit manifestum in pte interiori nec
in exteriori tandē erit i musculo incluso in ysofago: ⁊ i corpe
eius ⁊ intus huiusmodi duo membra dicta: ⁊ nucca ⁊ pāni
culos detinentes ipsum: ⁊ iter spondiles: videlicet cōmuni
cantes cum neruis ⁊ ligamentis. Si vero extenduntur liga
menta eius ⁊ neruus penes musculum in quo fuerit aposte
ma attrahuntur spondiles ad iteriora: aut ad partem ipsorū
si extensio fuerit ad partem eiusdem. Si vero extensio per
latitudinem fuerit in vtraq̄ parte erit ad interiora. Si ve
ro reuersum fuerit apostema ex interiori parte in parte exte
riori in squinantia signum bonum dic: quoniam bonum est
ꝙ passio transmittatur de interioribus ad exteriora. ¶ Jo
hannitius assa fetida cum melle ad gargarismum valet ad
squinantiam velociter. ¶ Dico ꝙ si consideratur ꝙ passio
fuerit flegmōica i gula minutio fiat de vena cephalica ⁊ cor
de: ⁊ appositio ventose fiat super tybiam ⁊ ligatio manuum
⁊ pedum ⁊ positio ipsorum in aqua calida ⁊ fricatio ipsorū
cum ea: ⁊ gargarismus cum succo solatri: ⁊ foliorum salicis
ortulane: ⁊ tamarisci: ⁊ sapa mororum ⁊ sapa nucum ⁊ simili
bus: ad prohibendum ⁊ repugnandum: ⁊ non vtatur empla
stro super collo cum rebus constrictiuis: quoniam expellit
superfluitatem ad interiora: sed emplastratio seminis lini ⁊
camomille ⁊ oleo sisamino: ⁊ farina ordei ⁊ similibus cū eis
videlicet cum quibus non fit attractio de corpore sed gula
ad exteriora. Et si opus fuerit ex dolore vehementi fiat cu
ra cū lacte calido pinidio ⁊ sirupo viol. ⁊ mucillagine semi
nis lini ⁊ vino cocto: quoniā inde mitigatur dolor. Et si ad
finem peruenerit passio minutio fiat in arterijs colli: ⁊ dua
bus venis que sunt su blingua: ⁊ gargarismus fiat cū deco
ctiōe origani ysopi: sinapis ⁊ asse fetide: ⁊ gradatim proce
dendum est ⁊ illiniatur collum de vnguento vehementi ru
bificanti: vt appareat apostema ⁊ rubedo in partibus exte
rioribus. Huius quoq̄ cura est squinantie calide colerice
summarie ⁊ sanguinee. Si vero fuerit flegmatica purgādū
est corpus cum laxatione vehementi ⁊ vtatur clysteri ⁊ ab
stinentia ciborum ⁊ accipiant in potū in primo de ptisana
ordei ⁊ mellicrato: ⁊ postea illinitio fiat super collū cū ap
positione dissolutiua: ⁊ gargarismus fiat cum assa fetida ⁊
mellicrato: decoctione origani ⁊ sinapis ⁊ similium. Squi
nantia enim ex melancolia fieri non poterit: ⁊ si fuerit mor
talis est. ¶ Jagmisus. Si gargarismus fuerit factus cū ace
to nimis valet ad casum vuule: ⁊ proprie si fuerit cum alu
mine aut galla: aut fructu tamarisci. ¶ De meamyr dixit: ꝙ
apostemata accidentia in ore ⁊ omnia apostemata indigēt
in principio rebus prohibitiuis: ⁊ ꝓhibitiue omnes sunt fri
gide: tamen pars ipsarum infrigidat cū stipticitate ⁊ est po
tentior. Significatiōes quoq̄ alie proprie sunt in membro:
quoniam panniculus continens os mollior est: ⁊ leuior cu
te superficiei totius corporis ⁊ sentit horribilitatem medici
narum. Dubitandum quoq̄ est ne inuiatur aliquid de me
dicinis quibus curatur os ad ysofagum ⁊ pulmonem: vnde
euitandum est studiose: quoniam nociuū est medicamen in
quo fuerit calcantum si inuia fuerit de ore ad ysofagū ⁊ pul
monem: quoniam durabilis est sapor eius in ore: ⁊ corrūpit
saporem cibi tempore longo: vnde euitanda sunt talia me
dicamia nisi opus fuerit validū. ¶ Dixit in ꝑncipio quoq̄
apostematum calidorum: est insistendum cum succo moro
rum simplici ⁊ in fine apostematis: quoniam simplex melior
est. Sapa quoq̄ mororum confecta cum melle magis du

rabilis est:quoniam quādo fuerit sine melle cito corrumpi-
tur:tamē melior est simplici in fine apostematis:vnde expe-
dit ꝙ in principio presit in medicinis stipticitas:⁊ in fine sti-
pticitas ⁊ solutio:⁊ in declinatiōe presit solutio solummō:ꝙ
si remanserit ps apostematis dura cū rebus solutiuis solū-
modo est insistendū. ¶ Dixit ꝙ myrrha ⁊ zaffarana acutuz
nobilē hñt in sapa mororum:quoniam zaffarana vel croc⁹
expellit myrrham cum sua stipticitate ⁊ myrrha submergit
cum subtilitate sua:dum peruenit ad actum in profunditate
membrorū:⁊ inde euellit superfluitatē nocentem:⁊ in succo
mororuz est stipticitas nimia:⁊ silr in zaffarana ⁊ myrrha ē
submergens.vnde vnum alteri prebet occursum.Ego eniz
misceo in principio passiōes de succo vue acerbe aut succo
sumach:aut semine ro.aut succo ipsaruz:aut balaustia:quo-
niam cum fuerit in ea huiusmodi res erit fortior in pricipio:
tamē in fine.nō tamē ponatur in ea de zaffarana ⁊ myrrha
solummodo ad maturandum apostema ⁊ in declinatiōe po
nantur in eo de rebus solutiuis:sicut origano mētastro:spu-
pa boraci ysopo ortulano:⁊ ysopo. ¶ Dixit ꝙ sapa que cō-
ficitur de corticibus nucum:secuz habet cū stipticitate sub-
tilem virtutem ad perueniendū ad profunditatem:⁊ firmuz
est penes me ꝙ ipsa melior est ad opus oris alijs medicinis.
Sed ego ipsam conficio modis quatuor in primo solummō
stipticitatem pono in secūdo cum zaffarana ⁊ myrrha ipaz
conficio:⁊ tertio cum sulfure ⁊ borace.In quarto pars fiat
simplex ad opus cure infantium.In primo quoqz insistēdū
est cum stipticis:⁊ in secundo cum maturatiuis:in tertio cuz
solutiuis. ¶ Sapa mororum composita fm Halienū.Suc-
ci mororum partez.i.myrrhe:zaffarane.añ.auri pondus.iij.
per sex rotulos.Si vero volueris in ea addere de rebus sti-
pticis ponātur de succo vue acerbe sicce:aut sumach.℥.iij.⁊
coquantur in ea:⁊ postea ponantur myrrha ⁊ zaffarana: ne
per longam decoctionē patiātur debilitatez in actu ipsorū.
Si vero volueris in ea addere de solutiuis rebus:ponatur
de spuma boracis ⁊ sulfuris:boracum aūt poni dz ad quan-
titatem mellis si succus fuerit in auri pondus quatuor: ⁊ sul
furis:auri pondus.i.⁊ similiter componitur sapa nucum: cū
mel debet poni multum ⁊ congrua sunt in tempore solutio-
nis ꝙ bulliat mentastrum montanum ⁊ misceatur cuz sapa
vue dulcis:⁊ fiat inde gargarismus aut mentastrum ⁊ yso-
pus ortulanus ⁊ in tempore finis ⁊ maturationis cum deco
ctione ficuum:⁊ sapa vue dulcis:⁊ in principio cū succo vue
acerbe:⁊ aqua sumach:⁊ sapa nucum:⁊ valēt ad retinendū
in ore ⁊ ad gargarismum:⁊ licet deglutiantur valent ad sto
macum:sicut sapa granatorum ⁊ sapa citoniorum. ¶ Dixit
ꝙ sapa nucum conficitur taliter ꝙ coquatur succus earum
donec parum ingrossetur:deinde misceatur cuz melle in q̄n
titate congrua ⁊ non multa ⁊ coquatur. Et si coquatur su-
mach cum sapa vue dulcis nimis erit valens ad dolorē gu
le in principio videlicet ⁊ in fine. ¶ Dixit ꝙ assa fetida va-
lens ē ad duritiem apostematū in gula ⁊ in ventre.Et dixit
ꝙ medicamina valentia ad tempus solutiōis sunt sicut de-
coctio ficuum ⁊ ptisañ.furfur.⁊ mellicrati in qua coctuz fue
rit mentastrum aut positum fuerit boracum: aut sulfur:aut
assa fetida:⁊ valent ad amigdala hyrūdines siluestres si cō-
burantur ⁊ accipiatur ipsarum pulueris auri pondus qua-
tuor:zaffarane:spice.añ.auri pondus.i.terantur ⁊ ponantur
in melle ⁊ distemperētur cum eo:⁊ curatio fiat inde cum eo.
Pulli aūt hyrundinū capiātur pingues ⁊ mactētur ⁊ ponā-
tur in sale cū pēnis ⁊ ponātur in vase fictili ⁊ obturet os ei⁹
⁊ ponat in fornace donec cōburantur:⁊ de eis fiat cinis.

bbb ¶ Ad vuulam ꝙ apponēde sunt medicine ei cum coclear io
pendenti sicut aluminis ⁊ seminis ro.⁊ similium ⁊ tangenda
est vuula:⁊ attrahenda ad partem lingue:quoniam est me-
lius qd declinet ad partem lingue q̄z ad ptē epigloti.

zzz ¶ Dixit ꝙ nō cognoscitur medicamen vehemētius in quo-
libet apostemate squinantie stercore canis albi: quādo teri
tur ⁊ attrahitur per cindetum ⁊ cū melle misceatur ⁊ illiniat
super gulam:⁊ etiam stercus infantis comedentis panem ⁊
lupinos:⁊ bene digerentis mixtum cum melle.

bbb ¶ Dixit ꝙ vuula curatur cum stercore ⁊ tactu ad partez ex-
teriorem:⁊ nimis valet ad eam alumen scissuz:quoniaz sub-
tilius est ⁊ calcantum:⁊ vitreolum rubeū:quoniā prouocāt
⁊ excitant.Si vero fuerit parua passio ⁊ corpus fuerit mun-
dum medicine stiptice solūmodo curabunt eam.Si vō cor-
pus fuerit repletū ⁊ vuula debilis mortale est ⁊ corpora cu
rentur cum rebus solutiuis cuz prohibitiuis. Si vero dolor
fuerit vehemētior miscēdum est cum eis de narcoticis:⁊ in
primo insistendū est cum rebus solutiuis ⁊ lenitiuis:ne inde
excitetur ⁊ miscendum est in ea in modum opportunum iu-
xta caliditatem vuule: ⁊ rubedinem ⁊ emanationem eius ⁊
repletionem corporis.Assa quoqz fetida melior est ⁊ potē-
tior in cura vuule cuius apostema durum fuerit ⁊ diuturnū
⁊ insistendū est fm doctrinā squinantie.Si vero apostema
angustiosum fuerit in gula ⁊ vuula infundenduz est in aure
de oleo amigdalarū dulciuz:⁊ insistendum est ad putrefaciē
dum cum frequētatiōe gargarismi cum decoctione ficuuz ⁊
similibus.Si vero patiens peruenerit ad sincopim ⁊ incepe
rit prefocari fiat clystere vehemēs: ⁊ minutio fiat in venis
que sunt sub lingua ⁊ fronte:⁊ appositio ventose fiat occipi
tio ⁊ sub barba cum scarificatione nimia:⁊ emplastrum fiat
frequenter ex parte exteriori ⁊ epithimatio cum rebus tepi
dis ⁊ illinitio super apostema cum felle taurino:⁊ succo cu-
cumeris asinini:quoniaz nimis valent ⁊ vehemēs sunt ⁊ cū
eis ponatur de melle ⁊ apponatur ei:postea de cinere hyrū
dinum:⁊ fomētatio fiat in ore per embotorium positum sup
os cucumi in quo coctum fuerit mentastruz:ita tamen ꝙ cō
cludatur os super embotorium ⁊ ponenda est cānula in ex-
tremitate embotorij vt fomentatio per ipsuz peruenire pos
sit inter gulam. ¶ Dixit Artigesus:da patienti in potū in sq
nātia de borace aq̄ ⁊ pice. ¶ Dixit Hal:ego non vtor hmōi
cura:qm̄ ignota est mihi ⁊ expimento ⁊ ratiocinatione.

bbb ¶ Ad vuulam ⁊ squinantiam.℞.galle:aluminis.añ.partem
i.salis armoniaci partem.ʒ.

zzz ¶ Refrigerium ad gulam de electionibus oneri:spodij: semi
nis ro.añ.par.ij.mentastri:partem vnaz:lenticule scoriate p
tem vnam:zaffarane partem quintā:piretri.ij.quinte:foliorū
oliue partem vnam:terantur omnia ⁊ extrahantur per cin-
detum:⁊ sufflētur de eo in gula:quoniam valet nimis. ¶ Fi
logorius ad curandum egritudines insistendum est in squi-
nantia cum stercore canis ⁊ stercore auium sinape ⁊ succo
cucumeris asinini in fine eius cuz opus fuerit ad solutionē.
Dixit:⁊ si gargarismus fiat in squinantia post finem cum si-
nape ⁊ melle non erit opus ad alia.Dixit:⁊ confortant medi
cine squinantie quando ponuntur in eis: succus cucumeris
asinini stercus hominis ⁊ stercus canis:quando huiusmodi
medicine sanāt squinantiā absqz minutione ⁊ diminutione
ciborum:quoniā quando curatio fit cuz eisdem nō est opus
ad apponendam ventosam ⁊ faciendam minutionem vena
rum:que sunt sub lingua.Dixit ꝙ per longum tempus exp-
tus sum curare cuz stercore hominis ⁊ stercore canis: ⁊ cu-
ra mirabilis fuit.Dixit:ꝙ absqz minutione ⁊ dieta:expertus
sum in squinātia curare cum stercore hominis:⁊ canis ⁊ suf
ficiens fuit cura:⁊ inde vidi mirabilia ⁊ proprie per stercus
infantis comedentis panem ⁊ lupinos:quoniam liberat ex
squinantia mortali. ¶ Accursius dixit:comburantur hyrū-
dines donec fiāt ⁊ conuertant ad cinerem ⁊ sufflandum est
de eis in gulam pluries in die:eo qd bene curabitur: ⁊ si gar
garismus fiat cum lacte calido valet ad maturandum squi-
nantiā.Dixit ꝙ si ligatur collum vipere cum filo lini:⁊ ex di
strictione ipsius fili prefocatur vipera ⁊ ligatur in collo pa-
tientis squinantiam mitigabit passionem huius statim:vide
licet amigdalaruz. ¶ Glaucon ꝙ de haa est flegmon in gu
la. ¶ De membris interioribus ꝙ de haa accidēs ex ingres
su spondilium colli erit in maiori parte in infantibus ⁊ vehe
mentior est que accidit in prima spondili colli ⁊ fm declina-
tionez ipsius ad inferius erit minor passio:quoniam spondi
les superiores nobiliores sunt.De haa quoqz diuiditur qn
qz modis:vnus qn̄ apostema fit in gula in loco iteriori oris
duz perueniet ad extremitatē epigloti. Secūdus in quo nō
manifestat apostema esse oīno nec in parte exteriori nec in-
teriori:nec in ptibus oris:tn̄ patiens sentit se prefocari.Ter
tius qn̄ apā accidit in ṗte interiori gule: nō in gula metipsa.
Quartus ꝙ accidat in gula ⁊ extra gulam ⁊ nō intendit di-
cere in exteriori parte ꝙ si extra superficiez colli:tn̄ intendit
dicere de loco continuo gule de ore.Quintus qn̄ separant
spondiles ⁊ extendūtur ad interiora sicut accidit in gibbo.
Dixit ꝙ patiētes squinātiā grauē hñt deglutitum:qn̄ decli-
nant ad aliquā partez:sed qn̄ se erigūt magnū occursuz sen-
tiunt in glutitu ad transitum ciborum. ¶ Refrigeriū ad suf-
flandū in gula:ad apā calīn.℞.rosarū siccaruz:spodij:ami-
di:se.rosarum:se.portulace:galle:sumach ⁊ zuccari ad par-

tem congruam:⁊ terantur ⁊ fiant ad puluerem.

bbb ❡ De anathomia aialis motus:plures quoqꝫ quoꝝ vuule i cise fuerunt passi sūt nocumentū in voce ipsoꝝ ⁊ plures sen tiebant vehemētez frigorez:qm̄ inspirabāt nimis:⁊ inde pa tiebanť tussim ex leui cā:qm̄ vuule aū hmōi dispōnez defen debant hoc ꝑuenire ad cānale pulmonis:qm̄ adherebātur ei:⁊ ēt aer indigebat volui ⁊ circūferri:donec subtilis fuerit ⁊ calidus tēperate anteq̄ ꝑueniret ad cānale pulmonis.

ʒʒʒ ❡ Saber:sufileť in gula ad apā angustiosuz de cinere hyrū dinū:⁊ sale armoniaco ad tertiā ptez ipsius:qm̄ valet nimis ⁊ ad squinātiaz gargarismus fiat in p̄mo cū rebus ꝓhibiti uis:deinde cuz maturatiuis.Si v̄o habuerit saniē insistēdū est cum rebus perforatiuis:vt mucillagine:sinap̄.fermēto ⁊ ficus:⁊ similibus:⁊ cum perforatum fuerit cum rebus desic catiuis insistendum est absqꝫ impunctione.

bbb ❡ Abudaud subleuāde sunt vuule cuz succo galla:⁊ sale ar moniaco ad mediā ptē eius:qm̄ mirabilis cura est. ❡ Dico expertus sum cum galla:⁊ sale armoniaco:tamen cura abi daud subtilior ⁊ melior est.

ʒʒʒ ❡ Dico iuxta filius masuy de mongeh q̄tuor sunt termini sq nantie:in p̄mo gargarismus fiat cū rebus ꝓhibentibꝰ cali ditatez sicut cū succo endiuie solatri ⁊ salicis ortulani ⁊ ta marisci cū decoctiōe lenticulaꝝ ⁊ similiū stipticoꝝ.in secū do in fine ad dissoluēdū cū vino:myrrha:zaffarana:⁊ simili bus.In tertio ad maturādū cuz lacte recēti zuccaro ⁊ sapa vue dulcis:⁊ furfure simule:⁊ zuccaro:oleo sisamio ⁊ ficubꝰ ⁊ cū vehemētioribus medicinis sicut decoctōe ficuū in qua positus fuerit sinapis.In quarto qn̄ ꝑforať ad mūdificādū putrediné cum mellicrato ⁊ mundata putredine cuz rebus stipticis est insistendū ad confortandū locuz ⁊ solidandum.

bbb ❡ Dico q̄ si incise fuerint vuule nō poterit patiēs sustinere ʒʒʒ sitim ⁊ patieť tussim de puluere ⁊ fumo ⁊ aere frigido: eo q̄ ꝑueniūt ad gulaz cito. ❡ Medicamē Aaron ad mollē vuu lam ⁊ casum ipsius.℞.galleviridis non perforate terantur cū aceto ⁊ adhereanť vuulis tepide:qm̄ ꝯstringit eas ⁊ sub leuat ⁊ ponēdū est de eo sup chartā ⁊ apponēda est eis cuz melle ⁊ ꝓpꝛie infantibus:aut aperiať os ⁊ apponať ei fumꝰ virgultoꝝ ancti:qm̄ eas stringit ⁊ subleuat:aut gargarismꝰ fiat cuz sero casei aut lacte acido cuz sale.Et valz ad vuulā ⁊ calorē ⁊ pustulas:⁊ principiū squinātie calē lac in quo ifu suz fuerit sumach:⁊ gargarismꝰ fiat in die decies. ❡ Et va let ad quodlz apā qđ trāsit septē dies gargarismus cū assa fetida infusa in aceto factus pluries in die. ❡ Dico expertus suz q̄ melior cura est hec qđ qn̄ sentiť passio vuularuz ⁊ sq nātie gargarismꝰ fiat cū aceto acido ⁊ stiptico pluries.Qm̄ attrahet flegma multū viscosuz ⁊ coadunabunť vuule sta tim.Apā enī in maiori pte est flegmaticū ⁊ acetū diuisiuū ē nimis ⁊ ꝓhibitiuū ⁊ purgatiuū:vn̄ non est aliqd qđ pōt esse loco sui:⁊ iuxta acuitatē passiōis dz esse potētia aceti in sti pticitate.Si vero nō fuerint calida dz esse minoris stiptici tatis:ꝫ acutius plus. ❡ Absqꝫ auctore qui squinātiā patiť tur ⁊ spumā eycit in ore incurrabilis est:sinaūt infundēdum est in gula de lacte cū pipere multo:⁊ se.vrtice trito in aceto potētissimo.si v̄o apparuerit rubedo in pte exteriori cōuale bit absqꝫ dubio ⁊ collū declineť ad fluendā saliuaz: deinde fomenteť donec ampullā faciat:⁊ ēt fumigeť. ❡ Aliud.i ma iori pte accidit vuula de egritudine apātis ⁊ mollificatiōe ⁊ forte erit in toto:⁊ forte in extremitate:aut i radice:⁊ curať per incisionē post minutionē ⁊ gargarismū cū infrigidātibꝰ rebus. Si v̄o apā fuerit in radice lingue:euitandū est ferrū: qm̄ inde est dubitādū de emissiōe sanguinis.Si v̄o fuerit in extremitate lingue nō est dubitandū de emissiōe sanguinis: ⁊ curatur mollificatio vuule cū galla ⁊ silibꝰ. ❡ Dico q̄ si gnum mollificatōis vuule est qn̄ fluit ⁊ lōga fit absqꝫ apā te:qm̄ in quo fuerit apā ingrossabiť lingua.

ʒʒʒ ❡ Absqꝫ auctore:signū squinātie spondiliū dat dolorē ve hemētez ⁊ sitiz ⁊ inflāmationē:⁊ erit in gula vt acetū aciduz cū turbedine maxia:⁊ est difficilis curationis:que v̄o fuerit ex sanguine habebit rubedinē in facie ⁊ repletionē venaꝝ ⁊ gustatur in ore sicut eēt vinū in eo.Que v̄o fuerit flegmati ca nō hēbit dolorē i se dn̄antē ⁊ mollesit lingua:⁊ egredieť os ⁊ curať in p̄ vsqꝫ ad q̄rtū cū minutiōe ⁊ rebꝰ ꝓhibitiuis ⁊ post quartū cū vino cocto ⁊ assa fetida:⁊ feniculo ⁊ minu tiōe venaꝝ q̄ sūt sub lingua ⁊ assa fetida cū melle valz i fine hmōi passiōis. Si v̄o facta fuerit minutio sanguis exheť aū paꝝ in pluribꝰ diebꝰ ad attrahendā m̄āz vt nō debiliteť vir tus ⁊ ligenť extremitates ad attrahēdam materiam ad eas.

bbb ❡ Dixit filius masuy.Si mollis fuerit vuula restringēda est subtiliter cum sale armoniaco:mirabolanis:piretro:⁊ aluie particulariter ⁊ cōposite.Si v̄o cum hoc fuerit mollificatio in vuula minutio fiat in vena que dš giarik:⁊ apponenda ē ventosa sub barba:⁊ gargarismus fiat cū sumach ⁊ aceto.

❡ Explicit liber tertius.Sequitur quartus.

❡ Liber quartus de medicinis elkaui compositus per Abi bacri mahumet filiū zacharie errasis.In quo tractatur de egritudinibus pectoris ⁊ pulmonis.

❡ Capitulum primum:cuius rubrice sunt.

A DE capitulo q̄rto mē broꝝ dolentiū.Occurrēdū est cū ipso caplo:iuxta qđ tractať in eo de passiōibus pulmonis: q̄ si fuerit angustia anhelitus subito cū ponderositate pecto ris stati discursa sūt ex capite ad pectus multa reumata: aut ex locis ei attinētibus.Fit etiā angustia anhelitus eo q̄ ptes cannalis pulmonis plene sunt humoribꝰ:aut eo q̄ secus pulmonē fuerit putredo nō per mittēs ipm̄ extēdi:aut ex sanguine.Distinguiť enī inter huiꝰ passiōes:qm̄ vtraqꝫ passioni aūcedit pleuresis.Alteri vero sputū sanguinis.Si v̄o aliq̄ huius nō fuerit angustia ipsa:si ue asmaꝰ fuerit ex humoribꝰ flāticis ⁊ sputū inde fit difficile: aut ex grossitudine:aut ex tenuitate:aut debilitate v̄tutis:vn̄ occurrēdū est cū hmōi caplo iuxta qđ tractať in eo de signi ficatione malitie anhelitus super loca dolentia.

B ❡ Medicina valens ad emittēdū saniē cicatrices vulneris: ⁊ pelliculas de pulmōe:⁊ purgat mirabilr.℞.serapini:myr rhe.aū.auri pōdus.ij.cordumeni assati:nasturtij.aū.pōdus auri.ij.mirti castorei:auri pondus.i.distēpereť cū vino dul ci:⁊ de eis fiāt pille:⁊ deť in potū ad pōdus auri.ʒ.cū aq̄ te pida. ❡ Dico q̄ hmōi trocisci purgāt mō mirabili.℞.sera pini seis vrtice:nasturtij:cordumēi : pipis lupioꝝ squille.aū. quātitatē eq̄lē distēpereť cū decoctōe caricaꝝ:dosis auri i.cū mellicrato mētastri. ❡ Aliđ medicamē.℞.mellis rotu. i.coquať duz igrosseť ⁊ iponať ei.ʒ.i.pipis pulerizati:⁊ myr rhe in silī quātitate ⁊ deť de eo q̄lz die ad moduz auellane: quoniam purgabit mirabiliter.

C ❡ Dixit Gal.q̄ si fuerit anhelitꝰ spissus absqꝫ motu ⁊ febre illa passio dš asma ⁊ appellať anhelitꝰ erectꝰ:qm̄ patiētes ex necētate pectꝰ erigūt:vt leuē faciāt anhelitū:tpe enī dormi tiōis crescit ꝯtinue ⁊ pectus erigiť nimis:eo q̄ ꝑꝑ hoc alle uiať anhelitꝰ:pectora quoqꝫ ipsoꝝ in toto opꝫ q̄ extēdanť: quoniam in partibus cānalis pulmonis ipsorum:aut secus pulmonem erit sanies:aut humiditas grossa:vnde aer attra ctus non erit sufficiens eisdem.

A ❡ Fit quoqꝫ angustia anhelitꝰ:⁊ ꝑipleumōia ⁊ ex apāte qđ fit in cānali pulmonis angustiās meatū ipsius. Expedit q̄z vt distinctio fiat iter hmōi passiōes cū diuisa sit cura ipsaꝝ: distinguiť quoqꝫ angustia q̄ fit in cānali pulmōis: eo q̄ aer nō immittiť in tpe breui:ꝫ penes inuissionē aeris opꝫ q̄ iter iectiōes habeanť:que quoqꝫ fit ex ꝑiplonia cū ipsa erit fe bris.Qꝛ si fuerit cū frigore grauis est nimis ēt angustia q̄ fit in cānali pulmonis:hꝫ sputū iuuabile ⁊ inductionē ad tussiz: ⁊ que fit ex apāte in pectore per tactū:pectus dolebit:⁊ que fit ex humoribꝰ secus pulmonē ide post longū tp̄s hēbiť spu tuz:⁊ sentieť cū ponderositate ⁊ fluxu cū patiēs mutauerit i dormitn ptē dextrā in sinistrā. ❡ Dixit Gal.q̄ cura angu stie que fit ex humore grosso sistēti in cānali pulmonis fit ꝑ medicinas diuisiuas:ꝫ cura angustie q̄ fit ex periplonia dz fieri ꝑ medicinas attenuatiuas ⁊ desiccatiuas:⁊ ꝯueniens ē vtriqꝫ cure potus vini tenuis ⁊ subtilis:tn̄ in cura periplo nie angustie accipiať de vino ip̄o:aū paꝝ in potu.Sꝫ si fue rit angustia ex humore grosso sistēti in cānali pulmonis i cu ra ipsius accipiēdū ē in potu de vino ip̄o quantitate multa: qm̄ medicie hmōi purgātes humores grossos cōsilēs hmōi

humiditatū oīno excitabūt tussiz: ⁊ res grosse viscositatis nō de leui pōt emitti sursuz: nisi ei fuerit addēda aq̄ supflua humiditas per quā de leui poterit fieri emissio ipsius. ¶ Dico ꝙ purgatio humoris difficilis sistētis in pectore si grossus fuerit attenuatiua dz fieri ꝑ medicinas diuisiuas ⁊ ꝑ humiditates tenues. Si ip̄e humor grossus nimis fuerit ⁊ siccus. Sz si hūor ip̄e fuerit tenuis ⁊ emitti nō poterit ꝑ aerē ob tenuitatē ipsiꝰ ingrossandus est cū amido dragagātis ⁊ rebus glutinatiuis. Si v̄o ipse humor fuerit multus: diminuēdus ē ꝑ paucū cibū. Jeiuniū vomitū ⁊ purgationē cuz scie vrtice: polipodio: cucumere agresti: ⁊ pulpa collogn. ⁊ cū iure galli veteris. Si vero angustia fuerit ex debilitate virtutis occurrendum est ei cum sternutatione.

¶ De capitulo secundo libri humorum: volo ꝙ fiat exemplũ in pleuresi: vt sicut documentum in antecedentibus cognitionibus ad omnes morbos. ¶ Dixit ꝙ apostema quãdoque fit in huiusmodi panniculo ex sanguine: verũtamen calidum erit: sed quandoque de sanguine flegmatico fit: ⁊ est grossum etiam molle ⁊ quãdoque de sanguine colerico: sed si de sanguine melancolico fuerit: squirros erit. Et si huiusmodi apostema fuerit ex melancolico sanguine longum fit tempus maturationis eius ⁊ difficilis ⁊ tardabilis fit dissolutio eius: ita ꝙ forte color sputi non mutatur per tussim omnino in principio morbi: sed si mutatus fuerit nõ mutabitur nisi ante parum: quoniam si apostema fuerit difficilis maturationis: nulla de eo erit desudatio: verumtamen cum longum sequitur tempus fit sputum eius nigruꝫ cuius nigredo erit iuxta condominationem colere nigre in sanguine. Sed quandoque sputum erit in multa quantitate quandoque in pauca. Et si colera rubea fuerit condominans apostemati accidenti in panniculo color sputi erit citrinus aut similis citrino: ruffus aut similis ruffo: iuxta quantitatem ipsius colere. Sed si ruffus fuerit vehementioris simplicitatis sputum eius erit peius: sed si fuerit flegma condominans huius sanguini: sputuꝫ erit simile spume: tamen si apostema fuerit flegmon verum sputum erit rubeum. Sputum quoque aut erit in principio morbi aut in fine: aut fit facile aut difficile aut erit paucum aut erit multum: verumtamen quandoque in pleuresi extensio doloris maior fit ꝙꝫ punctio: sed quandoque punctio maior: verumtamen extẽsio fit maior si humor fuerit multus: tamen maior erit punctio si humor fuerit pungens: potentia quoque febris ⁊ sitis erunt iuxta potentiam passionis: ⁊ similiter iuxta qualitatem morbi erit insomnietas molestia debilitas virtutis: defect⁹ appetit⁹ difficultas anhelitus ⁊ eius deliberatio: vnde omnia huiusmodi sunt cum magno studio consideranda. Si vero significationes salubres condominantes fuerint passio: erit salubris ⁊ per contrarium econuerso: vnde febris insomnietas sitis alteratio mentis: debilitas virtutis defectus appetitus difficultas anhelitus: ⁊ sputum malum male significatões sunt ⁊ eorum contraria sunt bona. ¶ Dixit ꝙ malitia humoris apostema agentis ⁊ multa quantitas eius dicuntur significatiões male: ⁊ per contrarium econuerso. Cognitio quoqꝫ malitie humoris fit per colorem sputi: verumtamen quantitas ipsius non cognoscitur per quantitatem sputi: quoniaꝫ forte in principio passionis sputum non erit multum cuꝫ nõ fuerit maturum: multo inde condominante humore: deinde in fine multum sputuꝫ erit sed huiusmodi significatio est mala nimis. Et forte sistente humore pauco in principio passionis sputum erit multum: eo ꝙ expuetur in toto: sed significatio eius est laudabilis nimis vnde significatio fit per paucã quantitatem humoris per maturitatẽ sputi. Quod licet fuerit nigrum mixtum erit cum sputo maturo: etiam per facileꝫ emissionem sputi per tussim per liberalem anhelitum ⁊ per paucum dolorem ⁊ minorem insomnietatem. Quod si antequam incipiat sputum fuerit aliqua grauis molestia: ⁊ per sputum mitigata fuerit bona significatio inde habetur: maxime si de leui sputum emittitur cum sustinentia patientis leuitate eius corporis ⁊ motus ipsius. Quod si humor fuerit multus semper erit cum sputo non maturo et commixtus non erit cum sputo: sed erit cum difficultate anhelitus augmẽtatio febris ⁊ insomnietatis ⁊ molestie alterationis: ⁊ inde significatio habetur: maxime si fuerit cum mala sustinentia patientis ⁊ debilitate ipsius: sed debilitas ipsius cognoscenda est per pulsum. ¶ Dixit ꝙ magno studio considerandum est in potentia significationum. Quod si in mobiliori parte pectoris pleuretici cum proximitate cordis fuerit dolor cum magna difficultate anhelitus ⁊ vehementi febre ⁊ insomnietate ⁊ dolore ⁊ defectu appetitus ⁊ angustia alteratiua: ⁊ ad oppositionem huius omnium malorum significationum sputum fuerit non nigrum: neqꝫ colericum ruffum simpliciter: si in principio fuerit aut rubeuꝫ aut citrinum: aut spumosum transmutatio huiusmodi significationum post paucum tempus erit ad maturationem: ⁊ bene erit: vnde incongruuꝫ est ꝙ in huiusmodi dispositione ex vehementi potentia huius accidentium nulla suspitio habeatur: sed sciendum est ꝙ omnia accidentia huius facta sunt ex causa collectiõis saniei in apostemate. Hyppocras quoque ad hoc dixit. ꝙ penes generationem saniei in vltimo erunt dolores ⁊ febres: sed statim ꝙ patiens incipit expuere sputum perfecte maturuꝫ omnia ipsa accidentia mitigantur: quoniam maturatio sputi significat super velocem crisim: ⁊ firmitatem sanitatis: vnde si potentia maturationis sputi in huiusmodi passione condominatur alijs omnibus accidentijs malis consideranda est in quolibet morbo eius digestio appropriata eidem. Verumtamen in passionibus pectoris ⁊ pulmonis huius sola significatio: scilicet maturatio sputi iudicanda est potentior omnibus alijs accidentibus malis: verumtamen si virtus voluntaria occurrens fuerit patienti tunc expuet totum id quod nociuum vel maturum fuerit: ⁊ inde perficietur sanitas: Sed si virtus voluntaria non fuerit consequens ei inde non erit culpabilis virt⁹ naturalis: sed virtus voluntaria que negligens fuit in purificatione: quoniaꝫ virtus naturalis egit ꝙ necessarium fuit ei: hoc eniꝫ accidit in morbis quorum purgatio fit per virtutem voluntariam: sed in morbis quoruꝫ purgatio post digestionem passionis fit per virtutem naturalem non: sed perficiente ⁊ completa digestione nimis: inde expellitur superfluitas cum potentia potenti: sed quod maturuꝫ fuerit in pectore ⁊ pulmone oportet ꝙ expuatur per tussim ideo opportuna est tunc sanitas virtutis musculi. ¶ De secundo capitulo humorum dixit quod minutio fieri non debet si humor agens causaꝫ fuerit colericus sed hoc manifestatur per sputum. Dico ꝙ consideradum est in hoc: dixit ꝙ pars medicorum dicit ꝙ sputum fuerit sanguineum deinde fuerit colericum passio tunc incipit declinare ad crisim. Dico ꝙ etiaꝫ in hoc considerandum est. ¶ De secundo capitulo pronosticorum dixit: ꝙ in omnibus passionibus accidentibus in pectore pulmone ⁊ costis bonum est ꝙ sputum fiat facile ⁊ velox. ¶ Dixit ꝙ quando dixit velox intellexit dicere in principio passionis: vnde si sputum factum fuerit velox in maiori parte erit facile. ¶ Dixit quod difficltas sputi erit aut eo ꝙ pectus dolet: ita ꝙ non potest colligi vehementer aut ex

tenuitate humoris aut ex debilitate virtutis aut ex grossitate materie: quoniam materia grossa inuiscatur: ideo indiget vt diuidatur per potentem virtutem: etiam tenuis materia non expellitur per aerem expellentem eam sed labitur ab eo ⁊ circumcirca eum procedit de leui. Facilis quoque emissio sputi significat super securitatem totius malitie passionis ⁊ velocitas ipsius euangelizat vel pronosticat ꝙ breuis erit morbus. Dixit ita ꝙ rubedo sistens in eo commixta nimis sit in saliua non ꝙ sit simplex: quoniã simplicitas eius significat super malam passionem ⁊ multam materiam: sed tamen in patienti qui retardauerit in spuendo de principio passionis tempore longo: sputum rubeum ⁊ citrinuz simplex eiectum per tussim vehementem malum est. etiam rubeum simplex malum est: etiam rubeum album viscosum ⁊ rotundum non est bonuz: eo ꝙ curatur de flegmate vsto: ideo iuxta malitiam materie iudicanda est malitia apostematis generati ab ea: vnde iuxta quantitatem huius flegmatis malitie super flegma naturale iudicanda est malitia apostematis generati ab eo: sed sũmarie apostemata generata de sanguine ⁊ flegmate sunt minoris malitie: sed generata de colera vtraque sunt maioris malitie: eo ꝙ ledunt mẽbra ad modum ignis: colerica quoque generant febrem vehementez: sed melancolica non sunt breuis temporis maturatiõis neque dissolutonis. verumtamen sputum viride ⁊ spumosum similiter est malum: quoniam viride generatur ex materia eruginosa: sed spumosa significat super multam caliditatem ⁊ humiditatem cuz interiectõe ⁊ molestia vehementi: sed tñ nigrum est peius omnibus: ꝙ si humor de pulmone non fuerit expulsus sed pulmo plenus detinetur eo dum in ea accidit quasi bullitio malum est etiam quodlibet sputũ per qđ non mitigatur dolor malum est: ⁊ maxime si est nigruz ⁊ ecõuerso quodlibet sputum per quod mitigatur dolor bonum est eo ꝙ quando per ipsum mitigatur dolor significatio habetur ꝙ ipsum a corpore emittitur ad modum expulsionis: ⁊ ꝙ corpus mundificatur de eo. Sed si per sputuz solutionem ventris ⁊ minutionem: ⁊ per tussim ⁊ per vsum medicinalem dolor non fuerit mitigatus passio cõuertetur ad empima. ¶ Dico ꝙ huiusmodi dispositio significat super calidum apostema cuius pulsatio non habebit quietem omnino: vnde sicut huius signuz significat super mortem sine dubio ita similiter aliud. Unde quando hoc accidit in pleuresi notum sit firmiter ꝙ aut mortem patiens sequitur aut empima. ¶ Dixit ꝙ si huiusmodi signa non fuerit peioris humoris malitie passio conuertitur ad empima. Sed tamen si peioris malitie fuerit cito morietur patiens sine dubio.

¶ Dixit ꝙ si inde accidit empima ⁊ sputo condominans fuerit postea colera malum erit nimis: si sputum colericuz insimul cum putredine fuerit emissum: sed si vnum post alteruz per successum emissum fuerit peioris conditiõis erit ⁊ eo qđ pars eius est matura ⁊ pars altera ei non conuenit sic iudicatur natura impotens: quoniam totam vim dedit ad maturandum partem: ⁊ maturare partem aliam ob suam debilitatem non potest. Dixit maxime si incepta fuerit putredo in septimo die cum sputo colerico. ¶ Dixit ꝙ accidit ꝙ huiusmodi patiẽtes moriuntur in quartodecimo die nisi apparuerit iterum aliquod signum laudabile. ¶ Dico ꝙ per signum laudabile predictum est alleuiatio passionis ⁊ mitigatio doloris ⁊ accidentium malorum ⁊ bonitas sputi: sed si contrariuz mors sequitur cito eo ꝙ in septimo prouenit mutatio mala: vnde mors tarda vel velox iudicaẽ iuxta ꝙ manifeste fuerint significationes male vel bone: vnde ponatur ꝙ quidam patiens in die septimo eiecit putredinem mixtã cum colera sistentibus eius dispositionibus per omnia mediocriter inter bonitatem ⁊ malitiam duz iudicata est mors sequi in medio tempore: scilicet quartodecimo die: vnde si in octauo vel nono sputum fuerit nigrum notum sit ꝙ morietur in vndecimo. Si vero manifestum fuerit aliquod bonum signum mors iudicata tardabit iuxta potentiaz ipsius signi vnde notum sit ꝙ virtus potens maximum signũ dat ad deliberationem patiẽtis: quoniam maior est alijs omnibus rebus: vnde toto studio ⁊ diligentia considerandus est in ea. ¶ Dico ꝙ sputum solius putredinis de pectore purum: melius est sputo mixto.

¶ Dixit Galienus ꝙ vltima opinio medicorum per omnia concordatur ꝙ quando apostemata putrefaciunt in tempore putrefactionis ipsorum patiens patitur rigorem quez sequitur febris. Rigor quoque ipse accidit eo ꝙ putredo pungit membra ad modum punctionis medicinarum acutarum in vlcere: ideo febris magis molesta fit inde plusquã ante fuerat: etiam tunc accidit patienti ponderositas eo ꝙ putredo coadunatur in vno loco postqȝ humor ex quo generata est fuerit dispersus: vnde ab ipso die vsque ad vigesimum aut quedragesimum aut sexagesimum diem emanabit putredo: ipse quoque dies est in quo accidit rigor cum febre vehementiori cũ ponderositate: sed huius auctoritas diuersa videtur auctoritati: in alio loco sic dicenti ꝙ opinio concordans confirmat ꝙ febris mitigatur ⁊ dolor alleuiatur quando putredo fit ⁊ complementum habet sed magis molestare febris videtur vehementer etiam dolores in tempore ipso quo putredo fieri incepit certũqȝ videtur ꝙ quã putredo fit: ⁊ complementum habet ꝙ inde mitigabitur febris ⁊ alleuiabitur dolor: sed loco doloris fit ponderositas. Uerumtamen quando putredo extra apostema manabit excitabit rigorem ⁊ febrem crudelem: eo ꝙ putredo pungit membra in quibus fluentia eius erit: discordia quoque cadit ex equiuocatione nominis putrefactionis: eo quod dicit quod in tempore putrefactiõis fit ⁊ sic erit ⁊ in putrefactione non intelligitur manifeste tempus coadunationis putredinis ⁊ emanationis. ¶ Dico ꝙ manifestum est in putrefactione ꝙ voluit dicere de emanatione putredinis ex auctoritate lata postea dicenti. Quod si patiens senserit ponderositatem in vno latere in eo erit putrefactio: etiam dixit postea: quod quando putrefactio fit stringitur inde anhelitus quoniam spacium in quo cõsistit pulmo stringitur ob fluentiam putredinis: eo quod etiam dixit postea quod empicus sanabiẽ: cui fit sepatio febris: ⁊ appetitus cibi. etiã dixit postea ego quoque dico quod manifestum est hoc legenti in hoc libro in huius capitulo: vnde legitur: quoniam notum erit tibi putrefactio appellatur emanatio putredinis post coadunationez ipsius. ¶ Dixit quod putrefactio cognoscitur esse in vno loco vel vno latere cum latus illud fuerit calidum: etiam cum patiens iacuerit super latus sanuz sentiet ponderositatem suspensam esse in latere in quo fuerit putredo. ¶ Dixit de signis quod fluentia putredinis fit in vna concauitate pectoris verumtamen in passionibus pulmonis fit in duabus concauitatibus: sed significatio putredinis datur in quo latere fuerit per caliditatem ⁊ ponderositatem. ¶ Dico quod non est opus ad huiusmodi auctoritatem: eo quod dolor in principio distinguit inter nascituram accidentem in pulmone: ⁊ in panniculo pectoris per locum dolentem ⁊ cetera sua signa.

¶ De signis ptisis dixit Hypocras cognosco empicos per hec signa quod eos sequiẽ febris subtilis que molestior in nocte erit etiam quod sudant nimis: sed tussire appetunt: tamen nil expuunt: etiam oculi ipsorum fiunt concaui: ⁊ rubefiunt maxille: ⁊ inflectuntur vngues ⁊ calefiunt digiti ⁊ proprie extremitates ipsorum etiam accidunt in pedibus apostemata: deinde mitigantur etiam non appetunt cibum: sed in manibus ipsorum accidunt ampulle.

¶ Dixit Galienus quod si putredo emanauerit ad spaciositatem pectoris: ⁊ nulla eiectio ipsius putredinis fuerit cuz leuitate ⁊ velocitate passio declinabit ad ptisim ⁊ mors sequitur. Sed si ptisis inceperit ⁊ accidit inde febris cõtinua ⁊ subtilis inseparabiliter proprie augens in nocte: eo quod proprie patiuntur hoc omnes patientes febrem subtilem.

¶ Dico quod in nocte humectantur post cibum: ideo vehementior est huius febris tempore quo acceperit patiens cibũ: lȝ diuersis horis datus fuerit ei cibus. Sed sudor eis accidit ob causam debilis virtutis: eo ꝙ nutrimentum ipsorum velociter soluitur: sed appetunt ad tussiendum ob causam punctionis putredinis in eis: verumtamen nil eijciunt quoniam si eijcerent aliquam quantitatem putredinis: iam mundificarentur per huiusmodi eiectionem: ideo impossibile est quod: inde fiat eiectio ob viscositatem putredinis

⁊ eius grossitatē ⁊ ꝯdensationē pāniculi circūferentis pul-
monē ⁊ debilitatē virtutis patiētis: sed concaui fiunt eorū
oculi: eo q per accñs inseꝑabile oēs patiētes febrē subtilē
⁊ diuturnā hoc signū sequunt maxie si siccitas eius erit ma
nifesta: sed rubefiunt maxille ob calitatē pulmōis ⁊ tussis fit
eo q sublimant ad corpus vapores de pulmone. Dico q
ex infestatione tussis multiplicat in facie sanguis: ⁊ inde ru-
befiunt maxille: tñ inflexio vnguiū fit ex liquefactiōe carnis
sistentis sub eas que ipsas detinet ⁊ ex vtraqꝫ parte strigit.
Digiti quoqꝫ lꝫ in maiori ꝑte morboꝝ diuturnoꝝ infrigidē
tur: tñ in febre subtili sunt semꝑ calidi: eo q cē huius febris
est in mēbris radicalibus: sed qñ ꝓlongat tp̄s passiōis apa-
ta fiunt in pedibus: qm̄ hmōi mēbrum ex remotiōe ipsius a
corde velociter initium dat ad mortē: ēt tunc deficiet vir-
tus appetitiua ex defectu virtutis nutritiue: sed ampulle ac
cidunt in corpore huius patientis ob causam collectionis
humorum corrosiuorum.

A M ❡ Dico q si fluentia putredinis longā morā traxerit in spa-
ciositate pectoris tunc apparent hmōi signa. Sed fluentia
tp̄is non longi significat per rigorē ⁊ febrē vehemētē ⁊ pō-
derositatē ⁊ angustū anhelitū: qm̄ qñ putredo manat in spa
ciositate pectoris stringit anhelitus ob cām stricti accessus
pulmonis: sed ob punctionē putredinis ⁊ hmōi angustie fit
appetitus ad tussim. Rigoris quoqꝫ iam antedicta est cā.

L ❡ Dico q pleuresis hꝫ tp̄a ⁊ terminos: sed si accidit apā: tūc
dignū est vt studiū adhibeat ad faciendū cessare esse eius: ⁊
vt declinet mā ab eo. Sed si esse suum habuerit cōplemen-
tum cura fiat maturandū ip̄m ⁊ purificandū per sputū: velo
citer quoqꝫ rñdet hmōi cura ex bonitate humoris potentia
virtutis naturalis patiētis ⁊ studio medici in medicinis ma
turatiuis: sed potentia virtutis obseruat si peccatū non fue
rit in quātitate acceptionis nutrimenti. Qꝛ si strictuꝫ fuerit
sputum ⁊ nil expuerit patiēs ⁊ vltra q̄ꝫ fuerat vehemēs fue
rit febris cum dolore notum sit q putredo icipit fieri i apa-
te. Qꝛ si mitigata fuerit abundantia febris postea tūc putre
do ⁊ cōplementuꝫ habuerit in se: sed si postea excitatus fue-
rit rigor cum febre sequenti ⁊ angustia anhelitus tunc notū
sit q emanauit putredo. Si vero purificatio eius facta fue-
rit velociter per sputū: bonū erit: finaūt passio ꝯuertit ad pti
sim. Signū quoqꝫ per qd̄ scit collectio apatis pleuresis est
per paucū sputū ⁊ vehementē dolorē cum febre: ⁊ per ꝯ̄triuꝫ
econuerso. ❡ Dixit q apa putredinē faciens scit si breuem
morā vel longā habuerit per dolorē difficilē anhelitū spu-
tum ⁊ tussim: qm̄ cum hmōi accñtia ꝯtinue fuerint potentio
ra ⁊ vehementiora emanatio putredinis a die cōplementi
putrefactōis erit vsqꝫ ad vigesimū diē ⁊ minus: sed si hmōi
accñtia minus fuerint iuxta quātitatē huius est ꝯsiderandū
qd̄ in maiori parte decrepiti hñtes putredinem in peripleu
monia sed iuuenes in pleuresi. ❡ Dixit q plures salui fiunt
in passione emanationis putredinis ad pectus si post ema-
nationem eandeꝫ velociter mitigatu febris ⁊ appetitus ha
betur ad cibum.

L I ❡ Etiam patientes in quoꝝ latere carbunculi accñtes fue-
rint ⁊ ipsoꝝ putredo emanauerit ⁊ ꝯuersi fuerint ad fistulas
salui fiunt. Sed si in pleuresi ⁊ peripleumonia non fuerit mi
tigata febris nec dolor nec sputū fuerit signum: nec solutus
fuerit vēter ex colera multa ⁊ simplici: nec vrina fuerit mul-
ta: ⁊ multi sediminis ⁊ cum hmōi accñtijs fuerint signa salu
tis inuenta notum sit q apa declinabit ad faciendū carbū
culos quoꝝ putredinis emanatio erit in ꝑte exteriori. ❡ Di
co q huius signa significant qd̄ nondum humor fuerit pur-
gatus qua signa nisi cum eis habeant signa salutis suꝑ mor
teꝫ significāt: ⁊ super putredinē declinantē ad partē interio
rem: sed si cum eis fuerint salutis: signa: significāt emanatio
nem putredinis fieri ad partem exteriorem.

L ❡ Dico q sputuꝫ qñqꝫ est matuꝝ sed non multe quātitatis
ob debilē virtutē aut grossam mām ⁊ qñqꝫ sputū est multe
quātitatis: sed non est maturū: sed sanitas indiget q sputū
sit maturū: ⁊ q de leui emittat in multa quātitate: vt fiat in-
de mundificatio verūtñ ad ꝑiculū signū sufficiens est si spu
tum non fuerit maturū: debilis quoqꝫ virtus patientis cum
priuatione maturationis sputi sufficiens est ad significādū
periculū. ❡ Dico q in principio pleuresis cura habeat ad
ꝓhibendū q non fiat apa: ⁊ iō necessaria est minutio etiam
purgatio: sed si punctio postea fuerit vehementer cuꝫ febre
cum alijs accñtijs molestie ipose est q ꝓhibeat q non fiat
apa: vnde tunc incōgruum est q extensa fiat sanguinis mi-
nutio: eo q inde minuit virtus: ⁊ tarda fit maturatio ex de-
bilitate spūum: sed si facta vr̄ esse maturatio cura habeatur
ad mundificādū anteq̄ꝫ fiat putredo: verūtñ si putredo fa-
cta esse vr̄ cura habeat ad mundificandū per sputū anteq̄ꝫ
inde corrūpat pulmo: vnde huius morbi fiat dieta: vt dicta
morboꝝ acutoꝝ ꝑ aquā ordei ⁊ mel ⁊ silia. ❡ De cap̄. prio
morboꝝ acutoꝝ dixit q si pleuresis fuerit sicca ⁊ pauci spu
ti: ⁊ facta fuerit minutio: ac ēt purgatio opus est vt bis i die
det patienti de aqua ordei mane ⁊ sero: ⁊ manifestatū est in
caplo morboꝝ: sed in sero dandū est de aqua ordei in miori
quātitate ⁊ anteq̄ꝫ det ei de ipsa aqua in ipsa vice dandum
est ei de aq̄ mellis aut d̄ vino albo subtili ꝓut melius fuerit
adiuuamentū sm̄ q manifestabo: qm̄ si passio huius fuerit
sicca aut periculū sequit: aut longi tp̄is molestia. Sꝫ si pas-
sio fuerit humida ex leui sputo caliditas leuis fit ⁊ velox erit
maturatio. ❡ Dixit q iuxta quātitatē multitudis sputi mul
ta fiat ꝯfortatio patientis per cibum: eo q cuꝫ multo sputo
dubitandū est periculū: vnde tunc virtus indiget ꝯfortatōe
per nutricationē vt expellere valeat totā suꝑfluitatē. ❡ Di
xit q si sputum fuerit ꝯgruum nec patiens nō indiget minu
tione purgatione neqꝫ clysterio nutricandus est cum farre
ordei: sed si patiens indiget aliqua cura predicta: non est nu
tricandus nec dandū est ei de aqua farris ordei dum illa cu
ra facta non fuerit. Verūtñ dum suspectū fuerit si illa cura
fieri dꝫ aut non: nutricandus est cum aqua farris ordei duꝫ
manifesta fuerit eius cura. ❡ Dixit q si sputū fuerit ꝯgruū
⁊ non fuerit opus ad accipiendū medicinā: nec ad faciēduꝫ
clysteriū. Ypo. precipit vt nutricatio fiat cum farre ordei di
cēs q si dederis ei de farre ordei iuxta q ei opus fuerit eiꝰ
sputuꝫ de leui inde emittit ⁊ mitigat passio: ⁊ velox fit crisis
eius: ⁊ lꝫ collecta inde fuerit sanies in minori tñ quantitate
erit ꝑ hmōi curā q̄ꝫ ꝑ aliā curā: qm̄ far ordei humectat ⁊ di
uidit humores indigentes vt expuant ⁊ de leui inde expuun
tur: ⁊ suꝑ hoc ēt ꝯfortat virtutē: sꝫ aqua mellis lꝫ humectet
hmōi humores: non ita ꝯfortat virtutē vt far ordei: sꝫ nutri
menta grossa lꝫ ꝯfortent magis virtutē: sputū tñ ingrossant
⁊ ipediunt: vnde expedit vt euitent hmōi nutrimenta. Qm̄
qdā medicus sistente patiente pleuresis in declinatiōe pfe-
cta eius passiōis: ita q nulla alia cura indigebat nisi ad ex-
puendū hmōi humores solūmō q maturi fuerāt dedit ei de
lēticulis ꝯfectis cū aceto ad nutrimētuꝫ: ⁊ inde cessauit spu
tuꝫ ob ipedimētuꝫ ipsius nutrimēti ⁊ cā fuit ad mortē i scd̄a
nocte ob culpaꝫ medici. Sed aqua ordei ⁊ farris eiꝰ ⁊ aqua
mellis non ipediunt humores: sed eos humectāt ⁊ diuidūt.
vnde si patienti fuerit opus ad maiorē ꝯfortationē: dādum
est ei de piscibus saxoꝝ ꝯfectis cuꝫ aqua porri: aneto sale: ⁊
pauco oleo tēꝑato: sꝫ tñ ante pisces det ei de syrupo aceto-
so: ita tñ q aliqd̄ mēbꝝ patientis nō sit lesuꝫ nec debile: nec
muliere matrix fuerit lesa. sed loco syrupi acetosi det de me
dicina ꝯfecta cū prassio ⁊ radice liqritie. medicia quoqꝫ hu
ius accepta in potu cū aq̄ mellis maturat suꝑfluitates sistē
tes in pectore: vt de leui expuant ꝑ sputū: sed si aliqd̄ mēbꝝ
non fuerit lesum sufficiens est syrupus acetosus ad diuiden
dū humores. ⁊ cū hoc non nocet stō. ❡ Dixit q far fieri dꝫ
de ordeo electo: ⁊ eiꝰ decoctio fieri dꝫ ꝑfecta: qm̄ ex ꝑfecta
decoctōe ipsiꝰ nō ipedit i ysofago: nec adheret ei sicut nutri
menta grossa: hec eni ꝑfecta cura est in pleuresi: eo q i pleu
resi ⁊ piplonia i pectore multa est calitas: iō si de nutrimen
to aliqd adhesum fuerit ysofago breuiter desiccat ex calita
te ipsa: ⁊ molestiā dat ex difficili seꝑatōe ipsius: iō gñat sitiꝫ
⁊ tēpestatē. Dixit q si ꝑfecta fuerit decoctio farris ordei ex
tinguit sitim ⁊ cito labit ⁊ d̄ breui digerit. Dixit q far ordei
maximi iuuamenti est si opatū fuerit vt est opꝰ. ❡ Ego q̄qꝫ
nunc dico qd egerit vel opabit: si datū fuerit dū in vētre pa
tientis fuerit aliqua substantia cibi detenta ꝑ longā moraꝫ.
Qd̄ anq̄ꝫ soluat hmōi substātia opus erit q patiat latꝰ le-
sum nocumētū ex cā opilationū accñtiū in intestinis ex ipsa
substantia sicca ⁊ detenta in eis: qm̄ ventositas post acce-
ptionem ipsius farris nō penetrat ad inferiora: vt egrediat
sed ꝯducit ad inferiora loci lesi cū iniquo accessu: vñ opus
erit vt dolor fiat vehementior qui si mitigatus fuerit añ pa
rū opus est vt ꝯuertat ēt si in p̄terito mitigatus fuerit oino
opus est vt ꝯuertat vehementior eo q ventositates gñate

non valentes egredi cuꝫ fumositate stercoris detenti inducuntur ad latus lesum ⁊ generant dolorem: ⁊ ex vehementi dolore fit vehemens spissitudo anhelitus ⁊ gñaẽ calitas in instris anhelitus ⁊ ex spissis motibus eorũ desiccaẽ pulmo cum diaphragmate: ⁊ inde magis ledens fit dolor. ⁋ Dixit Ypo. ꝙ si dolor pleuresis non fuerit alleviat⁹ ꝑ calefactõeꝫ ⁊ sputũ non fuerit emissum de levi: sed augens fuerit i viscositate ac ẽt ipe dolor solutus non fuerit per lenificationẽ vẽtris: aut ꝑ minutionẽ: iuxta ꝙ opus fuerit ⁊ patienti in hmõi dispõne sistenti data fuerit aqua ordei mors sequeẽ de brevi. ⁋ Dixit Galie. ꝙ si augens fuerit sputuꝫ in viscositate ⁊ difficile fuerit significat sup pleuresim malam. Sed sputum maturũ viscositatẽ hr̃e põt in pte pauca: ita ꝙ non ꝑveniat ad vltimã extremitatẽ viscositatis de levi expuiẽ super hoc. Sed si sputũ assidue augens fuerit in viscositate vt difficile expuaẽ signũ maluꝫ dat: dolor quoqꝫ pleuresis aut soluitur per calefactionẽ: aut ꝑ minutionẽ: aut per lenitionẽ vẽtris. Sed si dolor non fuerit solutus ꝑ aliquã curã hmõi signuꝫ malũ dat. Quantitas quoqꝫ maioris vltimitatis hui⁹ accñtium significat ꝑfectã vltimitateꝫ pleuresis: iõ si accipiẽ de farre ordei: añq̃ꝫ mitigati fuerint hmõi dolores patiẽs morietur cito. ⁋ Dixit ꝙ medicine narcotice mitigant dolorẽ pleuresis cũ privatione cãe agentis: sed cũ stupefactiõe sensus. ⁋ Dico ꝙ intelligiẽ in sũma eloquij eius: ꝙ opus est vt vtaẽ eis si passio cũ dolore fuerit vehemẽs. ⁋ Dixit ꝙ si in hmõi ꝯditione accipiẽ de farre ordei patiens morieẽ in septimo aut ante aut post ⁊ in pte alterabiẽ eius mens ⁊ in pte strangulabiẽ ex vehementi viscositate sputi: viscositas q̃qꝫ sputi vehementior fit ex spisso anhelitu. Sed si hmõi dolor fuerit in vltima extremitate malitie virescit latus patientis qñ moriẽ vt virescit locus ꝑcussus: eo ꝙ sanguis fluens ad ipm locũ cum patiẽs moriẽ virescit ⁊ mortificaẽ: qm̃ patiẽs moriẽ anteq̃ꝫ soluiẽ eius dolor. hoc quoqꝫ accidit ꝙ patiẽs impediẽ ex spisso ⁊ magno anhelitu ex viscoso sputo strãgulatur de brevi. ⁋ Dixit ꝙ quodlibet eoꝝ duoꝝ accñtiũ auget in alteꝝ: videlicet ꝙ detentio sputi auget in magnitudinem anhelitus ⁊ spissitudinẽ eius ⁊ magnitudo anhelitus ⁊ eius spissitudo augent in viscositatẽ sputi ⁊ ex viscositate ei⁹ maior fit detentio ipsius: vnde si detentũ fuerit sputuꝫ inde restringiẽ cãnale pulmonis ⁊ opus est vt anhelit⁹ sit maior ⁊ vehementioris spissitudinis ⁊ ex hmõi accñtijs magis calesit pectus ⁊ desiccanẽ humores: ⁊ ex vehemẽti calefactione pectoris ⁊ desiccatione humoꝝ fit ipsoꝝ adhesio vehementior: ⁊ sic augmentũ accñtiũ reflectiẽ in seipsa. ⁋ Dixit Ypo. ꝙ hmõi accñtia non erunt solũmodo ex vsu farris ordei facto non in tpe ꝯgruo ei: sed magis erunt ex vsu alicui⁹ cibi vel potus alicuius rei minoris iuvamenti q̃ꝫ farris ordei. sũmarie quoqꝫ notum sit: ꝙ si inceperit febris cũ dolore in latere si tp̃s acceptionis cibi fuerit ꝓximũ ⁊ solutio vẽtris non fuerit oĩno nulla daẽ ei ptisana dũ ad inferiora nõ descendit cibus. ⁋ Dico ⁊ dum non mitigabiẽ ipse dolor ⁊ facta fuerit minutio aut purgatio: sed dandũ est pleureticis de syrupo acetoso in hyeme tepide: in estate frigide: sꝫ si fuerit sitis vehemens dandũ est ẽt eis de aqua in potũ notum ẽt habeaẽ qδ aqua frigida in hmõi passione mala est: sed si opus fuerit dandũ est de ea in minori quãtitate vltra posse si sitis non fuerit mitigata per potũ syrupi acetosi tẽꝑati cũ aqua: qm̃ frigida aqua ꝓlongat tp̃s maturatõis apãtis pro bibendo id cũ fritate sua: sed non est dubitandũ de aqua data cum syrupo acetoso in potũ duabus de cãis. Una de cã ꝙ quantitas eius est pauca: qm̃ aqua frã data i potũ ad extinguendũ sitim nisi fuerit in multa quãtitate non erit suspecta vel dubia in apãte. Scđa de causa ꝙ syrupus acetosus aptat silr̃ aquã cum sua divisione ⁊ attenuatione. Exemplũ ponaẽ qδ quidã hñs corpus ꝯdensum ⁊ venas largas ⁊ potentẽ virtutẽ aialẽ ad portãdũ indigentiaꝫ famis: passus est pleuresim in tpe nõ vehementis frigoris ⁊ os stomaci eius fuerit potens ⁊ ante morbũ hmõi vsus fuerit cibarijs multi nutrimẽti. Et alius hñs corpus raꝝ ⁊ humectatũ ⁊ venas strictas ⁊ debilẽ virtutẽ ad portandũ indigentiã famis ⁊ os stomaci debile passus est pleuresim i tpe calido: ⁊ ante morbum hmõi vsus fuerit cibarijs non multi nutrimenti. Dico ꝙ si primo patienti nullum nutrimentũ fuerit datum: ⁊ paucus fuerit potus vsqꝫ ad diem septimum si spes data fuerit qδ non retardaverit huius morbi attenuatio vltima. Et secundo patienti nutrimentũ datũ fuerit a primo die cũ farre ordei cura digna erit ⁊ salubres erunt ambo: sed si mitigata fuerit hmõi cura ambo morienẽ. Primus quoqꝫ ãte dieꝫ septimũ strãgulabiẽ velociter ⁊ alius solutionẽ virtutis ⁊ defectionẽ cordis patieẽ maxime si primus fuerit in etate senectutis: ⁊ alius in etate adolescentie: qm̃ tunc mors velocius sequeẽ eos. ⁋ Dixit ꝙ si qua substantia stercoris detenta fuerit in intestinis: ⁊ non descenderit ⁊ in ꝓximo sup eũ acceptũ fuerit cibariũ: clystere fiat si patiens fuerit iuvenis ⁊ potens: aut fiat suppositoriũ si patiens fuerit adolescens dum ipsa substãtia in toto egeraẽ bene. ⁋ Dixit ꝙ calefactio calefacit locũ dolentẽ ⁊ soluit ⁊ attenuat sanguineꝫ in apãte ⁊ eum assubtiliat: ⁊ inde purgaẽ pars ipsius ⁊ pauca fit extensio in dolore. Sed si in calefactõe non fuerit aliqua vtilitas hmõi: sed augmentũ inde in dolore fuerit notũ sit qδ corp⁹ sit iñ repletũ ⁊ plus fiet inde attractio de alijs locis ad locũ dolentẽ magis q̃ꝫ solutio. Unde purgatio fiat corporis vehementer aut ꝑ minutionẽ aut ꝑ solutionẽ ventris: iuxta qδ opus fuerit passiõi. ⁋ Dico videlicet ꝙ si passio fuerit in ptibus supioribus ꝑ minutionẽ fiat purgatio: sed si fuerit in costis inferioribus per solutionẽ ventris fiat. Unde nulla calefactio est facienda oĩno nisi post purgationẽ vehemẽteꝫ. ⁋ Dixit Ypo. ꝙ calefactio facienda est cum vesica plena aqua aut cum spongia aut cũ vase eneo. ⁋ Dixit ꝙ regrenda ẽ cã apãtis: ꝙ si apã fuerit herisipilla calefactio fiat vtilis cum rebus humidis: sed si flegmon cum rebus siccis: sed significatio daẽ i hoc de sputo ⁊ tpe. ⁋ Dixit ꝙ si apãta huius fuerint ꝯcava calefactio fiat sicca vehementer: sed si dolor inde non fuerit mitigatus purganduꝫ est corpus calefactio quoqꝫ humida nisi fuerit iuvabilis eius nocumentũ nõ erit magnũ: sed calefactionis sicce magnũ erit nocumentũ. ⁋ Dixit ꝙ calefactio potens facta cũ aceto ⁊ orobo ẽ evitanda ne ex ipsa ascendat ad faciẽ patientis fumigatio multa ⁊ ꝓvocet ei interiectionẽ ⁊ stricturã anhelitus. Verũtñ si passio vel patiens fuerit vehemẽtis siccitatis calefactio illa tunc erit iuvabilis ex fumigatione humida que facit ad sputum. ⁋ Dico ꝙ ex huius dicto significatio daẽ: qδ pleureticus apponere faciẽ dꝫ sup aquã calaꝫ: aut vti calefactõe cũ aceto ⁊ orobo: vt dcm̃ ẽ in caplõ calefactõis. Ita tñ ꝙ passio iudicata est esse ex humoribus grossis ⁊ viscosis: aut fiat calefactio cũ pãnico ⁊ sale. ⁋ Dixit ꝙ calefactio soluit dolorẽ costaꝝ supioꝝ aut inferioꝝ: sed minutio non soluit doloreꝫ nisi in pte supiori secus furculas. ⁋ Dixit ꝙ si calefactio non soluerit dolorẽ non dꝫ longus fieri vsus eius: eo ꝙ desiccat pulmonẽ ⁊ cõgregat saniem. ⁋ Dixit ꝙ si apã fuerit in ptibus supioribus pãniculi induti costis cõicatio erit doloris cum furculis adiutorio ⁊ mãmillis. Sed si fuerit in ptibus inferioribus cõicatio doloris erit cuꝫ diaphragmate ⁊ locis que sunt sub hypocũdria. Unde si dolor fuerit in mẽbris supioribus fiat minutio in basilica vena. ⁋ Dixit ꝙ ꝯgruuꝫ est ꝙ minutio fiat in venis manus ptis diverse ⁊ de membro leso attrahaẽ sanguis ad ptẽ ꝯtriuꝫ ptis in qua declinãs est sanguis. ⁋ Dico ꝙ iuxta huius ꝯtrietatẽ minutio dꝫ fieri in pte diversa: qm̃ dixit vt attrahaẽ sanguis ad ꝯtriã ptẽ ptis: in qua declinans est sanguis. Sed si dolor fuerit in ptibus inferioribus solutio fiat ventris. ⁋ Dixit Ypo. cum elleboro ⁊ silibus rebus. cã quoqꝫ per quã minutio fit i basilica vena manifesta est in libro anathomie: qm̃ in eo dict⁹ est locus de quo sanguineꝫ recipiunt hmõi mẽbra. Dixit ꝙ minutio ipsius vene est maximi iuvamẽti si passio declinãs fuerit ad superiora. Verũtñ si ad inferiora non est iuvabilis ob cãꝫ dcãꝫ i lib. anathomie q̃ꝫ dicẽ si possuꝫ nisi tpe lectõis eiusdẽ dño ꝯcedente. ⁋ Dixit ꝙ minutio dꝫ fieri dũ sãguis mutat⁹ fuerit i colore: qm̃ mutatio coloris ipsi⁹ significat ꝙ purgat⁹ est sanguis inclusus in loco apãtis: sanguis quoqꝫ in hmõi minutione in maiori pte inveniẽ in vehementi rubedine aut nigredie: qm̃ lꝫ sanguis totius corporis fuerit flegmaticus hmõi: tñ sanguis declinans erit ad rubedinẽ ⁊ nigredinẽ ex calitate calefaciẽti eũ in loco in quo iclusus fuerat. Unde mutatio coloris sanguinis significat ꝙ purgat⁹ est sanguis detentus ⁊ inclusus in apãte. Sed qñqꝫ ob debilitateꝫ virtutis non fit huius purgatio. Unde si purgatio fieri non poterit in hoc modo iuvamentũ erit tũc nimis sed curatio ipsius eligiẽ ob defectũ virtutis. Sed si vena nõ fuerit apparens minutio fiat in aliq̃ vena parva sistenti in iuvamento qui dẽ de asellis. Sed si aliqua hmõi vena non fuerit apparens minutio fiat in vena azulca vel mediana. Si ve-

ro nõ fuerit appĩens oĩno: minutio fiat in vena basilica iuxta dignã ꝓuidentiã medici: eo q̃ iuuamẽtũ erit maius. ¶ Dixit q̄ significatio declinatõis apãatis ad ptẽ supiorẽ pectoris dignoscit̃ qñ ponderositas erit in furcula iuuamẽto vel adiutorio ⁊ mãmillis. Sed ad ptẽ inferiorẽ pectoris qñ dolor sentit̃ in diaphragmate extẽsus ad loca que sũt sub hypocundria: vñ minutio tunc in vena manus in hmõi passione nõ erit maximi iuuamẽti: eo q̄ positio cordis est mediocris inter ea: qm̃ vena que sanguinẽ dat parti iferiori pectoris orit̃ de vena magna añq̃ ꝯtinuat̃ cũ corde. ¶ Dico forte minutio vene in genu iuuabilis erit i hmõi passiõe. ¶ Dixit q̄ si dolor fuerit sec᷒ hypocũdria purgatio fiat cũ elleboro nigro. ¶ Dixit Galie. q̄ si cũ pleuresi fuerit febris vehemẽs nimis euitãdũ est ne det̃ patiẽti aliq̃ medicina laxatiua sed per minutionẽ purgandus est: lꝫ dolor fuerit in pte inferiori: qm̃ si tũc per minutionẽ nõ fuerit facta purgatio perfecta: sicut per solutionẽ ventris in hoc non erit suspitio aliqua neqꝫ dubiũ: qm̃ in minutõe non erit fallacia. Sed in solutione ventris peccatũ multũ accidit ⁊ maxime si medicus non fuerit peritus in nã patientis ignorando quantitatẽ solutionis: ⁊ si añ pax̃ fieri dꝫ solutio aut nõ ⁊ si solutio aliqd moueat q̃ egredi non valebit: ⁊ si multa fieri dꝫ an nõ: qm̃ huius ignorantia ꝓuocat nocumẽta mala. Sed si medicus fuerit peritus in nã patientis ⁊ febris non fuerit nimis vehemens danda est medicina ad soluendũ: vt describit Ypocras: aut alius. Sed melior in medicinis est yera in qua ponitur elleborũ ⁊ non scamonea. ¶ Dixit q̄ post paruã horã acceptionis medicine dandũ est de aqua ordei: eo q̄ lauat vestigia ipsius ⁊ aptat qualitatẽ medicine: sed tpe ipsius solutionis non est dandũ de ea eo q̄ ꝯ̃ facit solutioni. ¶ Dixit q̄ aqua ordei si dat̃ cũ medicina laxatiua velociter facit ad soluendũ: sed si dat̃ post quam incepta fuerit solutio contrafacit solutioni. ¶ De cap̃. ij. dixit: q̄ humores grossi qui sunt in pectore indigent re abstersiua: sed si fuerit viscosi indigent re diuisiua: iõ aqua mellis nimis facit ad expuenduꝫ humores grossos: syrupus acetosus facit ad expuenduꝫ humores viscosos: sed sequit̃ aquã mellis in abstergendo humores grossos aqua ordei: ⁊ post aquã ordei vinũ dulce: sed potus eius dꝫ fieri post maturationẽ apãatis accñtis i pulmone aut in latere nõ in tpe duritiei hmõi apãtũ: nec in tpe principij creatõis vel curatõis ipsoꝝ: sed si potus vini dulcis prouocat sitim minus valebit inde.

¶ Dixit q̄ sũmarie potus vini dulcis ꝯuenienter facit ad expuẽdũ id q̃ necessario fuerit expuẽdũ: qm̃ humectat ⁊ abstergit cũ tẽpantia nihilomin᷒ ꝯfortat v̄tuteꝫ. Huius quoqꝫ potus facit ad passionẽ in qua opus est vt expuat̃ aliqd de pectore ⁊ pulmone sed añ paruꝫ facit ad solutionẽ ventris: sed hmõi tangit virtutẽ nimis potus vini: iõ nõ est suspect᷒ ne alteret mentem. Dixit iõ non est aliqua spẽs vini melior eo febricitanti cũ ꝑipleumonia: qm̃ nocumenta ipsius pauca sunt que sũt sitis ⁊ caliditas pauca: ita tñ q̄ epar ⁊ splen non fuerint lesa: qm̃ ideꝫ generat colerã rubeã plusq̃ alius potus saluo melle eo q̄ sitim excitat. Unde regrẽda sũt nocumenta ipsius ⁊ iuuamenta in corpore patiẽtis. Deinde vt vtat̃ eo: in eo q̄ dignũ fuerit ⁊ euitet̃ plus in cõplexionibus ⁊ corporib᷒ colericis. Dixit q̄ vinũ dulce facit ad expuẽdũ si non fuerit spissum vel grossum. Dixit q̄ sequit̃ vinũ dulce in ꝓprietate sputi: vinũ albũ ⁊ aqueũ: eo q̄ plus ꝯfortat virtutẽ q̃ aqua ⁊ magis diuidit ⁊ attenuat aqua. Dixit q̄ si potus vini dulcis ꝓuocauerit sitim potus vini albi plus faciet ad sputũ q̃ vinũ dulce: eo q̄ sitis sputũ facit inuiscari nimis sꝫ vinũ nigrũ ⁊ ruffum ⁊ nigrũ stipticũ accipiẽda sunt de iure in hmõi passiõe. Ita q̄ in capite nõ sit ponderositas nec suspitio habeatur ad alterandum mentem ⁊ inuiscandũ sputum nec ad faciendum vrinam difficilem.

¶ Dixit q̄ aqua mellis bona est pleureticis: ita tñ q̃ venter ipsoꝝ non sit apãtizatus nec cõplexio eoꝝ sit vehemẽtis caliditatis. Unde si venter ipsoꝝ fuerit apãtizatus non est dãdũ de ea ad potũ sed si cõplexio fuerit nimis calida temperari poterit cũ aqua intantũ q̄ ꝓxima sit cõplexioni aq̃ simplicis: ⁊ aqua mellis in maiori pte minus inuocat sitim q̃ vinuꝫ dulce: ẽt facit moderate ad sputũ ⁊ mitigat tussim. Sed si pars mellis fuerit maior pte aque sitim excitat ⁊ viscosum sputũ facit. ¶ Dixit Gali. q̄ aqua mellis ex tenuitate ⁊ multa aquositate eius minus excitat sitim q̃ vinũ albũ: tñ si moram traxerit in stomaco silr̃ excitat sitim. Dixit q̄ aqua mellis nõ vehemẽter facit ad sputũ sicut syrup᷒ acetosus: eo q̄ in eo est mitigatio: sed in aqua mellis nulla mitigatio est oĩno: aqua ẽt mellis i maiori pte purgat colerã rubeã: sed purgatio eius in colera fit ex vehementi necessitate. ¶ Dico q̄ aqua mellis si maioris partis fuerit aque melior erit ad sputuꝫ: iuxta q̄ opus fuerit ⁊ leuem inducit anhelitũ: sed huius syrupus ꝯficitur ex aqua mellis ⁊ pauco aceto. Sed in quo acetositas fuerit maior magis faciet ad expuẽdũ humores. Uerũtñ si sputũ emitti non poterit: auget̃ in eo inde viscositas ⁊ forte ex viscositate sputi nocebit: qm̃ acetũ: eo q̄ hũores attenuat necessarie eos desiccat. Unde si in syrupo acetoso acetositas fuerit maior: eo q̄ patiens nõ poterit expuere quãtitatẽ humoris que diuidit̃ per eũ syrupus acetosus in quo non fuerit acetositas maior: melior erit eo: qm̃ nõ potenter poterit attenuare: nec sputũ desiccare eo q̄ acetũ est desiccatiuũ. ¶ Dico q̄ syrupus acetosus mediocriter agit ad leuefaciendũ sputũ. Sed potenter ex diuisiõe aceti: ⁊ cuꝫ aceto est desiccatio: iõ si hũores grossi nimis ⁊ syrupus acetosus non fuerit sufficiens ad emittenduꝫ ipsos ꝑ sputũ i eis augebit malitiã eo q̄ ipsos desiccat. ¶ Dixit Ypo. q̄ in maiori pte hoc accidit ex syrupo acetoso ex malitia passionis ⁊ iniqtate eius. Unde ꝯsiderandũ est in primo in oĩbus dispõnibus patientis si euadere poterit aut non: qm̃ syrupus acetosus i malis passionibus non poterit attenuare humoreꝫ ⁊ emittere ipm̃ ꝑ sputũ augebit i eo grossitatẽ ẽt si poterit humorẽ diuidere opus est vt cũ potentia vehemẽti expuat̃ q̄ diuisum sit ꝑ euꝫ: sinaũt patiens inde strangulabit̃ ⁊ morief̃.

¶ Dixit q̄ hñtibus passionẽ malã ⁊ difficilis digestiõis dignũ ẽ q̄ det̃ de sirupo acetoso tepide añ pax̃ tepide. ¶ Dico eo q̄ facit ad maturandũ añ pax̃: eo q̄ hꝫ potentiã vehementẽ: iõ nisi nimis fuerit acetosus eo q̃ humectat os ⁊ palatũ tẽpate facit ad expuendũ humores ⁊ nulla suspitio nocumenti erit in eo: si ꝯfectus fuerit in aqua mellis in morbis colericis: eo q̄ extinguit colerã rubeã. ¶ Dixit Galie. q̄ manifestũ est q̄ acetũ paucũ: si mixtũ fuerit cũ aqua mellis bene cõponit̃ in vltimitate: eo q̄ in eo restãt ꝓprietates aque mellis: videlicet ad leuefaciendum sputum non intense: etiã ad soluendũ viscositatẽ ⁊ vt excitet̃ colera nec noceat ventri: ⁊ vt expellat viscositates: ⁊ vrinã absqꝫ tenasmon. Sed si dare volueris de aq̃ ordei: noli dare aquaꝫ ordei nisi post acceptionem eius per horas duas ⁊ plus: eo q̄ i hoc termino ꝑuenire poterit ad loca qbus fuerit opportunus: sed si mixtus dat᷒ fuerit cũ aqua ordei necessario male erit. ¶ Dixit q̄ cura dꝫ fieri cũ syrupo acetoso: qñ aqua mellis excitat sitim ⁊ interiectionẽ ⁊ viscositas in sputo fuerit vehemẽtior. Unde pax̃ acetũ miscẽdũ est cũ aqua mellis ⁊ coquat̃: qm̃ tunc eius minus erit nocumentũ. ¶ Dico q̄ bonũ est vt loco aque mellis ponat̃ syrupus simplex q̄ si syrupus simplex excitauerit sitim: miscendũ est cũ eo de aceto in pauca quãtitate: ⁊ scdo coquat̃ donec bene fiat: deinde dãdũ est de eo patienti in potũ: qm̃ syrupus acetosus descriptus ꝑ ypocratẽ cõponit̃ ex aqua mellis ⁊ aceto ⁊ precepit tunc vt daret̃ de eo si aqua mellis excitãs fuerit sitim: eo q̄ opus ẽ ad expuendũ in multa quãtitate. ¶ Aqua quoqꝫ nõ facit ad expuendũ humores: nec mitigat tussim: si sola data fuerit i potum. Uerũtñ si data fuerit in pauca quãtitate inter potũ syrupi acetosi ⁊ potũ aque mellis faciet ad expuenduꝫ. Sed si data fuerit sub alia ꝯditõe: non bene erit eo q̄ augebit sitim ⁊ magnificat ventrẽ: qm̃ morã longã trahit i eo: ⁊ eo q̃ inde calefit nimis auget in sitim: nec penetrat velociter ad humectandũ mẽbra: ⁊ eo q̄ longã moraꝫ trahit ledit mẽbra: ⁊ eo q̄ hꝫ in se virtutẽ diuisiuã ad moduꝫ syrupi acetosi lesio ei᷒ residet in eis: sed syrupus acetosus ꝑ ꝯ̃riũ facit eo q̄ velociter penetrat cũ humiditatibus ad extremitates corporis: ⁊ habet virtutem diuisiuam.

¶ Uerũtñ balneũ mitigat dolorẽ lateris ⁊ facit ad expuendũ humores ⁊ emẽdat anhelitũ mitigãdo dolorẽ accñtẽ in latere ⁊ torace ⁊ spatulis iõ indicat̃ maximi iuuamenti ꝓ peripleumonicis ⁊ pleureticis. Uñ vtendũ est balneo i hmõi passionibus securiter absqꝫ aliquo dubio eo q̄ faciet ad expuendũ sputũ. Et si patiens vsus fuerit balneo in suo tpe sanitatis: vtat̃ eo bis in die ita tñ q̄ passio non sit nimis calida. Nec patiẽs sit i defectu v̄tutis vt descriptũ ẽ i caplõ balnei. Iuuabile q̃qꝫ indicat̃ añ maturatõeꝫ morbi si v̄t᷒ ñ fuerit i defectu: ⁊ morb᷒ nõ fuerit nimis calĩs. Sꝫ si morb᷒ fuerit lõgi tpis ⁊ dieta fuerit cũ nutrimẽtis vel grossa: balneũ cuꝫ

maturabit ⁊ leuefaciet sputum. Verũtamen non est vtendũ balneo ante purgationẽ: eo q̄ ꝯgregabit reumata ad loca lesa. Sed si vsus balnei fuerit post purgationẽ faciet ad expuendũ: sed post maturationẽ absq̄ suspitione ⁊ periculo faciet ad expuendũ humores vehemẽter. ¶ Dixit q̄ atterminatio vel status morbi in huius morbis erit cũ sputo: videlicet tempore sue maturationis: ita vt non augeãtur accidentia omnino post sputum.

L ¶ De capitulo quarto afforismorum. Dixit q̄ si sputũ velox fuerit in pleuresi breue erit tp̄s passionis. Sed si tardũ longum erit tp̄s passiõis. Qm̄ arabasinus: cuius memoria scripta est in libro epidimie: eo q̄ non eiecerat aliqd per tussim vsq̄ ad octauũ diem: sed habuerat tussim siccã passio eius non habuerit crisim vsq̄ ad trigesimũ ⁊ quartũ diem: sꝫ in pleuresi in maiori parte crisis sit ventura in quartodecimo die: ⁊ si vltra vsq̄ ad vigesimũ diem oĩo. Unde si principium sputi habuerit ante diem tertiũ crisis esset in septimo vel in nono die ⁊ atterminatio in vndecimo: ẽt si principiũ sputi sit in die tertio morbus atterminabit vsq̄ ad quartũ decimũ diem. ¶ Dixit q̄ pleuresis est ap̄a lateris. Vñ dum patiens non expuit ⁊ tussis fuerit sicca: significat q̄ ap̄a nõ est maturũ: ⁊ hoc dr̄ primus gradus: sꝫ si eiectio fuerit alicuius humoris: tñ subtilis tunc dr̄ gradus scđs: ⁊ significat q̄ maturatio non est minor q̄ in primo gradu: sed qñ sputũ fuerit grossius vltra quã fuerat significat q̄ maturatio inceperit: sed qñ puenerit ad grossitudinẽ pfectã significat qđ cõpleta est maturatio. Unde si apparuerit maturatio perfecta in tertio die vel in q̄rto iposs̄e est qđ transeat morbus diem septimũ. Unde ex necessitate ꝓlongatio tp̄is huius morbi ⁊ breuitas erit iuxta qualitatẽ maturationis ap̄atis. ¶ Dixit q̄ signũ maturatõis perfecte in pleuresi cognoscit qñ patiens expuit sputũ album partiũ equalium ⁊ mediocris contentus declinans ad grossitudinem: sed non in vltimitate: ita tñ q̄ sit in oĩbus dieb⁹ passiõis in exitu: sed si sputum fuerit subtile significat q̄ maturatio ẽ debilis ⁊ occulta: sed sputũ simplicis ruffedinis ⁊ citrinitatis vltime nõ erit laudabile. Sed sputũ liuidum ⁊ nigrũ ⁊ rubiginosum significat mortẽ. Somnus facilis super latus dolens in pleuresi significat paucitatẽ passiõis in magnitudine ⁊ malitia: ⁊ per ꝯ̄triũ econuerso. ¶ Dico q̄ vniuersalia accñtia significãtia super magnitudinẽ passiõis ⁊ malitiã sunt hec: videlicet vehemens febris in qualitate nimis: vehemẽs difficultas anhelitus: ⁊ dolor cum vehementi molestia ⁊ cõprehensione de furculis vsq̄ ad costas retrorsum: vehemens sitis ⁊ inflãmatio: multitudo caliditatis in ventre ⁊ frigiditas in extremitatibus: ⁊ vehemens dolor secus somnũ super partem lesam ⁊ assiduitas tussis sicce per longũ tp̄s ⁊ sputũ apparens in colore culpabili ⁊ difficultas sputi: ⁊ alteratio mentis ⁊ insomnietas. ¶ Dixit q̄ pleuresis ⁊ sputũ sanguis sũt ꝯ̄tria inter se: q̄ si simul acciderint alicui opus est vt minutio fiat ꝓ festinantiori ipsoꝝ. ¶ Dico q̄ dixit qđ sunt ꝯ̄tria iter se qm̄ sputũ sanguis idiget reb⁹ igrossatiuis ⁊ glutinatiuis: ⁊ pleuresis indiget reb⁹ maturatiuis abstersiuis ⁊ diuisiuis.

L M ¶ De cap̄. v. dixit q̄ si in pleuresi mũdificatio non fuerit per sputum vsq̄ ad quartũdecimũ diẽ putredinis erit coadunatio oĩo. Sed si in empicis mundificatio putredinis per sputũ non fuerit a die emanationis ipsius vsq̄ ad quadragesimũ diem decliatio passiõis erit oĩo ad ptisim: qm̄ putredo corrodit pulmonẽ si mora lõga fuerit vltra terminũ ipꝫ.

L ¶ De caplo. vi. afforismoꝝ dixit q̄ congruũ est vt requirat quãtitas doloris sistentis in costis si magna fuerit aut parua: quoniã si acciderit dolor magnus ⁊ pungens in costis in primo significat qđ qñ accidit ip̄a passio: alia passio accidit in pãniculo induto costis: ⁊ scđo significat q̄ ipsa passio non erit remota a periculo tertio qđ indiget de signis sputo vehementiori. Unde si dolor puenerit ad furculas indiget minutiõe: sed si puenerit ad partes que sunt sub hypocũdria indiget purgatiõe. Verũtñ si dolor accñs in costis fuerit paruus non pungens nec ascẽdens ad furculã neq̄ declinãs ad hypocũdria poss̄e q̄ passio sit i mẽbris carnalib⁹ q̄ sũt i costis: ⁊ iđ caret piclo nec idiget cura magna ⁊ potẽti

L I ¶ De cap̄. vi. Qr̄ si in pleuresi aut peripleumonia post diuturnã passionẽ absq̄ cã cibi vel alterius rei acciderit ventris solutio: necessario ad malum declinabit: qm̄ inde significatio dat̄ q̄ epar est debile vel stomacus ex longo morbo ⁊ nõ attrahũt ad se chilũ: sed si in p̄ncipio passiõis fuerit vẽtris solutio inmabilis erit: ⁊ maxie si fuerit post maturatõeꝫ.

M ¶ Dixit q̄ si empicus vstus fuerit cauterio: ⁊ inde emanauerit putredo multa subito periculũ sequit̄. Dixit q̄ empicus dr̄ in cuius pectoris spaciositate fuerit putredo: sed vri dꝫ cauterio empicus si in pectoris ei⁹ spaciositate putredo fuerit multa q̄ mundificari nõ poterit ꝑ sputũ: qm̄ morit̄ ex angustia anhelitus ob grossitudinẽ putredinis: vñ opus est vt causa nimie angustie anhelitus vt cauterio vratur.

L ¶ Dixit q̄ hñtibus oxiremiã raro accidit pleuresis: qm̄ oxiremia accidit hñtibus cõplexionẽ flegmaticã: sed pleuresis est ap̄a accñs in panniculo induto costis qui pãniculus ex ꝯdensitate eius nõ pōt accipere humorẽ flegmaticũ nisi raro. Dico q̄ iñ mãifestat̄ q̄ colerici apti sũt ad hui⁹ passionẽ

L ¶ De cap̄. vii. dixit. Qr̄ si acciderit ex pleuresi ꝑipleumonia signũ malum erit: eo q̄ hoc accidit qñ humor in pleuresi ex multitudine eius: ita suꝑabundans erit in spaciositate que est inter pectus ⁊ pulmonẽ dum necessarie capiat: vel q̄ necessario occupabit in pulmone. Unde peripleumonia accidit ex pleuresi sed pleuresis non accidit ex peripleumonia. Qm̄ si peripleumonia fuerit vehemens ⁊ potens prefocabit patientẽ añq̄ cõe erit pectus ⁊ pulmo in passione eius. Sed si fuerit pauci humoris ⁊ debilis ⁊ mundificabit eã patiens per tussim velociter.

M ¶ De. vij. Qr̄ si empic⁹ vstus fuerit cauterio ⁊ emanatio putredinis fuerit alba ⁊ munda: passio erit salubris: sed si fuerit liuida ⁊ fetens mors sequit̄. ¶ Dixit Halie. q̄ hoc indicandũ ẽ i q̄lꝫ ap̄ate: nõ solũmõ accñti i pectore: sꝫ i oĩb⁹ mẽbris: sed hic auget̄ auctoritas in empicis in quorũ pectoris spaciositate fuerit putredo. Qr̄ iuxta vsum antiquoꝝ medicoꝝ vtebantur cauterio ad emittendum predictam putredineꝫ.

L ¶ De diuturnis morbis dixit q̄ sputũ nigrũ vel vehemẽter rubeum vel spumosum vel vehementer fetens: vel difficile sistens cum vehementi dolore: vel cũ malo anhelitu significat suꝑ malã malitiã passionis in pleuresi ⁊ peripleumõia.

L M ¶ De libro minutiõis dixit q̄ siquis passus fuerit pleuresim aut peripleumonia aut silẽm passionẽ in costis: in vere purgãd⁹ ẽ ꝑ miutionẽ: aut medicinã sꝫ corp⁹ ei⁹ si fuerit repletũ.

L ¶ Dixit q̄ minutio si facta fuerit in pleuresi in diuersa parte partis in qua fuerit ap̄a magni iuuamenti erit: sed si facta fuerit in manu opposita loco dolenti iuuamentũ erit occultum: aut erit eius apparitio post longum tp̄s. ¶ De morte veloci. Qr̄ si acciderit pleuresis cum dolore ⁊ ꝯualescentia non fuerit in. xiiij. die putredo inde coadunabit̄ in pulmone ⁊ mors sequit̄ in ptisi. ¶ Dico q̄ nõ sic est: tñ si pleureticus non mundificatus fuerit per sputũ oĩo putredinẽ faciet: ⁊ cum putredinem fecerit ⁊ eam non mundificauerit vsq̄ ad quadraginta dies: vlcus erit inde in pulmone eius. ¶ Dixit in quo ap̄a fuerit in diaphragmate grossum deinde colatum fuerat subito ⁊ absentatum absq̄ cã nota oĩo declinabit ad pulmonẽ ⁊ mors sequetur ante septimum diem.

L M ¶ Si in pleuresi aut ꝑiplemonia fuerit solutio ventris malũ signũ erit: qm̄ significat suꝑ mortificatõeꝫ v̄tutis naturalis. ¶ Cuidã patiẽti quoq̄ i domo ꝓp̄a accidit spasmus i pleuresi: cuius passio maturata erat ⁊ de leui emissio saniei ꝑ sputum erat: ⁊ mortuus est inde contra spem nostram: quoniãꝫ eo quod de leui expuebat sperabamus salutem eius ⁊ mortuus est. ¶ Dixit q̄ rigor in pleuresi ⁊ ꝑiplõia mortalis ẽ.

aut si loca ipsa fuerint intense caliditatis: aut in aliqua par-
te ventris fuerit apã. aut humores grossi: aut si meatus fue-
rint opilati. vnde his oibus preaptatis in toto secure laxa-
tiuuꝫ poterit operari. ¶ Dico caute studeas q̃ laxatiuũ nõ
faciat intensam laxationem q̃ si sumens laxatiuuꝫ sequetur
sitim inde noli dubitare sed si vehemẽs fuerit sitis statim in-
cidenda est laxatio.

F ¶ Dixit euacuatio sanguinis abũdanter ⁊ subito facta infri-
gidat valde corpus ex abundantia illius: q̃ euacuat vapor
calidus subito de eo. vnde extinguntur calor ⁊ flãma ⁊ ascẽ
sio vaporum ad caput. vnde non dꝫ fieri operatio eius nisi
cũ virtute sana: qm̃ magis perfecte erit in extinguẽtib⁹ illud.

A ¶ Filogorius. de curadis morbis si quis sumpserit laxatiuũ
⁊ inde non fuerit laxatus non est laxandus iterato nisi ei fue
rint accidentia mala: sed si in eo fuerit tortio cum brachiorũ
extensione facta ex vehementi dolore tortionis. vtendũ est
clysterio. q̃ nisi solutus fuerit venter inde ⁊ doluerit cũ tor-
tione intromittendus est in balneo ⁊ vngendus est cuꝫ oleo
abundanter. sed inde si patitur ponderositatem vehementẽ
anxietatem: ⁊ extensionem in corpore minutio fiat proprie ⁊
precipue: si manifesta fuerint signa repletionis ⁊ eminentes
fuerint oculi ⁊ rubefacti: q̃ nisi ei accidat aliqd̃ de predictis
nisi dolor cum extensione tm̃ fuerit intromittẽdus est in bal
neo ⁊ cibandus est post exitum eius de balneo dato ei in po
tu vino abundanter: sed si passio non fuerit mitigata clyste-
ri vtendum est cum oleo. etiam si supabundans fuerit laxa-
tio intromittendus est patiens in balneo. vtendo cibo pane
infuso in aqua ⁊ vino ⁊ succo granatorum qd̃ nisi cessauerit
ligande sunt manus ⁊ pedes a superiori parte vsqꝫ ad infe-
riorem: ⁊ dandum est ei in potu de tyriaca cum ipsa calefa-
ciat velociter attrahat humores ⁊ corroboret caliditatem.
Qꝫ nisi affuerit cum filonio fiat. ⁊ si cum trociscis seminũ nõ
male erit iminente aere suo temperato: ⁊ declinante ad fri-
giditatem. ¶ De experimẽtis marasten. dixit. q̃ laxatio cru
delis conterit senescentes ⁊ eos consumit: ideo non est vten
dum ea in eis. ¶ De secundo capitulo de morbo acuto di-
xit: si dederis alicui febricitanti laxatiuum violentum in po-
tum cuꝫ scamonea elleboro: aut similibus da ei in potu post
illud de aqua ordei: aut de similibus nutrimentis: quoniam
inducit medicinam ad fundum stomaci: ⁊ lauando qd̃ adhe
suꝫ fuerit ysofago de eo ⁊ ori stomaci ⁊ inbibẽdo qd̃ nõ no-
ceat eis confert maximam vtilitatem: quoniam febricitans
indiget mundificatione stomaci: sed quotiens laxatiuum in-
cipit agere noli dare aliquid i potu de huiusmodi rebus ne

incidat laxationem. ¶ Dico quidam sumpsit laxatiuuꝫ: ⁊ eo
q̃ assellauit quindecies large stabat annulus in digito eius
in multa quãtitate. in hoc quoqꝫ erat significatio qd̃ medi-
cina euacuauit. de humiditatibus que fuerant in concauita
tibus partium quantitatem abundantem: ⁊ ideo laxatio in-
terficit ethicos: quoniam soluit totum grossum ⁊ similia de
membris eo q̃ attrahuntur per eam.

A ¶ Dico expertus sum ⁊ inueni q̃ in intensa laxatione: aut in
B intenso vomitu: aut intensa emissione sanguinis: subito per
F minutionem. ⁊ similia febris sequetur. Unde contemperan
dum est in hoc toto: ⁊ iam dixit Hyppo. q̃ quelibet euacua
tio facta superabundans opponitur nature. ¶ De summis
glauconis q̃ si indiges euacuare aliquẽ abũdanter in mul-
ta quantitate ⁊ non erit in posse ex defectu virtutis euacua
tio fiat paulatim paulatiꝫ pluries. ¶ Dico hoc confert de-
bilitati virtutis: ⁊ etiam in passionibus in quibus est corru-
ptio in sanguine firma ⁊ obtenta sicut in scabie carbunculis
cancro: ⁊ similibus ⁊ melius erit si euacuatio fiat paulatim
paulatim pluries. ¶ De capitulo sexto libri epidimie: si qs
indiget minutione ⁊ euacuatione cũ elleboro simul incipiẽ-
dum est per minutionem ⁊ postea cum elleboro. ¶ Dico q̃
hec responsio est contra illum qui extimat q̃ dignius est qd̃
precedat laxatio: sed ratiocinatio similiter significat sup ro-
bur huius cõsilij. ¶ De quarto capitulo libri sexti epidimie:
cauenda est superabundans euacuatio. quoniam si fuerit su
dor supabũdans: licet sit debilior alijs euacuatiõib⁹ sensibi
lib⁹ ex eo deducetur virtus sicut vides vrinã facere ⁊ silia.

A ¶ De capitulo sexto libri questionum epidimie. dixit si volue
F ris dare in potu alicui laxatiuum violentum vtendũ est bal-
neo ad liquefaciendu ꝫ humores: ⁊ si in corpore fuerit aliqs
locus extensus: aut in eo fuerint humores inclusi eos molle-
faciet ⁊ lenificabit: quoniam hoc peracto absqꝫ nocumẽto
laxatio erit. Non conuenit quoqꝫ balneuꝫ ante potum laxa
tiui per spacium longum: sed per spacium modicuꝫ ante po
tum eius. tamen in tempore potus eius erit melius. quoniaꝫ
balneum ante potum laxatiui spacio longi temporis factuꝫ
non potest obtinere humores liquefactos neqꝫ tenues. vn
de si balneum fit post potum laxatiui per spacium longũ in
tempore quo ipsum incipit: aut inceperit agere actum suuꝫ
attrahet ipsum ad exteriora corporis ⁊ incidet laxationem.
¶ Dico ideo vtendum est eo ante laxatiuum spacio medie
hore. sed hoc magis necesse erit habenti corpus siccuꝫ ⁊ hu
mores grossos: quoniam similiter balneum opportunuꝫ est
ante minutionem habenti sanguinem grossuꝫ. ¶ Dixit ideo
preaptanda sunt corpora grossa ante potũ laxatiui per dies
aliquos cum attenuatione humorum ⁊ apertione poroꝝ:
sed corpora calida cum humectatione nutrimentis hume-
ctatiuis: balneatione cum aqua calida multa ⁊ dulci: ⁊ quie-
te inseparabili ⁊ refutatione cogitationis: ⁊ insomnietatis.
Qꝫ si tardat laxatiuum in descensione eius de ore stomaci
q̃ cognoscitur per subuersionem ructationis ⁊ paucuꝫ actũ
laxatiui: da in cibo de stipticis. ¶ De questionibus capitu-
lo quinto libri sexti epidimie. dixit. q̃ si indiges ad curanduꝫ
passionem in qua fuerit extensio cum malitia humorum cuꝫ
minutione ⁊ laxatione incipiendum est primo cum minutio
ne: ⁊ postea cuꝫ laxatione si humores fuerint calidi: sed si fri
gidi forte indiges primo vti laxatione. Qꝫ si corpus fuerit
mundum ⁊ in aliquo membro sit aliqua passio obtenta est
euacuandum de ipso membro: aut de proximiori eius. sed si
corpus non fuerit repletum fiat cum minutione. ¶ De sum
mis virtutum qd̃ humores penes potum laxatiui conuertũ
tur ad venas non pulsiuas: deinde ad epar. deinde ad inte-
stina: deinde ad stomacum.

A ¶ De primo capitulo libri de humoribus dixit. Ego curaui
cancrum ⁊ lepram ex superfluitate: ⁊ allopitiam per laxatio
nem tantum absqꝫ re aliqua opportuna eis. etiam si hi hu-
mores fuerint in malitia ex colera ⁊ flegmate in maiori par
te sufficiẽs erit laxatio facta semel: sed si ex melancolia sicut
est cancer ⁊ lepra forte opportuna erit laxatio facta pluries
ter: aut quater: aut plus cum sanatio ipsorum dura sit per la
xationem factam semel tantuꝫ de clementis: pluries quoqꝫ
patiendo icteritiam. maniam ⁊ melancoliam licet fuerint in
vltima macie sanati sunt per laxationem: quoniam si minu-
ti essent iam morientur statim. ¶ Dico non est dubitanda
euacuatio facta de hũore inserẽte morbũ lꝫ patiẽs sit in ma
cie vltia. ¶ De sũmis clemẽtoꝝ dixit. q̃ hũores in duobus

locis corporis sunt in concauitate venarum ex qua aliqđ at
trahunt laxatiua cuȝ lenitate ⁊ velocitate ⁊ in suba metipsa
membrorum principalium. vnde ꝑueniente attractione ad
eam: opilatio fiet ⁊ ex ipsa opilatione euacuatur cum humo
re quem querit laxatiuum attrahere alius humor. ¶ Ebi-
moasius dixit qui nutritur nutrimentis bonis vtendo exer-
citio moderato non indiget laxatiuo. eo ꝙ in corpore eius
non generatur humor malus: nisi si passus fuerit malam di-
gestionem vsualiter cum ex mala digestione ⁊ causa eius in
vena eius magis generetur morbus quaȝ ex nutrimẽtis ma
lis: vnde nisi hoc fuerit non est vtendum laxatiuo cum ideȝ
excitet morbos eo ꝙ natura laxatiui contraria est corpori:
vnde ſm nocumentum eius in corpore sano: ita erit eius iu
uamentum penes necessitatem ⁊ malitiam humorũ cũ tunc
opus sit ad laxandum.

D ¶ De ca. ij. de mẽbro doelti dixit. ꝙ stõus hȝ expellere sup-
fluitates nociuas ei per vomitum in minori parte cerebruȝ
per nares. tñ in minori parte per palatum ⁊ qñqȝ per nares
intestina per laxationem frequenter. Renes ⁊ vesica: ꝑ vri-
nam. Et epar per vtrũqȝ. ¶ Dico ꝙ stabilitas supfluitatuȝ
malarum firmiter in iferiori parte stõi est ex nocumẽto illa-
to ei ab ea cuȝ locus ille sit pauce sensibilitatis. aptus est ad
retinendum id qđ peruenit ad euȝ spacio longi tpis. Sed si
superfluitas fuerit i fine malitie separabiť ab ea frequenter
expellendo eam dum fuerit supernatans in supioribus stõi.

B ¶ De primo caplõ dixit cui de leui non efficitur vomitus cũ
horribilitate eius operatio non erit bona.

A ¶ De vltimo caplõ libri. iij. epidimie. si quis patiẽs egerit ali
qđ egrediens a natura colericum: aut spumosum ⁊ turpe. ⁊
inde non debilitatur corpus non dȝ incidi lȝ supabundans
sit ꝙ si incidiť i ventre infert apã ⁊ ꝓprie in epate. ¶ De li-
bro minutionis. dixit complexio cordis alteratur ex diminu
tione humorum de modo naturali. ¶ Dico ꝙ si mutať pul
sus supabundanter euacuatio fuit intensa. vnde inspiciẽdũ
est an cor calefiat ex diminutione humorum. Quod si veruȝ sit
calefiet corpus post euacuationẽ ex alia cã cognita vobis:
⁊ hoc erit in tpe calido semper. ¶ Dico semper ſm himasui
de corrigendis laxatiuis. Si quis consueuerit vti laxatione
bona erit laxatio ei consueta. ¶ Dixit ita tñ ꝙ fiat quãtitas
assellationis laxationis ⁊ modus eius iuxta moduȝ virtutis
corporis. Quod si fortis fuerit virtus corporis laxatio fiat vio
lenta semel. Sed si superfluitas fuerit abundans ⁊ virtꝰ de-
bilis paulatim paulatim laxatio fiat pluries. Sed si supflui-
tas fuerit modica ⁊ virtus debilis non indiget nisi pauca la
xatione cum temperie. Sed habitantes in regionibus cali-
dis parum indigent laxatiuo. qm̄ parum sustinent. vnde oȝ
ꝙ sit ipsorum laxatio in quantitate modica ⁊ qualitate de-
bili: ⁊ econuerso. ita ꝙ prius faciant dietam per biduum añ:
⁊ biduum post: attenuando nutrimentũ ⁊ diminuẽdo quã-
titatem eius post laxationẽ. Sed super laxatiuum datum in
apozimate non est sumendum in potu de aqua calida dum
compleat actum suum: qm̄ calide potus cõmouebit id cũ ve
locitate. tñ super sumptionẽ pillularũ sumendũ est de aqua
calida vt inde dissoluantur ⁊ faciant actum earuȝ velociter.
pillule quoqȝ magne longe more sunt in stõ. vnde si volue-
ris attrahere aliqđ de iuncturis membrorum. vtendum est
pillulis paruis vt penetrent ⁊ transeãt cum velocitate. Etiã
vtendum est balneo post potum medicaminis per diẽ vnũ
ꝙ si graue ei fuerit ibi moram longaȝ trahere: ⁊ hoc in odi-
um habeat. emittendus est de balneo ⁊ noscas ꝙ medici-
na ꝑfecit in purgando. Sed si delectabile habuerit balneũ
ibi diligendo moram longam trahere hoc faciat secure ad
purgandum residuam superfluitatem. Sed non sunt danda
duo medicamina laxatiua in die vno licet primum non fece
rit actum suum ne forte emittãt crudeliter. Fricatio quoqȝ
pedis mitigat angustiam ⁊ inducit medicinam ad inferiora
velociter de stomaco: sed sumptio aque calide in potu miti-
gat tortionem: etiam calefactio facta cum aqua calida etiaȝ
motus moderatus: sed vomitus per triduuȝ factus ante po
tum laxatiui tollit interiectionem lamentabilem: ⁊ nauseaȝ.
Quod si intensa fuerit laxatio prouocandus est vomitus cum
aqua calida ac ponẽde sunt extremitates in ea. ⁊ balneatio
fiat in aqua ipsa: aut in balneo: qm̄ confert. sed in potu dan-
da est targia in puluere: ⁊ calefaciendum est corpus cũ em-
plastris calefacientibus vel conuenientibus. Quod si inde pa-
titur dissinteriam crudelem cauenda est laxatio secundo: ⁊
vtendum est ea tertio.

B ¶ Ruffus de libro facto ad vulgus dixit: ꝙ si quis sumpse-
rit vinum in potu ad faciendum vomitum cum eo: sumat de
eo superabundanter: quoniam cum paucitate eius vomitꝰ
erit malus valde. ¶ Binabichalid persi. dandũ est post vo
mitum de mastice cum succo pomorum: ita ꝙ non sumat in
ipso die aliquid in cibo neqȝ in potu. sed post vomitum po-
nendum est in aqua quam bibit de mastice.

A ¶ Kindi: dixerunt ꝙ extractio superfluitatũ de corpore ani
moso vel antiquo ⁊ flegmatico fit per pillulas sitarię ⁊ simi
libus in quibus compositio fiet cuȝ laxatiuis ⁊ calefactiuis

B ¶ Dixit ꝙ ligandum est super oculos ⁊ ventrem bombax cũ
leui panno ante potuȝ vomitiui. ¶ Lisadra de libro eius di
xit: da quoqȝ in potum ante vomitum per triduuȝ quolibet
die de oleo sisamino recenti. ℥. ij. cum tantũdem vini fortis ⁊
simplicis ⁊ vtendum est balneo die quolibet ⁊ in vnctione
corporis cum oleo.

A B ¶ Hyppo. in pronosticis: non est ponendum de sale in mul-
ta quantitate in cibarijs volentis sumere laxatiuum. sed vo
lentes vomere debent vti abundanter somno. Sitis quoqȝ
valida post vomitum ⁊ laxationem significat superabundã
tem euacuationem corporis ⁊ vtilitatem eius. ꝙ si ex vomi
tu aut laxatione spasmus accidit aut tremor calefactio fiat
⁊ vnctio cum oleis calidis ⁊ oleo sigie oleo veteri oleo lilio-
rum ⁊ oleo cucumeris asinini. Sed si infrigidatuȝ fuerit cor
pus ponenduȝ est in oleo ipso de euforbio piretro castoreo
⁊ pipere ⁊ continuanda est cuȝ eis calefactio. si spasmus fue
rit vehemens ⁊ confert ei calefactio cum oleo calido posito
in vesica aut cum panico ⁊ semine lini frequenter ⁊ durabi-
liter. sed si corpus fuerit calidum non est curandum hac cu-
ra: sed cuȝ aqua tepida ⁊ oleo dulci. ꝙ si passus fuerit singul
tum sternutatio fiat. etiam si post vomitum suffocatio acci-
det. ⁊ si intensus fuerit vomitus clysteri vtatur laxatiuo: ⁊ li
gentur brachia si sumens laxatiui aut vomitiui vomet inde
sanguinem ⁊ dandum est ei in potu de vino admixto cum la
cte in quantitate. ℥ xxxvi. quoniam inhibet exituȝ sanguinis
⁊ tollit malitiam medicaminis: ⁊ laxat vt decet. sed liganda
sunt membra ⁊ dandum est in potu de syrupo acetoso infri-
gidato in niue paulatim ad faciendum transire epiglotũ ali
quod inconueniens. Sed si expuerit sanguinem de pulmo-
ne per biduum successiue requiescat ⁊ ligatio fiat super ocu
los penes vomitum ⁊ lauetur facies cum aqua frigida post
vomitum: nec est dissoluenda ligatio facta super oculos dũ
non cesset vomitus prouocatio ⁊ lauandum est os inde.

A ¶ Dixit Hyppo. oportet te volentem dare medicinam inter-
rogare patientem vtrum sumpsit aliquam medicinam om-
nino ⁊ qualiter respõdet natura in eo ⁊ in medicina sumpta:
⁊ qualiter est de consuetudine eiꝰ: ⁊ ſm modum ipsius fiat.
sed non est dandum laxatiuũ in potu febricitanti. ¶ Hyp-
po. si quis fuerit humidi ventris inferioris ⁊ liquide nature
pone in laxatiuo ipsius aliqđ hñs in se virtutem nauseatiuã
quoniam hoc contemperat complexionem laxatiui penes
eum restituendo partem virtutis eius in parte ventris supe
riore ⁊ ecõuerso. ¶ Dixit: ꝙ infantes ⁊ seniores nõ sustinẽt
euacuationem vehementem. sed qui sunt mediocres inter
ipsos eam sustinent.

A B ¶ Dixit: ꝙ ascensio ⁊ motio ad superiora conuenientes sunt
ad excitandum vomitum. sed descensio ⁊ manatio ad infe-
riora conuenientes sunt ad laxationem. sumendũ est quoqȝ
laxatiuum in loco tepido vt de leui transcurrant humores.
sed superabundans laxatio calefacit epar valde: ⁊ similiter
facit vomitus superabundans ⁊ multa euacuatio generali-
ter. ¶ Dixit ꝙ calefactio cutis subuenit ad inhibendum la-
xationem ⁊ vomitum: etiam ventose cum igne ⁊ scarifactio
ne ⁊ absqȝ scarifactione ⁊ ligatio membrorum subueniunt:

B ¶ Arcagenisius de libro eius de vomitu cum elleboro dixit
vtendum est vomitu post cibum ⁊ super repletionem cum
radice dum vomens habeat vomitum in vsu de leui: dein-
de dandum est ei in potu de elleboro. Quod si sumens eius fue
rit virtuosus fiat cum ieiuno stomaco. sed si debilis danduȝ
est ei in cibo aliquid in pauca quantitate: deinde in potu
de eo ne ei accidãt aliqua mala. sed regimen fieri dȝ ꝑ dies
aliquos añ cũ cibarijs bonis calidis ⁊ hũidis. sȝ hic vomi-
tus fieri dȝ in vere: aut in autũno. Terať elleborus ꝓ vt ma
nifestauimꝰ in caplõ correctõis vomitiuoꝝ. sed addendũ est
super capitulum vomitiuorum ꝙ sumptio ipsius fiat mane

post q̃ egestio secuta fuerit: ita tamen q in principio fiat cly
stere: deinde cum aqua mellis: ⁊ aqua excoriati ordei: sum-
ptio eius fiat. sed post potum ipsius debet quiescere dũ me-
dicamen incipiet agere actum suum. Or si ante tempus con
ueniens velociter superuenerit vomitus mitigandus est cũ
odoribus bonis oppressione extremitatum potu aceti sum-
ptione citoniorum pomorum ⁊ modico masticis positione
manuum ⁊ pedum in aqua calida ⁊ similibus. Sed si vomi-
tus tardauerit, per horas excitandus est cuz potu aque mel
lis aut aque tepide ⁊ cum motu in primo: deinde cuz penna
Or si vomuerit moderate nec fuerint inde accidentia qbus
erit cura opportuna inseparabiliter vtatur quiete vngen-
do caput cum oleo ⁊ pectus: ⁊ vngenda sunt hypocundria
cum oleo ⁊ vtatur quiete ⁊ somno ipso die: ⁊ intromittẽdus
est in balneo in crastino die mane ⁊ velociter lauandus est:
⁊ statim q egredietur balneum recipiat in cibo de cibariis
velocis digestionis: ⁊ regendus est tali modo dum reuertat
ad virtutem eius. ¶ Sed signa euacuatiõis laudabilis hec
sunt q in primo accidet nausea: deinde punctio vehemens
in ore: stomaci: deinde vomitus sequetur cum flegmate sup-
abundãte semel ⁊ pluries: deinde post illud sequetur aliqd
tenue ad modum sputi. sed hec perseuerare debent per tres
horas aut quattuor cum dolore vehementi nausea violen-
ta tempestate ⁊ discoloratione: ⁊ forte inde soluetur venter
bis: aut ter: aut plus sed post horã quartã hec debent cessa-
re: ⁊ sumens inueniet quietem vehementem dormiendo he-
ne. sed omnia hec accidẽtia salutifera sunt ⁊ laudabilia abũ
danter. sed in omnibus contrariis horum suffocacio est pe-
ior. sed signum eius habetur q accidet principio ipsius sum
ptionis quasi habere voluntatem ad vomenduz ⁊ nõ posse
sed inde accidet extẽsio rubor i oculis inflatio in eis: emine-
bunt oculi ad transgrediendum foras sudatio erit absidans
⁊ frequens deficiet inde vox: deinde morietur nisi cum ve-
loci studio curetur. Or si videris hec accidentia esse cuz ve
loci studio: da in potu de aqua tepida cum melle ⁊ oleo lili-
no imponendo pẽnam gule ⁊ digitum: quoniaz si vomuerit
nõ suffocabitur. Or nisi vomuerit ligande sunt tybie eius ⁊
comprimende ⁊ velociter fiat: clystere acutũ: accidit quoqz
inde dolor penes hypocundria vehementer ⁊ valde. q miti
gandus est per epithima calidum: emplastrum calidũ: ⁊ ẽt
ventosam calidã cuz igne appositaz. sed inde accidit singul
tus qui mitigandus est per sternutationem ⁊ ventosam po-
sitam super pectus ⁊ potum aque calide: etiam inde accidit
vomitus sanguis qui si fuerit modice quantitatis non est in
cidendus sed si multe quantitatis fuerit incidendus est cuz
ligatione extremitatum ⁊ potum succi portulace cũ luto ar-
menico: etiam inde accidit congelatio cuz apopleria altera
tione mentis ⁊ defectu vocis vnde comprimende sunt extre
mitates ⁊ ligande calefaciendus est stomacus cum oleo in
quo cocta fuerit rutha cum cucumere asinino dãda est vox
magna in auribus ⁊ de aqua calida in melle dandum est ei
in potu. ¶ Accidit etiam ex malitia vomitus per horas plu
res defectus pulsus in vna vice post aliam ⁊ reuertitur. sed
hoc accidit magis quotiẽs de eo fit sumptio in multa quã-
titate: vnde velociter cura ipsum anteq̃ corroboret super-
abundantia vomitus cum rebus bonis ligatione extremita
tum ⁊ calefactõibus stõi cũ epithimatibus ⁊ gargarismatis
factis cum aceto aqua ⁊ sale: ⁊ ouis mollibus ⁊ pulte boni
saporis: cautus ne des ei de vino in potu nisi post debilita-
tem vehementem: sed postea vtendum est etiam in potu vi
no albo odorifero ⁊ tenui mixto nimis cum pulte ⁊ licet ipse
vomuerit cõtinue: da ei de eo ⁊ de cibo pluries. sed hec sunt
accidentia sumptionis ellebori. ¶ Dixit q macilẽtus ⁊ de-
bilis ⁊ qui vehementem patitur vomitum sunt in dubio ne
suffocentur in sumptione ellebori. ¶ Dixit q vomitus de-
bet fieri cum elleboro albo.

A ¶ Kindi de libro eius de medicinis laxatiuis dixit: q laurus
⁊ turbith quãdo putrefiunt paruum faciunt pulsum ⁊ hane-
litum eo q debilitant calorem innatuz. sed curant cũ aqua
frigida cum ipsa confortet corpus: ⁊ prohibeat dissolutionẽ
spiritus. ¶ Dixit q laureole. i. masirion. s. leonis terre laxa-
tionem incidit id qd mitigat acuitatem eius. sed apostema
infert: ⁊ dolorem in membris ⁊ ea mollefacit. ¶ Dixit: non
oportet quoqz vti post laxationem ⁊ alias euacuatiões nu
trimentis cum fastidio in abundanti quãtitate eo q replent
corpus de humoribus crudis. sed vti debet eis paulati pau

latim dum reuertetur ad arterias corporis de nutrimento
modico post modicum: nec procedat velociter vt subito cõ
uertatur ad nutrimentũ superabundans licet ipse fuerit vir
tuosus. ¶ Dico noli dare laxatiuum in potu nisi post lenifi-
cationem nature cum siccitas attrahat laxatiuum ⁊ faciat
actum suum fieri cum lamentatione ⁊ diminutiõe vltra de-
bitum. Or si laxatiuum fuerit debile nõ laxabit inde: aut mo
dice laxabit ⁊ forte subiiciet medicina violenta valde natu
ram duram cuz magno nocumento. sed in crisi cauenda est
laxatio: ⁊ procedendum est prout decet. ¶ Dixit Ga. de nu
trimentis quidam sumpsit de scamonea ⁊ moram trahendo
per. x. horas: nulla laxatione facta passus est inde angustiaz
⁊ infestationez in suo stomaco: ⁊ effect9 est color ei9 citrinus
sed dato ei fructu stiptico in cibo mitigata fuit passio ⁊ solu
tus fuit venter. ¶ Iudeus: si virtus fuerit potens: ⁊ super-
fluitas abundans laxatio fiat subito. si virtus fuerit debilis
⁊ superfluitas abundans laxatio fiat pluries cum cautela ⁊
confortatione stomaci: ⁊ vtendum est laxatiuo in corporib9
⁊ regionibus ⁊ temporibus calidis minus: cum inde in eis
dissoluantur abundantes superfluitates: ⁊ econuerso. vnde
vtendum est laxatiuo in regionibus frigidis cum medicinis
magis violentis: ⁊ in quantitate maiori cum non fiat in eis
dissolutio sicut fit in calidis: nec respondeat nisi fiat cum le-
uitate sicut in illis: ⁊ noli laxare infantem neqz seniorez. etiã
sumens eius vti debet dieta per biduum ante: ⁊ biduuz post
cessando a labore coitu cibariis nociuis ponderositate ci-
borum ⁊ potus: proprie in die medicine: quoniam nocent ex
debilitate nature indigendo. etiã nõ debet vti in potu aqua
calida post potũ medicie in apozimate date nisi in fine ei9:
finantem eam expellet ⁊ emittet subito absqz perfecto actu.
¶ Sed cum pillulis est vtendũ potu aque calide eo q eas
mouet ⁊ dissoluit. q si per pillulas volueris purgare aliqd
de capite pillule fiant magne. Si de articulis pillule fiant
parue. q si longam moram trahunt in stomaco: cuius signi-
ficatio habetur per ructuationem in qua erit sapor medici-
ne: cura fiat cum potu aque calide ⁊ succi malorum pomoꝝ
⁊ aque cum sale. q si moraz trahunt in intestinis ⁊ volueris
q non est in ructatione sapor ipsorum cõmotio fiat cuz cly-
sterio. sed si breuiter fecerit actum medicina vtẽdum est bal
neo per dies aliquos vt perfecte inde egrediãtur superflui
tates quas cõmouit medicina. sed remouẽda est nausea ve-
hemens accidens penes potum medicine cum sumptione
vini lenis ⁊ veteris ⁊ masticatione ceparum cum aceto ⁊ fri
catione inferioris partis pedum cum oleo ⁊ sale. sed mitigã
da est tortio per calefactionem ⁊ potum aque calide cũ mel
le ⁊ motum. Sed si quis consueuerit pati nauseam vehemẽ
tem penes potum medicine laxatiue: vtatur ante potũ ipsi9
vomitu etiam penes laxationem intensam excitãdus est vo
mitus: ⁊ infundende sunt extremitates in aqua calida ne ad
sudorem veniat ⁊ illiniendum est corpus cum confectione
composita de succo pomorum cuz nitro rosis citoniis cam
phora ⁊ ramik. ⁊ dandum est de luto sigillato cum puluere
granatorum ⁊ similibus: ⁊ vtendũ est cibariis confectis cuz
succo vue acerbe ⁊ similibus: q si intestina vlcerata fuerint
ex laxatione per tempus longum. sed si opus fuerit sumen-
dum est in potu id in quo non erit acuitas. ¶ De libro mi-
nutionis dixit: difficile est scire quantitatem opportunam in
euacuando. Ideo cum magna cautela fieri debet laxatiuuz
sed vomitum magis: quoniam non poteris inhibere q non
agat actum suum quotiens fuerit in ventre nisi cum labore.
Ideo dandum est laxatiuum in quantitate conuenienti vt
faciat iuxta modum opportunum: non cum diminutione vt
fiat iterato. ¶ De epedimia plures discipuli Hyppo. dubi-
tabant dare balb. laxatiuum licet in modica quantitate fue
rit eo q apti sunt ad fluxum vẽtris. sed illi dubitabant ne in
de paterentur fluxum ventris. Quidam quoqz ipsoꝝ dixe-
runt q hoc in eis accidit ex humiditate. quidam dixerunt q
accidit de siccitate. sed primum dictum accipitur de experi-
mento. ¶ Dico q balbuties non fit nisi ex humiditate ⁊ de-
bilitate musculi. sed hoc accidit quandoqz infantibus ex hu
miditate. sed quando corroborantur ⁊ crescunt in calidita-
te ⁊ iuuentute cessabit inde.

A ¶ De libro megategni. dixit q laxatio conueniens erit om-
B nibus mẽbris que sunt in capite. sed vomitus omnibus mẽ-
bris que sunt in ventre. ideo si fuerit passio in inferiorib9 cor
poris vomitus erit cõueniens. sed si hoc superfuerit oppor-

tuna erit minutio ipsius membri. sed si passio terminata fuerit ⁊ sederit econuerso fiat. ¶ Dixit. H. de medicinis laxatiuis ego curaui passiones plures diuturnas sicut epilepsiam scotomiam ⁊ sciaticam: ⁊ lepram cum laxationem tantum.

B ¶ De humoribus cuius pectus fuerit strictum pulmo eius erit oppressus: vnde in eo non est vtendum vomitu ⁊ ꝓprie cum medicinis violentis sicut elleboro albo ne rumpantur vene in pulmone. Sed q̄ consueuit vti vomitu de leui fiet ei vomitus. si aūt vomitus operatio erit fallax: ⁊ ꝓprie cū elleboro ⁊ silibus. ¶ Dixit: in cuius stō manās fuerit colera ru. ⁊ ꝯdn̄ans fuerit ei nigra ⁊ fuerit in regiōe calida: ⁊ ipsius regimen fuerit sub labore inducens est ad vomenduꝫ vt de leui fiat in eo vomitus. sed ante comestionem vomat. tñ q̄ cōsueuit vomere post cibationē ꝓhibenda est consuetudo illa paulatim cum hec consuetudo faciat stomacum fieri velocis acceptationis superfluitatum. sed vomitu vtendum est ante cibum ad euellendam ⁊ emittendam viscositatem prouocantem vomitum cum radice ⁊ syrupo acetoso: tñ postea sumendum est de cibarijs conferentibus stō. sed confortandus est stōus per exteriora cum rebus ꝯfortantibus ipsum.

A ¶ De morbo acuto: opꝫ te tua rōne inspicere studiose ⁊ firmiter super humorem quem laxare ꝓponis cum aliquo laxatiuo. ēt de laxatiui quantitate: qm̄ si plus erit cōmouebit vltra. si minus non educet: ⁊ magnum inferet nocumentum. ēt noli dare laxatiuum violentum laborantibus febre acuta: sed cura fiat ad conseruandam virtutem stōi febricitātis penes sumptionē laxatiui vehementior. Aqua etiaꝫ tepida post incisionem laxatiōis sumpta in potu educit qđ residuū fuerit ⁊ obtentum: de medicina cōtemperat qđ intensuꝫ fuerit in sumptione ipsius. sed in tp̄e laxationis non est sumenda cum ea aliqua compositio ne incidat laxationem. ¶ Dixit ꝙ vtendum est ipso die laxatiui pauco nutrimento cum virtus sit debilis ad digerendum.

B ¶ Ruffus: cauendus est vomitus in eo qui non fuerit inductus ad vsum ⁊ cōsuetudinē ipsius in quo fit inde debilitas in congelatis in habentibus pectus strictum: in dolentibus caput: in hn̄tibus collum tenue: ⁊ in his in quorum gutture generatur flegmon: sꝫ laxādi tm̄ sunt: sed fieri dꝫ in flegmaticis: tñ in vtiliori tp̄e sit in quo vinum superabundans fuerit bibitum: aut in tp̄e in quo accidit iecticatio cum hebetudine ⁊ tepefactione in pluribus locis corporis cuꝫ somno ⁊ obliuione ⁊ pulsatione venarum ⁊ horripilatione extraordinarie illata cum caliditate iminēte: qm̄ hec signa sunt repletionis indigentis vomitu. Q̄ si volueris vomitum facere ⁊ attenuare flegma da in cibo de sinape radicibus ⁊ piscibus salitis ⁊ costo. sed in potu de vino abundanti lymphato: cuꝫ aqua ⁊ melle ⁊ modice dormiat: deinde da in potu de aqua tepida abundanter ⁊ vomat. sed postq̄ vomuerit lauet faciem cum aqua frigida ⁊ os cū aceto ⁊ aqua sumendo in potu de aqua calida modice: tñ super caput ponendum est de oleo rosaceo ⁊ quiescat: deinde precipiat ad fricādū pedes. sed qui cum difficultate vomuerit vtatur vomitiuis s̄m qđ in capitulo eius est. ¶ Dixit vomitus post potū vini superabundantis confert. sed si fuerit imodica quātitate nocebit.

B A ¶ De afforismis in quolibet corpore euacuando stude ꝙ humor qui euacuandus est transcurrat de leui. quidam quoqꝫ medici ad hoc vtuntur vomitu stō pluries: ⁊ dantes postea de vomitiuo violento laxant ventrem: sed his vtantur ante laxatiui potum. ¶ Dico ꝙ si hec intensa fuerit operatio cū difficultate erit euacuatio ⁊ angustia: ⁊ inde accidet in maiori parte tortio cum interiectione lamentabili vertigine vehementi malo pulsu ⁊ sincopi. ¶ Sed. H. vtebatur ante potum laxatiui regimine attenuatiuo ad incidendum grossitudinem humorum: ⁊ attenuandum eos: ⁊ dilatandum poros vt inde laxatiuum possit attrahere humores. vnde si taliter gerit vomitiuum aut laxatiuum non erunt inde accidentia mala: sꝫ euacuatio erit absqꝫ labore velociter ⁊ melior ⁊ efficacior. tñ si venter macilentus fuerit ⁊ extenuatus vomitus ⁊ laxatio i eo erūt fallaces: qm̄ vēter dꝫ esse virtuosus ad bene expellendum in laxatione ⁊ vomitu qđ necesse fuerit. Sꝫ illa dispō significat super debilē ventrem cuius corpus fuerit sanum ⁊ humores boni medicina laxatiua aut vomitiua nisi fuerint in eo humores mali difficilis erit ⁊ nocens in ferendo ei forte defectionem cordis ⁊ interiectionem tm̄. Si humores mali fuerint in eo operatio eorum excitabit nocumentum si humor fuerit coagulatus. sed si liq̄dus supabundans inde alleuiabit corpus. hn̄s quoqꝫ humorē maluꝫ in corpore in modica quātitate lꝫ dꝫ alleuiari post laxationeꝫ corpus ipsius inde patietur defectum cordis ⁊ sincopim cū laxatiuū excitet humoreꝫ malū: ⁊ corpus pauci humoris ⁊ mali sequat̄ ex potu laxatiui debilitatē: qm̄ laxatiuū ⁊ vomitiuum inferunt sanis vertiginē ⁊ tortionem si difficilis fuerit eductio ipsius qđ educendū est maxime in q̄bus non fuerint humores mali: qm̄ si volumus attrahere de corpore nō hn̄te malū humoreꝫ. aut si fuerit pauce quātitatis attractio erit difficilior ⁊ ad sanguinē reuertet̄ inferendo interiectionem inde cū defectōe cordis ⁊ silibus: vñ vtendū est laxatiuo qñ in corpore ꝯgregata erit supabundans supfluitas. sꝫ si vtit̄ laxatiuo supabūdanter ex timore ꝯgregatōis supfluitatū in corpore extenuabit corpus inferendo ei ꝯsuetudinē ꝯriā. ¶ Ruffus de potu lactis: oportet quoqꝫ euacuantem corpus eius euitare repletionē corporis de nutrimētis: qm̄ repletio cito iducit̄ ad corpus vacuū. ¶ De amphorismis ꝙ si volueris euacuare aliq̄d de corpore respice in humore quē euacuauit nā pluries si confert. Congruū est quoqꝫ vt vomitus fiat in estate magis. ⁊ laxatio in hyeme magis: qm̄ humores in estate sunt colerici supnatātes ⁊ declinātes ad supiora. sed in hyeme ecōuerso. vñ oꝫ ꝙ attrahat̄ humor de loco ad quē declinans fuerit nisi ipediens fuerit ꝯriuꝫ sicut facit tp̄s caniculare. vñ post ascensionē ipsius stelle: ⁊ ante ascensionē: ⁊ in tp̄e ascensionis corpus tunc erit calīm ⁊ non sustinebit acuitatē laxatiui neqꝫ vomitiui: qm̄ qui i ipso tp̄e cū potu laxatiui euacuat̄ vel alia re in maiori p̄te calefiet: ⁊ debilitatur virtus eius ex caliditate vehementi: ⁊ euacuatio augebit in eo debilitatē. ēt substantia laxatiui tunc erit mala cum caliditas aeris attrahat laxatiuum euacuās humores ad supficiē corporis: qm̄ sicut balneatio cū aqua calida incidit laxationē medicaminis: ita silīter incidit eā caliditas estiua: ⁊ ꝓprie in supfluitate ꝯditiōis caloris. ¶ De amphorismis qui macilent⁹ fuerit ⁊ de leui sustinet vomitū euacuādus est per supiora tñ in hyeme non: qm̄ in macilentis cōdominans erit colera ru. vñ euacuatio ei⁹ fieri dꝫ in estate per vomitū: sed vomitu non est vtendū in eo in quo fit difficilis vomitus: ⁊ in quo fuerit mediocris carnositatis: tñ euacuatio ipsorū dꝫ fieri cuꝫ laxatiuo per inferiora caute: ne fiat in estate. ¶ Dixit Hyppo. euacuandus est macilentus per superiora cū medicamine si de leui fit vomitus. tñ non in hyeme. sed si dispō fuerit mediocris euacuatio fiat per inferiora cū medicina: tñ si indiget euacuatōe per supiora vtenduꝫ est ea in estate. vñ in alijs tēporibus anni cauendus est vomitus. sed in quo fuerit ꝯdn̄ans colera nigra euacuatio fiat cū laxatiuo violento: qm̄ hic humor grossus est infima querens. ¶ Dixit vomitus euacuat ꝙ in stō est. sed qđ in intestinis non. ꝙ si opus fuerit alicui in potu sumere de elleboro ⁊ vomit⁹ fit ei de facili ante sumptionē eius corpus humectādum est cū nutrimento abundanti: ⁊ q̄ete ꝓlixa. ¶ Dixit. H. expienda est nā in volente sumere de elleboro qualis fuerit facilitas vomitus eius sumentis cū vomitiuis leuibus. ꝙ si inueneris in eo vomitū fieri de facili ꝯuenientē noli ei dare de elleboro dū non preaptet̄ corp⁹ ⁊ ṗparet̄ ad id qđ ab eo euacuare disponis cū frequēti vomitu ⁊ inducat̄ vomit⁹ ad vsum: ⁊ idē ꝯn̄s fiet ⁊ cū nutrimentis multis ⁊ q̄ete ad humectandū corpus ita ꝙ nutrimenta eius sint dulcia ⁊ vnctuosa euitatis acerbis ⁊ stipticis ⁊ silibus sicut est aqua salsa eo ꝙ desiccat. Q̄ si volueris dare alicui de elleboro in potu: stude ⁊ ꝓpone semꝑ ad cōmouendum corpus magis ita ꝙ dormitio ⁊ quies sint minus: qm̄ motus excitat vomitum: ⁊ habet̄ significatio inde suꝑ hoc per morā que trahit̄ in nauibus nauigātibus in mari: ꝙ ipsa excitat ad vomitū: vñ si excitat̄ per se quanto magis excitat̄ per violenta medicamina vomitiua. Q̄ si volueris ꝙ euacuatio per ellebor̄ sit magis ꝯueniēs corpus cōmouendū est magis. Sed si volueris ꝙ minor sit euacuatio eius est vtendū q̄ete ⁊ ociositate vt fiat euacuatio ad ꝓpositū. sumptio quoqꝫ ellebori in hn̄ti corp⁹ sanū fallax: ne inde accidat spasmus ex vehementi potentia ⁊ anxietate ei⁹. ¶ De afforismis: in quo fuerit febris ⁊ paucus appetit⁹ cibi cū pūctōe in ore stōi ⁊ vehemēti amaritudine in ore eius vomitu vtendum est in eo: quoniam hoc significat ꝙ humores mali sunt i stō. ⁊ cū amaritudo sit significat ꝙ sunt colerici somniantes: etiam vtendum est vomitu licet in ore eius non fuerit amaritudo. ¶ Hyppo. non sunt curandi dolores accidentes suꝑ diafragma nisi necessaria

fuerit in cura euacuatio per vomitum.qui quoqꝫ ſumit laxa
tiuum ⁊ non ſitit poſt illud non debet incidere illud duꝫ nõ
ſitiet. ¶ Dico:oportet te conſiderare in eo ꝙ dixero ꝙ ſitis
quandoqꝫ in quibuſdam accidit eo ꝙ ſtomacus ipſorũ eſt
calidior ⁊ ſiccior : aut eo ꝙ humor qui euacuatur eſt colera
rubea.aut ex acuitate laxatiui: ⁊ per cõtraria tardabit ſitis.
ſed in ſumentibus laxatiuum ſi velociter infeſtat ſitis ſigni-
ficat ſuper ſuſtinentem euacuationẽ:⁊ econuerſo:ſi ſitis fue
rit tarda.Sed quotiens ex laxatiuo ſitis accidit ſignificatio
habetur ꝙ medicina perfecit ſuũ opus.vnde ſufficiens erit
euacuatio quotiens ſitis in ea accidit. ¶ Dixit ꝙ impoſſibi
le eſt ꝙ medicina in ſe non habeat acuitatem ⁊ caliditatẽ:⁊
licet hoc non ſit in ea mãifeſte in occulto omnino erit in ea
in aliqua parte in quo non fuerit febris ⁊ patitur tortionem
⁊ ponderoſitatem in genibus:dolorem in ventre indiget la
xatiuo:quoniam ſignificat ꝙ manatio humoruꝫ eius ad in-
feriora procedit.Qui poſt potũ ellebori albi patiẽ ſpaſmuꝫ
omnino peribit.ſed tamen ſi hoc accidens fuerit de ellebo-
ro in principio negocij dubitanduꝫ eſt ne ſuperneniat ſuffo
catio in vomitu.ſed hoc accidit penes infeſtationem vomi
tus cõmũicatis omnibus neruis cũ ore ſtomaci tamen hec
ſpecies ſpaſmi leuior eſt alijs que accidunt de ell eboro ſci-
licet:ſicut eſt ſpaſmus accidens ex cauſa ſuperabundantis
euacuatõis ſicut accidit in fluxu ventris de elleboro. ¶ Di
co ꝙ accidentia in primo euacuationis ⁊ attractiõis de elle
boro fiunt ex abundantia illius ꝙ attrahitur quotiens vir-
tus fatigatur ad expellenduꝫ illud.ſaluabitur enim ſumens
per vomitum ſi inducitur vt de leui fiat vſualiter purgãdo
eum de vna ſpecie in aliam dum illa ſpecies fuerit congre-
gata:vnde non bene debet teri elleborus ne ſpaſmus infe-
ratur ex cauſa punctionis oris ſtomaci quotiens adherebit
eidẽ.ſed de ſpaſmo accidenti poſt vehementem euacuatio-
nem cura fiat per inciſionem euacuationis ſi fuerint intenſe
quantitatis per pilam ⁊ aquam mixtam cum oleo: ⁊ vnctio
nem ⁊ pultes liquidas ⁊ lenes ⁊ clyſteria cũ oleo ⁊ aqua fri
gida:⁊ mucillagine pſilij ⁊ ſimilibus . ſed ſpaſmus fuerit:eo
modo:ſed querendũ eſt ꝙ ſi hic ſpaſmus fuit accidens poſt
euacuationẽ incurabilis erit omnino.tamen ſi fuerit in ꝑnci
pio paſſionis noli diſconfortari quoniam mitigatur cũ miti
gatione facta punctioni accidentis in ore ſtomaci.ſpaſmus
quoqꝫ ⁊ ſingultus ſi accidunt poſt euacuationem abundan
tem malum:⁊ periculoſum:etiam ſi accidit ſingultus cuꝫ ru
bore oculorum poſt vomitum.ſignificatio erit mala cuꝫ vo
mitu niſi mitigat ſingultum ſignificat ꝙ apoſtema eſt in ce-
rebro:aut in ſtomaco.ſed rubor in oculis fit in vtroqꝫ vni-
uerſaliter:tamen ſi accidit ſpaſmus poſt ſumptionem medi
cine mortalis.ſed ſingultus ſi fuerit poſt fluxum ventris ma
lum:tamen deterior erit ſi fuerit ex debilitate. ¶ De aere ⁊
regione : qui ſumunt de aqua tepida in potu ⁊ inde vomue-
rint eos laxare non poterit niſi ꝙ magis violentum fuerit in
medicinis:⁊ ſimiliter in ſpleneticis. ¶ Dico ꝙ valet ad hor
ribilitateꝫ ꝙ ſtringantur nares valde:ita ꝙ non poſſint ol-
fare omnino.nec aperiatur donec lauetur os ⁊ deficiat ſa-
por eius ex maſticatione alterius rei poſite in ore. ſed maſti
canduꝫ eſt de tarchon ante medicinam dum ſtupefiet os ex
continua maſticatione eius.ſed ligentur etiaꝫ extremitates
⁊ membra ita ꝙ ſumens eius non vomat eandem etiam ſu-
mat ſuper medicinam de rebus ſtipticis quieſcendo ⁊ nul-
lum faciendo motum per horam bonam dũ deſcendet me-
dicicina:deinde motuꝫ faciat.ſed pillule inuoluende ſunt in
melle aut in ceroto:⁊ poſtea deglutiende. ¶ Abugerig.di-
xit qui vomuerit penes potum medicine debet vomere ſu-
per repletionem ante hoc pluries ⁊ ſequendo ipſo die die-
tam cum tenui nutrimento ⁊ bibat poſtea medicinaꝫ.ſed li-
gandum eſt ſuper oculos cum panno leui penes vomitum
faciendo ⁊ vomat ante potum medicine per horam vnam
bonam. ¶ Dico ego video in hoc eſſe peccatum : quoniam
ſtomacus inde turbatur ⁊ excitatur. ¶ Dixit ſi intenſa fue-
rit laxatio inde ſedeat in aqua frigida infundendo ſe de aq̃
multotiens ⁊ mitigabitur inde iteriectio . ¶ Bimmaſui qui
voluerit vomere cum elleboro albo ſumat ante euꝫ in cibo
cibarium modicum ⁊ leue.

A ¶ Bimaſui.ꝙ ſi virtus fuerit potẽs ſubito abſqꝫ timore la
xatio fiat.ſed ſi debilis pluries fiat paulatim : tamen pauca
debet fieri laxatio in regionibus calidis : ⁊ cuꝫ medicinis la
xatiuis pauce quantitatis.⁊ modo ſimili faciendũ eſt in eta
te:tempore:⁊ ecõuerſo.Sed qui voluerit ſumere in potu la-
xatiuum per biduum ante : ⁊ biduum poſt vtatur dieta.ſ. in
potu:coitu:⁊ labore.⁊ ſumenduꝫ eſt de cibo facto ſpidebeg
in aqua ⁊ ſale ⁊ iudeba leui ante.ſed poſt laxationem ſi fue-
rit moderata cibus fiat zirbeg:tamen ſi intẽſa fuerit vtatur
cibo zirbeg non in multa quantitate.etiaꝫ non ꝙ ſit cibariũ
de carnibus groſſis confectum. ¶ Dixit ꝙ danda eſt deco
ctio in potu tepida.etiam pillule dande ſunt cum aqua tepi
da:ſed ſuper potum decoctionis laxatiue non eſt ſumenda
aqua tepida niſi poſt completum laxationis eius.ꝙ ſi eua-
cuatio facienda eſt de capite pillule fiant magne ⁊ econuer
ſo.⁊ ſummarie ſi volueris ꝙ pillule moram trahant longaꝫ
pillule fiant magne.Sed ſi cum eis volueris purgare artict
los pillule fiant parue.ꝙ enim emiſſum fuerit in laxatõe cla
rum erit de arterijs ⁊ extremitatibus vltimis . ſed ꝙ turbi-
dum de ſtomaco erit:tamen ſi tardauerit laxatiuum in actu
ſuo cõmouẽdum eſt cum aque potu calide mixte cum melle
aut cuꝫ ſale.ſed ſi euacuatio opportuna fuerit in iteſtinis in-
ferioribus clyſterio vtatur cum medicinis extrahentibꝰ hu
mores viſcoſos in potu datis:ſed cognoſcitur ſi qd reſiduũ
de medicina remanſerit in ſtomaco per ructuationem . ſi in
eo remanſerit ſapor medicine ꝙ ſi medicina breuem actum
fecerit vtendum eſt balneo poſt eam per diem ibi continue
per dies plures duꝫ emittantur de eo in toto ſuperfluitates
caute ne ſequatur medicinam.ſi breuis fuerit actus eius la-
xationis in eodem die aliquod accidens inde licet aliquod
fuerit accidens ex laxatione ipſa . ſed confert triſtitie illate
ſuper medicinam ꝙ in capitulo fluxus ventris. eſt tñ tortio
ni ꝙ in capitulo tortionis eſt.ꝙ ſi quis tortionẽ cauſa ſum-
ptionis laxatiui paſſus fuerit ſumenda eſt medicina cũ mel-
le ⁊ calefaciendus eſt venter.ſed qui cõſueuerit vomere pe
nes ſumptionem medicine vtaẽ vomitu añ ſumptionẽ eius.

B ¶ Johãnitius de laxatione.Inteſtina quoqꝫ purganda ſũt
de flegmate generato de ſuperfluitate nutrimenti cuꝫ eo ꝙ
currit ad ea de colera rubea de epate ⁊ ſtomaco in maiori
parte.ſed quandoqꝫ non erit manans in eis colera rubea ⁊
hoc fit ex meliori conditione creationis ⁊ omnino ex cõgre
gatione ſuperfluitatum nutrimenti abundantis fient humo
res flegmatici corrumpentes digeſtionem ⁊ appetituꝫ cibi:
ideo ſani indigent mundificatione ſtomaci eorum cum vo-
mitu iuxta modum huius humoris generati in eo : vnde in-
digent eo plus:quidam minus . vnde oportet ꝙ ſumant de
cibarijs incidentibꝰ in cibo ⁊ expectando dum incidantur:
deinde faciant vomitum . ſed ſufficit ſanis bis in menſe vo-
mere:quoniam continuatio vomitus nocet dentibus ocu-
lis ⁊ ſtomaco:cum ſtomacum ledat ⁊ debilitet virtuteꝫ eius
⁊ eum faciat accepturum ſuperfluitates.

A ¶ Filogorius:pillule cukaie inuoluende ſunt in melle:⁊ po-
ſtea ſumende. ¶ Dico ſolue zuccarum albiſſimum in aqua
roſ.⁊ coquendo ipſum ſuper ignem lentuꝫ diſpumetur ⁊ co
quatur dum ligetur ad modum mellis cocti : ⁊ inuoluende
ſunt pillule in eo ⁊ poſtea deglutiende per iuuenes . ſed per
decrepitos inuoluende ſunt cũ melle cocto . ¶ Filogorius
de curandis morbis:ꝙ ſi medicina nõ laxauerit ⁊ inde acci
dit tortio cum extenſione brachiorum clyſteri eſt vtendum
ꝙ niſi natura reſponderit ⁊ ex dolor vehemẽti fuerit tortio
vtendum eſt balneo ꝙ ſi patiens inde fuerit inflammatus ⁊
patitur extenſionem in corpore dum rubefient oculi ⁊ emi-
nentes erunt minutio fiat:ſi nociui fuerint dolor ⁊ tortio: ſꝫ
vtatur patiens poſt exitum balnei cibo ⁊ potu vini abundã
tis.ꝙ niſi mitigata fuerit tortio vtatur clyſteri ⁊ balneo: cui
quoqꝫ intenſa fuerit laxatio vtatur balneo ⁊ vini potu cla-
ri cum biſcocto aromatizato que niſi conſtricta fuerit ligan
de ſunt manus de radice aſſelle:deinde deſcendendo de in-
guine vſqꝫ ad pedes liga ⁊ apponende ſunt ventoſe magne
ventri ⁊ ſumendum eſt in potu de tyriaca aut de filonio:aut
de compoſitis ſtipticis ⁊ ſeminibus tenuibus ⁊ narcoticis:
ſed i eſtate da i potu de farre ordei cũ modico rob . ⁊ empla
ſtrandus eſt venter cum ſtipticis odoriferis correcto prius
aere in quo erit patiens ita ꝙ magis declinans ſit ad frigi-
ditatem. ¶ Dico ꝙ hoc debet vti gradatim gradatim . ſed
ſi opus fuerit attrahendum eſt cum violentia ſimiliter: ꝙ ſi
de laxatione accidit ei ſincopis ⁊ ſuperficies corporis infri-
gidatum inde augere non debes in ſua euacuatione. ¶ Di-
co oportet te habere anteꝗ̃ laxatiuum in potu detur de tro
ciſcis potentibus ad ſtringendum ventrem compoſitis de

stipticis ⁊ aromatibus ⁊ narcoticis.etiam de dragia ⁊ emplastris vt si penes laxationē subito fuerit itensus defectus cordis cū eis cura fiat prout cōuenit velociter. ¶ Saber. ꝙ si defectus cordis fuerit intensus coquenduz est nasturtiuz in quātitate.ʒ.iij.cū lacte accido expoliato de butyro ei⁹ dū inspissabit ⁊ de eo dādū est in potu:qm̄ icidet eū. ¶ Tabri.ꝙ si quis debilitatur de laxatione medicine ⁊ nō poterit vti balneo implendū est vas aqua calida ⁊ supponat illud patienti:ita ꝙ patiens sit bene coopertus dū sudet inde:qm̄ cōfert perfecte. ¶ Dico:in hoc quoqz caput eius debz exhi de coopertorio ipso.sed totum corpus cooperiri tantum dum sudet cum eo abundanter ⁊ vehementer. ¶ De pulsu magno: aperiuntur quoqz orificia venarum ad interiora vehementer in fluxu ventris facto ex laxatione medicinali ⁊ ex dyaria: etiam aperiuntur orificia ipsarum ad superficiem corporis ex balneo:aut ex sudatiōe vehemēti.sz hoc manifestat ꝙ balneū ⁊ sudatio sanāt intensam laxationem. ¶ Dixit.G.ꝙ laxatiuū nisi laxauerit ⁊ digestuz fuerit generat in corpore humorē laxantē:sed hoc non est verū in quolibz:qm̄ semen vrtice nō generat flegma in omni dispositione:tñ in veritate laxatiuum nisi laxauerit ⁊ digerit:gñat illū humorē conuenientem complexioni eius:qm̄ piretrū nisi laxauerit flegma ⁊ digerat generat colerā rubeā ⁊ sm̄ hoc ratiocinandū est de quolibet laxatiuo habēti in se aliquā silitudinē ad attrahenduz aliquem humorem cū ea.etiā laxatiuum si remanserit in ventre si de eo quod transmutabile fuerit digeritur efficietur nutrimentum generans illum humorem attrahentem illud:qḋ nisi fuerit de eo quod transmutabile fuerit infert corpori dispositionez malam.sed intensa laxatio durabilis erit:dum durabilis erit virtus laxatiui violenti in orificijs venarum ⁊ non egreditur duz in prio emittit humorem subtiliorem deinde grossiorē semper saluo sanguine. sed sanguinem emittit in vltima laxatione: tamen in primo emmittitur quod necessario laxatiua attrahunt:deinde ꝙ illud sequitur in tenuitate:deinde sanguis emittetur in fine eius.sed tūc erit laxatio crudelis. ¶ Dico notum est ꝙ si laxatio fuerit in meatibus huiusmodi:oia ista erūt de epate.⁊ illud qḋ cōtinuatur de epate cū istis ingredietur venas q̄ sunt in gibbo eius ⁊ hoc remotuz est a ratione qm̄ ipse ad moduz capillorꝫ ⁊ subtiles sunt. ¶ De secundo capitulo de medecinis simplicibus in vltimo capitulo libri secundi ipsius:est eloquiū opportunuz in laxatiuis. ¶ Dico ꝙ de radice maxima iudicium firmatū ꝙ nemo dz sumere laxatiuū in sanitate eius:aut in morbo nisi ante lenificat⁹ fuerit eius vēter moderate:qm̄ si laxatiuū iuenit naturā durā potēter infert interiectionē lamentabilē ⁊ tortionē ⁊ minor erit actus eius ⁊ maior ps ipsius remanebit in corpore:⁊ quotiens digeritur malitia eius infert calefactionē ⁊ febrē ⁊ econuerso. sed si natura fuerit lenificata lenificari debet nō cū intēsione ne abūdās sit ex medicamine laxatiuo valde.tñ iuxta moduz nature lenificatio fieri debet moderata ne virtus laxatiui faciat per contrariuz. ¶ De libro perso:si ex laxatiuo intensa fuerit laxatio dandum est patienti de filonio in potu. ¶ Costa.in maiori pte laxatiuorꝫ maior virtus attractiōis erit in virtute calefactionis.vnde accidunt in corpore hūores calidi quos attrahendo egredit cum eductione ipsoruz. Ideo in maiori pte sumēs laxatiuz:in potu saluat de caliditate.vnde p̄cedēdum ē ante potum laxatiui in quo fuerit supfluitas maior cuz minutiōe ⁊ cū infrigidatione ptis residue siqua remanserit de eo ne medicina habeat posse ad generandū postea aliquā putrefactionē:aut acuitatez obuiaz ei:deinde dandū est laxatiuz secure. ¶ Dixit ꝙ cartamuz indū infert interiectionez lamentabilē consumptionē ⁊ debilitatez quotiens sumit cum cortice ipsius.sed si sumit medulla ipsius absqz cortice minoris malitie erit.sed valde fac ad extrahenduz humores viscosos mirabiliter plus q̄z oculus potest videre:in alijs medicinis.sz medicina violente calefactōis licet in ipso tēpore non manifestet in se calefactionem cōuertet sanguinē aptuz ad accipienduz putrefactionem ⁊ inflāmationem ex paruula cā ignea duabus de causis:qm̄ medicina si hoc intulerit successiue minutio fieri dz. ⁊ infrigidatio totius partis residue. ¶ Dixit ꝙ turbith educit humorem aqueuz ⁊ grossuz.sed mirabolani educūt hūores acutos aptos ad putrefactionez ⁊ confortant stomacū. ¶ De trociscis barcaminis. ℞.mirabolanorum citrinoruz nigrorum belliricorum emblicorꝫ ana partez.i.turbith par.ij.pinidiarꝫ in quātitate omniuz:⁊ dissoluēdo pinidias i aq̄ ⁊ dispumando eas distempera medicinas in eis: ⁊ inde fac trociscos:quēlibet trociscū in pondere.ʒ.x.dosis fiat p vnū trociscum hec quoqz medicina contempata est cuz nō attribuatur caliditati.

B ¶ Kindi qui voluerit vomere vtat balneo ieiuno stomaco: sed cum infusum fuerit corpus aqua calida exeat balneum anteq̄z debilitetur ⁊ laxefiat:sz sumat in potu soctab mixto in eo melle duz inde perturbabitur animus ⁊ ꝓuocabit ad vomendum facta prius ligatione super oculos vt est dictū sed quotiens inciditur vomitus post horam modicam p horam excitandus est secundo vomitus:quoniam per hoc regimen emittetur inde superabundans viscositas.

A ¶ De eo quod conuenit sanitati iuxta modū conseruationis sanitatis. ℞.gummi granorum viridiū.s.terbentine ad modum auellane vsqz ad modum nucis:medulle cartami:mellis:ficus ana partes.iij.dosis fiat ad modū oui:etiam prune infuse in aqua mellis conferunt ficus sicci sumpti ante cibū ⁊ oliue aque sumpte ante cibum conferunt. ¶ Dico ꝙ oua sorbilia sumpta ante cibum si mixta fuerint cum gummi granorum viridium: scilicet terbentina cum baurac erūt maioris solutionis. ¶ De libro mehel: sumptio in potu olei ante cibum de leui educit nutrimentum ⁊ soluit ventrem. ¶ De capitulo secundi libri de morbo acuto:elleborus laxat humorem melancolicum. ¶ De secundo capitulo amphorismorum:sumptio in cibo piscium salitorum ante cibuz facta cum porris laxat ventrem.vinum sumptum post cibum digestum laxat ventrem:ita tamen ꝙ vinum non sit stipticuz. De tyriaca cesaris:scamonea attrahit coleram rubeā proprie.semen vrtice attrahit flegma ⁊ hūores aquosos.epithimus attrahit coleram nigram proprie. ¶ De suppositorijs que attrahūt velociter substantiā. Lapis salis gemme suppositus nitrum aut mel ligatum cum baurac: aut cum lacte mororuz:aut scief confectum de cepis aut cum aqua ceparꝫ ⁊ porris ⁊ alleis ⁊ stercore muris ⁊ stercore columbarꝫ. etiā hoc agit assa fetida: tamen oportet ꝙ prius vngatur anus oleo. ¶ De ordine medicine per experimenta.dixit Galie.ꝙ facienda est in maiori parte laxatio cū scamonea. ¶ De quinto capitulo libri sexti epidi. Si volueris laxare infantes ad mūdificandū corpus ipsorꝫ da in cibo metipsorꝫ de cucumere asinino:aut da de eo ad pascendum capre:⁊ de lacte ipsius postea da infanti in potu ⁊ inde corpus ipsius purgabit. ¶ Ad purgandū infantē. Dico ꝙ si volueris aliquē humorem alicuius infantis purgare da matri ipsius de medicina conuenienti ad educendum illum humorem. Sz si ipsa horribilem habuerit potuz medicine valde:da de medicina iuxta velle capre ad pascendum:⁊ lac eius erit laxatiuum.

medicaminis erit: tunc erit cura opportuna cuz lacte ⁊ oleo
⁊ aqua calida ad conterendum punctionez. sed quotiẽs de-
bilitatur vtendum est eis que confortant virtutem sicut vi-
no ⁊ syrupo citonino ⁊ succo carnium ⁊ biscocto aromatiza
to ⁊ aromatibus. ꝙ si sumpta fuerit scamõea in potu: ⁊ post
purgationem factam videris ꝙ inde egreditur flegma notũ
est ꝙ superfluitas est grossa ⁊ inde erit sequens fluxus san-
guinis. ꝙ nisi sequens fuerit velociter vtendum est stipticis
⁊ ad confortandum virtutem cura fiat cum eo ꝙ corrobo-
rat orificia venarum ⁊ tali modo considerandum est super
alia. ¶ De simplicibus Gal. Balaustia confert ad constipã
dum ventrem valde. Nuclei vuarum passarum conferunt
ad fluxum ventris. copula glandium facit similiter. Cauda
equina sumitur cum aqua si fuerit febris. sin autem cũ vino.
Galla. prohibet ꝙ manans fuerit ⁊ constipat ventrẽ. Corti
ces thuris faciunt ad diariam: ac medici plures eis vtuntur
in hoc. Citonium imaturum facit ad fluxum ventris. Fructꝰ
merorũ siccatus ⁊ consumptus ꝯstipat vehementer. Reu.
facit ad ydropisim: ⁊ ego sum expertus ipsum ⁊ inueni econ-
uerso. Lutum citrinum constipat ventrez. ¶ Achucarisius
gluten coriorum dissolutum cum aqua ⁊ sumptum in potu
incidit fluxum: ⁊ similiter pisciũ. ¶ Dias. cortices pinee sum
pte in potu constipant. Aspaltum factum in pillulis: ⁊ sum-
ptum in potu fluxui diuturno confert. Laudanum sumptuz
cum vino vetusto ventrem constipat. Licium restringit flu
xum diuturnum. ¶ Paulus: hypoquistidos constipat ven-
trem mirabiliter. cuius virtꝰ est vt virtus balaustie. ¶ Ma-
sarguich: camphora constipat fluxũ ex colera rubea. ¶ Bi-
masui: bdellium de mecca constipat nimis. ¶ Paulus: ꝙ si
cum febre fuerit fluxus ventris inspiciendum est si inde de-
ducitur virtus aut non: ac si humor est ille qui excitauerit fe
brẽ an nõ: ac si in patienti fuerit repletio. ꝙ si fuerit repletio
euacuatio fiat: ⁊ postea inspiciendum est si fuerit ex humore
scd̃o. ꝙ si sic fuerit vtendum est nutrimentis attenuatiuis ⁊
balneo. sed si virtus fuerit inde debilitata vtendum est con-
fortatiuis tam nutrimentis q̃z potibus stipticis. tñ si fluxus
fuerit colericus inspiciendũ est de quo loco procedit: ⁊ em
plastranda sunt loca patiẽtia ⁊ vtendum est nutrimẽtis in-
frigidatiuis. s. insipidis ⁊ ꝓprie stipticis ẽt leuibus clysteri-
bus ad mitigandum punctionem colere rubee. ꝙ si assella-
tio fuerit spissa emplastrandus est stõus cuz rebus stipticis
diureticis ⁊ calidis. ¶ De meamyr. Hic ẽ trociscus faciẽs
ad fluxum ipso die. ℞. conchule vste. ʒ. x. cornu ceruini vsti
galle asse thuris se. iusquiami. añ. ʒ. ix. terantur ⁊ distemperẽ
tur cum decoctione sumach frigida cum vino nigro ⁊ inde
fiat trociscus aur. pond. i. ⁊ trociscus. i. sumendus est in potu
cum aqua si patiens fuerit febricitans. sin aũt cum vino: qm̃
semel sumptus aut bis curat fluxum ventris mirabiliter nõ
operatis alijs medicinis in eo. ¶ De scd̃o caplõ de virtute
naturali. semper quoqz perseuerant fluxus ⁊ laxatio vẽtris
dum perseuerat id qd̃ pungens fuerit accidens ex medica-
mine manante in orificijs venarum. ¶ Dico de hoc ꝙ co-
gnoscitur ꝙ non est aliqd̃ incidens fluxum sicut potus cali-
de aque pluries sumpte finaliter. Ad lauandum illam pun-
ctionem ac si quid inde remanserit vtendum est potu lactis
cum oleo: deinde nutrimentis dignis: ẽt balneo cuz balneũ
attrahat ad exterius. ꝙ si laxatio fuerit chilosa ac corpus al
bum ⁊ inflatum leuiter declinans ad consumptionem: vten
dum est fricatione a ceruice vsqz ad pedem ⁊ proprie ven-
ter cum dorso fricandus est pluries in die dum rubefiant: ⁊
postea vtendum est balneo ⁊ exercitio ⁊ sumptione diapipe
reon mentastri ⁊ tyriace tyri: deinde nutrimentis cum bisco
cto aromatizato ⁊ vino potẽti ⁊ cum his cura perfecta erit.
sed illinitio fiat cum oleo ⁊ nutriendus est paulatim paula-
tim pluries. tñ nutrimentum eligendum est qd̃ penetrabile
erit: ⁊ non ponderosum: non graue neqz accidum. sed stude
ad dandum opium: ⁊ illi cuius corpus fuerit infrigidatum: ⁊
pulsus debilis in modica quantitate. sed cum medicamine
modice calefactionis dandum est: qm̃ si dederis opium illi
cuius corpus fuerit infrigidatum deponet caliditatem resi-
duam: ẽt si de eo scief factum supponitur cã mortis eius erit
vnde confert fluxui ventris diuturno filonium persum nisi
fuerit cum eo febris. ⁊ hoc electuariuz. ℞. galle imature fru
ctus tamarisci balaustie. añ. ʒ. i. thuris ameos dauci anisi ci
peri spice. añ. ʒ. i. asse fetide piperis. añ. ʒ. ℈. opij dauch. ij. di-
stemperandum est cum tantũdem mellis dispumati. ¶ De
quinto capitulo libri sexti epidimie dixit: frigus constipat.
¶ Dixit. G. ꝙ si ventus fuerit frigidus desiccat ventrẽ cuz
inde de corpore caliditas multiplicetur: ⁊ inde bona erit di-
gestio facta: ⁊ penetrabile faciet nutrimentuz: ẽt solidior erit
musculus ani: ideo non conuenit ei aperitiuum ad id vt pro-
cedat velociter ꝙ in eo fuerit: qm̃ quotiens calefit cuz aqua
calida in dispõne illa mollefiet ⁊ facilis erit descensio illius
ꝙ in eo erit. ¶ Dixit ꝙ frigiditas complexionis stõi ⁊ epis
lenefacit nimis ventrem. ¶ Dico oportet inspicere qua spẽ
balneum incidit fluxum ventris.. ¶ Dico inquirendum est
quoqz in primo fluxu de qua causa accidit: an erit de stoma
co: aut de epate: aut de eius instrumentis: aut de toto corpo
re: aut de capite: aut de membro aliquo expellenti superflui
tatem eius sicut est splen. his quoqz cognitis inspiciendum
est si fuerit de stomaco: si ex mala complexiõe fuerit que erit
frigida aut humida. aut vtriusqz simul: aut ex apate: aut pu-
stulis: aut vlcerationibus excitantibus cum ꝙ non ꝯtineat
cibum suũ: aut ex aliquo errore exteriori in potu: aut ex som-
no: aut ex intensa comestione: aut motu intenso. similiter di-
stinguendum est si fuerit de epate: aut de messeraica: ⁊ po-
stea vtendum est propria cura. ¶ Theodosius dixit: in ma-
iori parte fluxus ventris accidit ex satietate nauseatiua. sed
curandus est per modicum nutrimentum ⁊ electuarium ci-
toninum vnde coquantur citonia dum liquefiant cum mo-
dico aceto: deinde colandum est: ⁊ conterenda est substan-
tie: deinde decoctio cum melle mixta coquatur duz inspisse
tur deide. ℞. piperis albi ⁊ nigri. ʒʒ. ameos spice canelle car
damomi gare masticis. añ. par. i. thuris par. ℈. terantur bene
⁊ distemperentur cuz melle similiter. ¶ Hec est descriptio.
.ij. iuxta modum istum. ℞. citoniorum excoriatorum rot. vi.
granatorum accidorum rot. xx. granorũ mirti. ℥ viij. sumach
. ℥. vi. fructus merorum. ℥. vi. acatie. ℥. i. vini stiptici. ʒ. xiiij. co-
quantur dum ingrossentur: deinde colentur: deinde coquã-
tur: deinde sumendum est de eo. ¶ Dico: cura digna in hoc
fluxu debet fieri cum vino amaro ⁊ potenti. Cortices faba-
rum stringunt ventrẽ. ¶ De secundo capitulo meamyr. in-
ter alia capitula est ꝙ emplastratio cum stupefactiuis inci-
dit fluxum ventris statim. sed erit melior si facta fuerit cum
stupefactiuis ⁊ stipticis. ¶ Hoc est emplastruz. dico. ℞. ba
laustie copule glandis acatie thuris. añ. par. i. myrrhe par. i.
opij iusquiami. añ. par. i. distemperentur omnia in aqua pa-
paueris aut iusquiami ⁊ inde fiat emplastratio. ¶ Dico: flu
xus quoqz accidit aut eo ꝙ nutrimentum non penetrat: aut
eo ꝙ fluit per contrarium ad stomacum ⁊ intestina. Sed nu
trimentũ nõ penetrat: aut ex digestione modica ⁊ eius diffi-
cultate: aut ex debilitate epatis: aut ex opilatiõibus inuenis
tamen fluxus erit ex humoris pungentibus sicut laxatiuis ⁊
similibus. ꝙ si firmus fuerit fluxus absqz sumptiõe alicuius
rei hoc facientis ⁊ fuerit colericus ⁊ tenuis ipse erit de cole
ra ad intestina: sed curatio fiat cum correctione humorum.
tamen curatio nutrimẽti nõ penetrabilis dicẽda est postea

deo dante. Quidam passus quoqz est fluxum colericuz ⁊ cū
ratus per diuturnū tp̄s non conualuit nisi cum potu lactis
accidi vaccini: sed in fine curabatur cū lacte accido in quo
ponebatur squāma ferri. ēt cōponebāt in eo rose ruffe spo-
dium semen acetose balaustia sumach ⁊ totidē squāme fer-
ri. sed coriandrum siccuz in quantitate modica. ¶ Dico hic
est trociscus mirabil. ad fluxuz ventris. ℞. litargiri. ʒ. quart.
.i. coaguli. ʒ. ℈. ossis vsti. ʒ. i. opij dauich. i. terant ⁊ dist: mperē
tur ⁊ fiant trocisci. ⁊ silr dz dari laboranti fluxu ventris ad
faciendum nutrimentum penetrare velociter: deinde tangē
dus est pulsus eius. ꝙ nisi inueneris eum in augmento noli
eum curare: qm̄ factus est in tali conditione ꝙ nutrimentuz
non pōt penetrare ad epar eius. Uidi quēdam laborantem
fluxu ventris viuere per biduum postq̄z pulsus eius factus
est formical. tū post triduū tetigi ⁊ non inueni pulsum ⁊ mor
tuus est post horas duas. ¶ Dixit: hec valent ad emplastrā
dum. ℞. mirtum acatia thus balaustia rose sandat sumach
cortex thuris misusan poma citonina licium laudanum suc.
spica hypoquistidos myrrha iusquiamus opium alumen.
Sed ad potū hec sunt vtilia: videlicet berberis sumach spo
dium thus opium papauer camphora semen acetose balau
stia cortices granatorum nuclei vuarum passarū galla co-
riandrum carui ciminum ossa vsta bdelliuz cort vel trifoliū
hypoqstidos cornu spine ciminū ortense semen apij ameos
anisum assa fetida lenticule excoriate antimoniū granuz ri-
sum panicum macis vene citrine ouum elixum in aceto aca
tia portulaca acetosa rose caseus vetust⁹ darsisihan spica in
da far nabe triosium gobbera lac extinctum cum ferro cale
facto gūmi granatorū dulcium lac accidum vaccinuz bisco
ctum aromatizatū glandes granci mirti cabraba far draga
ganti succus fructuum accidorum acetositas citrorū semen
portulace psillum mirtum semen lini assum vinum simplex.
Forte quoqz constipat ventrem ⁊ tollit malitiam fluxus ⁊ si-
milia vnde vtendum est eo in quo nō fuerit caliditas ita tū
ꝙ patiens sit ebrius eo ꝙ penetrat ⁊ corroborat. ¶ Dixit
misih: stupefactiua oia inferunt augmentū in fluxu ventris:
sed oino vtendum est eis penes grossitudinē passiōis. ¶ Di
co: ipsa conferunt penes medicinas dum fuerit virtus in flu
xu ventris ⁊ silibus. ¶ Hoc est medicamen bonum. ℞. ca-
sei vetusti. ʒ. v. ⁊ coque cum zuccaro ⁊ vino zuccarino ⁊ def
in potu. sed frangendi sunt grossi ramusculi liquiritie dū fue
rint recentes ⁊ sumendū est in potu id qđ manans fuerit de
eis: postea per diem ⁊ noctem in quātitate. ʒ. iiij. qm̄ est me-
dicamen bonum ⁊ perfectū. ¶ Dixit confert abundanti flu
xui ventris ventriculus sturionis si siccatus fuerit in vmbra
deinde infrigidatus cum aliquo infrigidatiuo sit sumitur in
potu in quātitate. ʒ. iij. ¶ Dixit: ꝙ si cuz fluxu ventris nō fue
rit tortio iflāmatio neqz sanguis ⁊ ex stō fuerit ⁊ noueris ꝙ
cā eius erit ex abstersione intestinorū clysterio vtendum est
cum aqua niuis aut aqua oliuarum. sed clystrium prius fiat
cum aqua ⁊ melle: deinde cum stipticis vtendum est clyste-
rio. ꝙ si vehementer debilitatur laborans fluxu ventris em
plastrum fiat cum maiori parte biscocti aromatizati aroma
tibus. ¶ Dixit: ⁊ vtendum est in fluxu ventris loco olei rosa
ti oleo auellane. ¶ De libro venenorū dixit: ꝙ si sumitur in
potu gipsum interficit postq̄z infert siccitatem vehementē.
¶ De medicinis antiquis. Hoc est medicamen perfectum
constipatiuum. ℞. ʒʒ. vitreoli conciatorum sumach. añ. p. i.
terant subtiliter ⁊ in puluere dosis fiat. ʒ. iij. ¶ Ga. folia mir
ti cocta ⁊ superposita calide ventri incidunt fluxum diutur-
num. Acatia constipat aut in potu sūpta: aut in clysterio po
sita. ¶ Bimasui: acetositas citrorum constipat ventrē: ⁊ in-
cidit fluxum colericū ⁊ est medicamen ortense. ¶ Bedigo-
rius dixit: ꝙ cōfert fluxui ex ꝓprietate que est in ea. ¶ Dias.
folia clamusa sumpta cum vino constipant berberis. ¶ Di
xit oribasius: ꝙ quotiens fructus eius desiccatur cōfert flu-
xui ventris si sumitur in potu. ¶ Cornu ceruium sumptum
in potu aur. pon. ij. facit ad fluxum ventris diuturnum: ⁊ de
hoc dixit Dias. ¶ Dixit Gal. ꝙ cornu ceruium vstum: dein-
de lotum si sumitur in pondere aur. iiij. confert fluxui vētris
diuturno: ⁊ est laudabilius alijs cornibus vt extimant qdā.
¶ Dias. coagula sumpta in quantitate dauich. iiij. ⁊. ℈. cōsti
pant ventrem. Coagulum equinum confert fluxui ventris
diuturno. Decoctio rizi constipat ventrem prout dixit Bi-
masui. ¶ Dixit Gal. rizuz constipat moderate. ¶ Dias. ani-
sum constipat. Assa fetida sumpta ad modum grani vue va
let ad fluxum ventris diuturnum ⁊ similiter glandes ⁊ copu
la ipsorum ⁊ decoctio ipsorum. ¶ Dixit. G. faba cocta in aq̄
⁊ aceto ⁊ sumpta cum cortice incidit fluxum ventris diutur
num. ¶ Spina alba. dixit Dias. ꝙ facit ad fluxū ventris diu
turnum. G. valet ad fluxum ⁊ debilitatem virtutis. macis va
let ad fluxum ventris: quoniam est stiptica. ¶ G. ouum eli-
xum in aceto ligat materias fluentes ad stomacum ⁊ intesti
na ⁊ constipat cuz proprietate. Dixit si ponitur in ouo de su
mach ⁊ assatur ⁊ sumitur in cibo constipat ventrem. Sed si
mixtum fuerit cum vua acerba: aut galla: aut cortice grana-
torum aut cum nucleis vue passe: aut granis mirti erit ma-
gis violentum. Sed magis violentum est hic hypoqstidos
balaustia: blitones. ¶ Dixit Bimasui: de eo ꝙ valet ad flu-
xum colericum ventris. Si coquitur cum granatis dulcib⁹
⁊ aromatizatur cum coriandro recenti. Farina fabarum est
violente stipticitatis. Conferens fluxui ventris diuturno. ⁊
proprie far eius assum ⁊ coctum in ptisana: aut alio cibo. sed
cortex eius est efficacior in actu. ¶ Eldansar nigrorum fo-
liorum ⁊ alborum stiptica est. sed sumptum in potu ad mo-
dū pugill. ij. cū vino ꝯfert fluxui ventris diuturno. ¶ Dias.
confert fluxui intestinorꝫ. Capilli veneris ꝯstipant. ¶ Dias.
⁊ Gal. copule rosarum sumpte incidunt fluxum. Dias. ⁊ Gal.
video ipsas esse bonas ⁊ fortes. Stercus caninuz sumptum:
aut in clysterio positum facit ad fluxum ventris diuturnum
Nasturcium assum sumptum in potu constipat. ¶ Bimma
sui. aqua in qua extinguitur ferrum calefactum pluries facit
ad fluxum ventris diuturnum. Dixit similiter aut vinuz: aut
lac taliter faciunt. Caseus vetustus solus sumptus: aut cum
alio constipatiuo mixtus constipat mirabiliter. ¶ Dias. pa-
nis modici furfuris ⁊ azimus constipat. ¶ Dias. succus sem
peruiue valet ad fluxum ventris diuturnum. ¶ Dias. in se-
mine acetose est stipticitas manifeste: ita ꝙ facit ad fluxum
ventris ⁊ proprie si fuerit magnum. Fructus tamarisci sum-
ptus in potu facit ad fluxum ventris diuturnum. ¶ Diasc.
hypoquistidos proprie cōstipat. ¶ Bedigorius ⁊ Paulus
hypoquistidos est medicamen violentum ad conferendum
fluxui ventris. Spodium ⁊ lutum armenicum faciunt ad flu
xum ventris. ¶ Diasco. lutum lani proximum est armenico.
¶ Paulus vene citrine violēte stipticitatis sunt valde ⁊ cō
ferunt fluxui vētris. Fructus vitis siluestris sumptus in po
tu constipat. ¶ Dias. ⁊ Gal. corticez thuris laudant plures
medici in cura fluxus ventris ⁊ diarie. Decoctio pirorū fa-
cit ad fluxum ventris. Etiam pirum particulariter facit ad
fluxum ventris. Coriandrum siccum assum facit ad fluxum
ventris. ¶ Bimmasui. ciminum assum ⁊ infusuz in aceto cō
stipat ventrem. Decoctio apij cum radicibus eius cōstipat
ventrem. ¶ Dias. semen apij constipat. Macis est violente
stipticitatis nimis. ideo confert fluxui. ¶ Bimmasui. caules
elixi ter sumpti in cibo constipant. Lac coctum per ferrum
constipat. Lac coctuz de quo deficit aquositas confert om
nibus materijs fluentibus ad ventrem: ⁊ intestina: sed quo-
tiens deficit aquositas eius calefaciendum est ferrum ⁊ ex-
tinguendum in eo. quoniam in ferro est virtus stiptica. Plā
tago sumpta in cibo cum sale ⁊ aceto curat fluxum ventris
diuturnum. ¶ Barba ircina si flos eius sumitur constipat
vt dixit. Dias. ⁊ Gal. Radix ei⁹ est violente stipticitatis. ideo
confert fluxui ventris. Caro leporina constipat. ¶ Ruffus
⁊ similiter caro fuathit ⁊ caro perdicum ⁊ gallinarum. Jus
carnium vaccinarum cum aceto factum incidit fluxum vē-
tris colericum. ¶ Bimmasui oleuz masticis componitur in
emplastris constringentibus ventrem ⁊ eius fluxum diutur
num. Radix arboris masticis cocta prout in capitulo sputi
sanguinis est valet ad fluxum ventris diuturnum valde im-
poni potest loco barbe yrcine. Cortices thuris medici ope-
rantur abūdanter in diaria ⁊ in fluxu ventris diuturno: ⁊ ēt
posite in clysterio similiter conferunt. ¶ Diasc. dixit ⁊ testa-
tus est inde Galienus. Myrrha sumpta ad modum fabe va
let ad fluxum ventris diuturnum. Megra. i. lutuz ruffū sum
ptum cum vino constipat. ¶ De simphonia pastoris. dixit
Gal. ⁊ Diasc. ꝙ radix eius sumpta in potu constipat. Spica
sumpta in potu constipat. nix sumpta cum aceto vini stiptici
constipat. Syrupus dactilorum confert fluxui ventris diu-
turno. ¶ Nabe sumptum in potu incidit diariam ⁊ confert
mollificationi ani ⁊ stomaci. G. ¶ Bimasui radix nenufaris
sumpta in potu confert fluxui ventris diuturno. ¶ Dias. se-
men eius ꝯstipat. ¶ Gal. radix eius constipat. sed radix albi

nenufaris est magis violenta in hoc. Citonium constipat ⁊ confert fluxui diuturno. sed si assuz fuerit magis valet. Flos citoniorum sumptus cum vino constipat. Syrupus citonij in quo non fuerit mel confert fluxui ventris colerico. ¶ Bimasui nux cypressi trita recens ⁊ sump a in potu cum vino confert fluxū superfluitatem de ventre diuturno. ¶ Dias. sumach conciatorum pellium positum in cibo incidit fluxuz ventris diuturnum. sed sumach ꝙ comeditur sumptū in potu cum vino incidit fluxum ventris colericum etiam positus in salsa. Dixit. si cum eo coquitur perdix masculus ⁊ sumitur in cibo constipat. etiam positus in emplastro prohibet manare coleram rubeam ad stomacum de epate etiam ad intestina. etiam frixus erit magis violentus ad constipandum. Far sumach constipat ⁊ cōfert fluxui ventris colerico. Habe etiam constipat similiter ⁊ rutba. ¶ Bimmasui rutba cōstipat. ¶ Diasc. galla trita ⁊ spargefacta super aqua ⁊ sumpta valet ad fluxum ventris diuturnum. Etiam si ponitur in cibario facit similiter: sed si coquit in aqua: ⁊ in ipsa aqua coquitur cibarium illud facit. Nuclei vue passe sumpti in cibo conferunt fluxui ventris diuturno. ¶ Dias. ⁊ Gal. nuclei vue passe sunt in vltimitate cure ad fluxū ventris. Rob vue acerbe confert fluxui ventris colerico. ¶ Bimmasui: lenticula bene cocta bis: ⁊ ter cum cortice cum sumach: ⁊ aqua citoniorum: ⁊ aqua in qua infusa fuerit galla. aut ponitur cum ea plantago: aut triossuum. i. fructus habens tria ossa: aut simul postq̄ꝫ cocta bene fuerit cum aceto cōstipant valde mirabiliter. Lenticula cum cortice elixa bis erit melior ad diariam: ⁊ confortat ventrem ⁊ intestina vniuersaliter. ¶ Gal. lenticula excoriata constipat ⁊ proprie si assa fuerit. sed in cibo sumitur cum sumach succo vue acerbe ⁊ aceto. ¶ Bimmasui. rubum sumptum in potu constipat. ¶ Dias. flos eius etiam similiter facit. ¶ Gal. ⁊ Dias. radix peonie cocta cum vino stiptico ⁊ bibita constipat. ¶ Gal. mentastrum incidit fluxum ventris infantiuz. ¶ Ruffus cortex pinee sumpta in potu constipat. Gummi arabicum constipat. ¶ Bedigorius aspaltum datum in pillulis confert fluxui vētris diuturno. ¶ Dias. syrupus granatorum constipat. ¶ Dias. balaustia constipat. ¶ Gal. omnes medici ea vtunt in hac passione. Aqua granatorum muzoruz constipat: sed est magis violenta aqua granatorum accidorū. Bimmasui copule granatorum accidorum constringunt naturaz. ¶ Bimmasui. ren. confert fluxui ventris diuturno. ¶ Gali. pes corui si radix eius coquitur cum aqua ⁊ bibitur constipat ⁊ confert fluxui ventris diuturno. ¶ Dias. cantarides magni qui vocantur tyrbarag constipant. ¶ Diasc. ⁊ Gal. decoctio aneti ⁊ seminis eius sumpta in potu constipant. ¶ Dias. anetum constipat ⁊ proprie si in eo ponitur aliquod stipticum. ¶ Bimmasui cortices ianibut sumpte in cibo constipant. Far pomorū accidorum ⁊ rob pomoruz simplex constipat. ¶ Dias. aqua farris ordei cocta cum pannico asso ⁊ sumpta in potu aut in cibo constipat. ¶ Bimmasui. celsi immaturi desiccati ponūtur loco sumach: quoniam constipant ⁊ conferunt fluxui vētris diuturno. Celsi immaturi siccati sumpti i cibo ⁊ vino in potu constipant. Copula glandis aut glādes sumpti in quātitate. ℥. i. ʒ. incidunt fluxum ventris diuturnum. ¶ Gal. cauda equina proprie ruffa constipat fluxuz ventris sumpta in potu cum aqua ⁊ vino ⁊ succus eius etiam constipat valde. Gobbere farina ⁊ decoctio constipant ventrem. ¶ Dixit Dias. ꝙ minus constipat quam triossuuz: idest zatur. ¶ Dixit ruffus ꝙ non constipat neqꝫ prouocat vrinam. ¶ Bimmasui: dixit ꝙ constipat ⁊ similiter far eius. Testiculi magni canis siccati ⁊ sumpti in potu cum vino constipant. ¶ Dias. semen maluauisci constipat ⁊ decoctio radicis eius confert fluxui ventris. Dias. eo ꝙ in eis est stipticitas. Electuarium papaueris factum prout in capitulo tussis est confert fluxui ventris diuturno. Sed si mixtum fuerit cum succo hypoquistidos aut cum acatia erit magis violentum valde. sed si teritur bene papauer ⁊ sumitur in potu cum vino confert fluxui ventris. Opium sumptum vt orobum confert fluxui ventris. Acetuz constipat. ¶ Ruffus ⁊ Bimmasui dixerūt hoc constringit ventrem solutum ex ventositate grossa. Darsis an quoqꝫ in. ʒ. ij. si teritur ⁊ cum aqua calida bibitur. spica etiam squinantum nux muscata cuz cortice gariofili. Rutba cortices thuris. hec omnia constipant. Sed stiptica ante cibum dentur: ⁊ lenticula si coqtur: ⁊ aqua eius ejicitur ⁊ caules elixi ⁊ caro leporina assa ⁊ vinum stipticum. ¶ Ysa. etiaz lenticula cocta pluries: ⁊ postea cocta cum aceto ⁊ sumach: etiam nuclei vue passe sumpti in potu cum aqua: ⁊ etiam faba cocta cum aceto cum cortice. etiam sumptio nabe ⁊ galla ⁊ sumach coagula constipant ventrem. ita ꝙ infert colicam. Sed danduz est in potu de eis in fluxu intenso iuxta ꝙ correctum est in quantitate aur. pond. iij. cum aqua frigida. Lac vaccinum percussum confert fluxui ventris colerico.

¶ Hoc est medicamen bonum. ℞. granorum granatorum acidorum: deide infunde ea in succo vue acerbe ⁊ aceto per diem: deinde assanda sunt. deinde. ℞. hypoquistidos. cart. an̄. ℥. iij. bdellij. de mecca. ʒ. iiij. sumach mundati: da granis eius rot. ʒ. glandis assi parum rot. ʒ. spodij: balaustie: berberis: ⁊ succi eius. an̄. ʒ. x. nucleorum vue passe nucleoruz vue acerbe assorum. an̄. ℥. iiij. granorum mirti. ℥. iiij. cornu napti rot. ʒ. farris pomorum farris gobbere. an̄. rot. ʒ. farris granoꝝ granatorum assorum granorum granatorum accidorum. an̄. ʒ. x. Sed si caliditas fuerit vehemens addendum est de spodio ⁊ berberis: ⁊ proprie si fuerit cuz ea interiectio lamentabilis. sin autem procede iuxta modum ipsius. ¶ Hi sunt trocisci restringentes ventrem ⁊ vomitum ⁊ fluxuz ventris. ℞. berberis: succi sumach infusi ⁊ cocti: seminis acetose. spodij: rosarum xiloaloe: suc. ramik: acatie: opij. succi vue acerbe: nabach: celsi immaturi. an̄. par. i. terantur ⁊ distemperentur cū succo granatorum accidorum dosis persc. in quātitate. ʒ. iij. sed in meridie comedendum est super illud de aue que vocatur cata vel bistarda cocta cum aceto ⁊ coriandro recenti: ⁊ succo trito ⁊ ligato in panno: ⁊ sumach mundato: ⁊ granis granatorum: aut cum succo granatoruz glomozaura est cucurbita minutim fissa decocta in agresta ⁊ infrigidata. in succo vue acerbe facto bisrimia est cibus coctus in agresta ⁊ similibus. ¶ Dico inueni ꝙ spodium assum melius valet ad constipandum ventrem. sed si fuerit cum vehementi caliditate ponendum est in cibo ipso die camphor. gra. ij. ʒ. qm̄ incidit fluxum ventris colericum. ¶ Artaganis. dixit in libro morborum diuturnoruz ꝙ caro mala est laborantibus fluxu ventris eo ꝙ tarde digestionis ⁊ immature decoctionis est. Sed si appetit patiens de carnibus. danduz est ei de carnibus perdicis masculi: ⁊ harisie macilente. s. fomentem. Dixit litium constipat etiam suc. ⁊ spica inda. ¶ Dico dixit ꝙ stupefactiua in principio negocij congelant. deide ex eis infestatur natura vehementius plusq̄ꝫ erat eo ꝙ ipsa debilitant calorem innatum: ideo cauenda sunt. ⁊ vtendum est desiccatiuis. eo ꝙ sunt laudabiliora ⁊ securiora: ⁊ iaꝫ dicta sūt plura medicamina in quibus componitur opium.

¶ Sed hi trocisci sunt vtiliores. ℞. acatie ruffe. ʒ. ij. hypoquistidos. ʒ. iiij. granatorum egypti: litij indi. an̄. ʒ. ij. thuris. ʒ. iij. amidi: luti armenici. galle. an̄. ʒ. iij. coaguli leporini. ʒ. ij. inde fiant trocisci dosis trociscus. i. cum aqua frigida: quoniā incidit fluxum ⁊ facit ad vlcerationes intestinorum similiter.

¶ Hi sunt trocis. sumpti per me dantur in potu ad constipandum ventrem. ⁊ ad vlcerationes intestinorum. ℞. spodij assi. sumach mandati: galle: corticis thuris: luti armenici: acatie: apij. an̄. part. i. terātur ⁊ distemperentur cum aqua in qua infusum fuerit gummi. ⁊ inde fiat quilibet trociscus auri pon. i. dosis trociscus. i. cum aliquo stiptico.

¶ Dixit qui habet fluxum diuturnum vtatur vomitu sepe: sꝫ vtatur in cibo rebus diureticis boni odoris. ¶ Ad fluxum ventris infantium accidentem de satietate nauseatiua. fiat illinitio de cimino: aniso: semine apij. semine rosarū: ⁊ venter illiniatur cum eis ⁊ venter ⁊ stomacus aromatizentur cum menta distemperata cum melle. ¶ Absqꝫ auctore dum patiens ventris ⁊ fluxus non infrigidatur non est dubitanduz de morte. sed quotiens infrigidatur peribit. ¶ Hi sunt trocisci constipantes ventrem. ℞. sumach. ʒ. ij. galle. ʒ. i. pulpe granatorum. ʒ. ʒ. cum decoctione galle: ⁊ fiant trocisci. dosis. ʒ. i. ʒ. ⁊ post eam sumatur vitellus oui in potu. ¶ De complemento ⁊ perfectione. He: est dargia valens ad fluxum. ℞. bdellij de mecca balaustie asse galle imature. copulaꝝ granatorum accidorum: nucleorum vue passe assorum modice: spodij: rosarū: seminis acetose: copule glandis castanee asse. carabe asse modice. an̄. ʒ. x. granoruz granatorum accidoruz assoruz coriandri sicci assi. cornu infusi in aceto die noctuqꝫ assi modice farris nabe farris gobbere cuz nucleis eius. an̄. ʒ. xx. ramik. acatie: succi barbe ircine. an̄. ʒ. x. terātur ⁊ cribellētur modo grosso. dosis. ʒ. iij. mane ⁊ sero similiter. quotiēs in stomaco non fuerit cibus cum succo grani mirtino cocto

aut cum succo ienbac: aut spine sancte. ¶ De complemento ⁊ perfectione. hoc est electuarium constipans ventreꝫ ⁊ fluxum ventris accidentem ex frigore. ℞. granorum granatorum assorum. ʒ. xx. sumach. ʒ. x. ꝫinꝫi. ameos: masticis: suc. añ. ʒ. v. dosis. ʒ. iij. cum aqua corticis thuꝭ. ¶ Hec est alia decoctio similis. ℞. farine frumenti ⁊ distemperanda est cuꝫ decoctione ameos ⁊ nasturcij ⁊ fructus rorentur cum oleo tamarisci ⁊ distemperentur insimul ⁊ fiat panis inde ⁊ coquatur in fornace: sed postea terendus est. dosis. ʒ. x. cuꝫ aqua frigida: ⁊ vino vuarum passarum: etiam de grano cocto riso. dosis. ʒ. iij. constipat. etiam constipat stercus caninum siccuꝫ ⁊ album coctum cum aceto sumptum in cibo cum sumach. ¶ Hic est syrupus subtractus ad passionem ventris. ℞. sumach: succi vue acerbe acetositatis citrorū. granatorū acidorum succi vtriusqꝫ granati: piri siccati dactilorum immaturorum coctorum: cornu cocti coquenda sunt cum aceto: ⁊ miscenda sunt iuxta ꝙ delectatur ⁊ decoquantur ⁊ reseruanda est spuma ⁊ miscenda est cum eis: sed addenduꝫ est in eis de citonio ⁊ pomis stipticis. Or si volueris alium facere cito ⁊ statim. ℞. aque in qua īfunditur sumach: ⁊ aque in qua infunduntur dactili immaturi ⁊ coquatur aqua cum suc. ⁊ xiloaloe. Or si fluxus fuerit colericus loco decoctionis dactilorum immaturorū fiat decoctio cornu vltramarini. sꝫ sumet patiens in cibo de perdice masculo ⁊ pullis eius coctis missus. ⁊ est preparatio cibi vt exponitur in aceto ⁊ menta ⁊ aqua. sed replendi sunt prius cum berberis ⁊ granis granatorum ⁊ sumach: ⁊ coriandro sicco ⁊ recenti cuꝫ aceto ⁊ succo vue acerbe ⁊ modico croco.

J L ¶ De libro megategni. Filogorius: si panis distemperatᷣ cū aceto ⁊ coquitur ⁊ sumitur in cibo confert ad diariam ⁊ vlcera intestinorum.

K L ¶ Lienteria est in qua emittuntur cibaria cruda: sed in maiori parte: postea sequitur dissinteria. vnde clysterio vtatur ⁊ cibarijs acutis sicut radice cepis ⁊ alleis. ⁊ eo ꝙ cōfectio fuerit cum synape ⁊ vtendum est emplastris ⁊ fricetur venter ⁊ comprimatur ac ponendum est super ventrem de cero to cum oleo lilino vino ⁊ cimino. aut cū oleo nardino ⁊ dandum est ei frequenter in potu. de aqua pluuiali. tamen si postea accidit dissinteria: cura erit difficilis.

J ¶ De morbo ⁊ accidenti tardatio emissio egestiōis fit ex debilitate virtutis expulsiue ⁊ ex debilitate musculi sistētis super ventrem ⁊ ex paucitate sensus intestinorum: aut ex qualitate stiptica in cibarijs fit quoqꝫ etiaꝫ pauca egestio ex nutrimento abundanti qđ penetrat ad epar sed paucus vnius egestionis in qua emittitur substantia ⁊ longum tempus qđ est inter eas fit ex causis que sunt contrarie ei ꝙ diximus in laxatiuo. ¶ Bimmasui de febribus: ꝙ si in ethico: aut ptisico fuerit fluxus ventris. dandum est eis in potu. de isto trocisco cum aqua citonina. ℞. luti armenici: castanee: spodij: seminis acetose excoriati: rosarum berberis: gummi assi. sed dentur in potu cum aqua conuenienti. etiam da ei in potum in nocte psillum assum: ⁊ cancros vstos ⁊ gummi assum cuꝫ aqua granatorum vt dormiat super ea: ⁊ vtendum est in cibo acetosa elixa bis: ⁊ frixa cuꝫ amigdalis excoriatis: sed coquatur in aceto sumach cum citonijs sed nisi fuerit cum eo tussis danduꝫ est in potu de stipticis sicut luto armenico. carabe: gummi arabico asso: ⁊ in cibo de mollica panis assa ⁊ ptisana fiat cum mollica panis assa cum gūmi: sed rob mirti simplex bonum erit eo ꝙ constipat ⁊ cōfert siti. ¶ Judeus si laboranti fluxu ventris accidit singultus malum. sed si laboranti tenasmon accidit singultus mortalis. ¶ Dico fluxus quoqꝫ accidit ex stō ⁊ epate ⁊ intestinis: sed accidens ex intestinis: aut erit ex morbo. aut ex pte inferiori penes anuꝫ ⁊ stomacum ⁊ intestina. vnde velox fit emissio egestionis ab eis: aut ex vlcerationibus in eis. aut ex acuitate cibarioruꝫ: aut ex lubricatione ipsoruꝫ: aut ex humore lubricante in eis aut ex humore calido manante ad ea: aut ex corruptione cōplexionis accidente ex debilitate virtutis retentiue ⁊ ex virtute expulsiua: sed que accidit ex epate erit ex debilitate virtutis alteratiue ⁊ attractiue in eis de nutrimēto a stomaco: quoniam ex hoc remanet chilus in stomaco: hic quoqꝫ fluxus fit ex dolore in epate: aut intestinis: sed per locuꝫ dolentem cognoscitur fluxus vnde fuerit: ⁊ per speciem illius qđ egeritur de eo. Or si cum ea fuerit rasura ⁊ dolor fuerit sub vmbilico cognoscitur ꝙ accidit ex itestio. tamen si in eo nō fuerit rasura ⁊ dolor fuerit superior. tūc ex stomaco erit. Sꝫ si dolor fuerit ex parte dextera in loco epatis ⁊ fluxus fuerit albus: aut similis aque carniuꝫ cognoscitur ꝙ passio in epate erit. ¶ Judeus si fluxus fuerit ex debilitate: virtutis retētiue in epate erit similis aque carnium. quando egreditur ⁊ per contrarium in stomaco eius ꝙ chilus in eo est grossus ⁊ superabūdans non ꝙ debilitetur epar vehementer. vnde tunc non retinetur aliquid duꝫ adiunetur. ⁊ postea emittitur sed emittitur vnum post aliud. tamen si fluxus fuerit ex regimine nature: vtendum est in cibo cibario confecto cuꝫ ventre vaccino secbagi cū aceto ⁊ carnibus vaccinis: ⁊ igrossetur regimen eius. Sed si fluxus fuerit ex abūdantibus cibarijs sumptis abstinendum est de cibo ⁊ nutrimento duꝫ euacuetur stomacus eius valde. ¶ Dixit ꝙ si fluxus fuerit cum corruptione digestionis componendum est cum medicinis stipticis de calefactiuis sicut cōficitur hic trociscus. ℞. copularum glandis granorum mirti. acatie: anisi: ameos: cimini infusi in aceto. opij. añ. par. i. fiat inde trociscus ⁊ sumatur in aceto mane ⁊ sero: puluis niger bonus est ad hoc. Or nisi fuerit cum eo frigor non est ponendum in eis de calidis: sed vtendum est simili huius medicaminis: quoniaꝫ si perfectū fuerit cum caliditate. ℞. galle fructus tamarisci: sumach: ⁊ opij distemperentur cum rob vue acerbe. quoniam constipat ventrem. Sed si fluxus fuerit intensus: danduꝫ est in potu de dargia de granis granatorum in mane etiam dormiat in sero super electuarium.

K ¶ De morte veloci. H. in quo fuerit lienteria ⁊ apparens fuerit in loco caliditas. ⁊ super costas fuerit pustule dure ⁊ albe ad modum cicerum: ⁊ vrina fuerit in augmento ⁊ multiplicatione mors sequitur statim.

J ¶ Dixit in quo fuerit fluxus ventris: ⁊ appa rens fuerit super manum dexteram vestigium ad modū fabe ꝙ mutatus fuerit color eius mors sequitur in die septimo. Or si interrogatus fuerit patiens quid inde de tuo appetitu est ⁊ dicet ꝙ refectus sum mors sequetur proxime.

J K ¶ De epidimia diaria est quotiens iugiter emittitur egestio leuis: sed lienteria est quotiens cibaria absqꝫ alteratōe emittuntur sicuti erant.

J ¶ De humoribus vomitus quoqꝫ est cura maxima ⁊ violenta penes fluxum intensum ⁊ diuturnuꝫ eo ꝙ declinare facit humores ⁊ superius. ¶ De pronosticis leuis natura fit: aut eo ꝙ nutrimentum non procedit ad epar: aut eo ꝙ manant de epate ad intestina supfluitates: sed distictio inter vtrūqꝫ morbum fit. quoniam fluxus qui fit eo ꝙ nutrimentum non penetrat ad epar emittitur paulatim paulatim: cum spissitudine ⁊ ventositatibus. sed alius econuerso. ¶ De affforismis venter quoqꝫ declinat ad leuitatem quotiēs diminuitur id qđ de nutrimento digesto in stomaco ad epar penetrat sed declinat ad siccitatem quotiēs penetrat tota humiditas nutrimēti ad epar. tamen mala penetratio chili erit: aut chilus erit abundans ⁊ epar debile: aut eo ꝙ nutrimentuꝫ erit abūdans ⁊ negligit epar attrahere: nisi partem sufficientem ei. sed hoc fit quotiens sumitur cibarium abundans vltra quā opus fuerit epati: ⁊ forte erit eo ꝙ nutrimentum velloceꝫ exitum facit in egestione. etiam erit ex veloci exitu egestiōis ex abundantia egestionis manantis ad intestina: ⁊ ex debilitate virtutis retentiue: ⁊ ex virtute expulsiua que est in stomaco ⁊ intestinis. ¶ Dixit ꝙ epatis attractio diminuitᷣ ex abūdanti frigiditate eius: sed virtus retentiua debilitatur ex cōdominio frigiditatis ⁊ humiditatis.

K ¶ In quo fuerit lienteria in hyeme vomitus erit malus.
¶ Dixit si ꝙ comeditur ⁊ bibitur ⁊ egreditur velociter i statu primo ⁊ forma: tunc erit lienteria. ¶ Dixit fit etiam debilitas virtutis retentiue ex corruptione male cōplexionis condominantis super ventrem totum: ⁊ stomacum: ⁊ intestina. Etiam fit ex vlceratione facta an forte accidit in eis de flegmate adunato: sicut de flegmate acetoso: tamen vlceratio in stomaco ⁊ excoriatio in itestinis fiunt ex kilo calido ⁊ tenui: hic quoqꝫ chilus licet indigeat euacuatiōe facienda per vomitum. quoniam possibile est ꝙ euacuetᷣ qđ in stomaco erit per vomitum: tamen qđ in intestinis non. ¶ De afforismis cui superabundans fuerit vrina modica erit egestio. quoniā humiditas si declinans fuerit ad vrinam quantitas egestionis modica erit ⁊ sicca. sꝫ si accidit oxirenna in lienteria post diuturnitatem eius que non fuerit ante: hoc inde signuꝫ erit laudabilem. quoniam cum passione ista nō accidit mutatio cibarij in stomaco in aliqua pte qualitatis eius: ⁊ sicut strā

guria accidit quotiens dolet vesica ex vrina fluēti quotiēs adunatur in ea ⁊ eam expellit: aut ex ponderositate eius sup eam: aut ex punctione eius: ita similiter fit cum in hac passione: etiā accidit ex causa excoriationis accidentis in stomaco ⁊ intestinis ex vlceratione in eis. quoniam loca excoriata tacta de cibario illud expellunt de eis in veloci tempore. sed si fuerit ex causa hac cum eo erit sensus punctiuus. tamen cum alio non erit sensus dolens vel mordens omnino. Species quoq; que fit ex excoriatione curanda est in veloci tempore cum medicinis stipticis: si transmissio ipsius humoris defecerit: aut sanata fuerit passio veloci tempore cū nutrimentis stipticis ⁊ potibus similib⁹ ꝙ si durauerit transmissio huius humoris per spatium longum patiens transferetur ad fluxum sanguinis inde: sed species alia que fit ex causa debilitatis virtutis retentiue erit ex cōplexione mala nisi illa cōplexio fuerit ex humore quem continent stomacus ⁊ intestina: sed acutior humor ex quo potest fieri passio hec est flegma accidunt ex cuius causa accidit patienti oxiremia. Etiam oxiremia fit in principio huius passionis ex infrigidatōe stomaci ⁊ intestinorum: aut particulariter: aut composite. Sed quotiens longa fit passio deficiet oxiremia. tamen hoc accidit. quoniam cibarium in primo passionis tardat in stomaco modice. sed quotiens passio longa fit ⁊ augetur non tardat iuxta illud spacium ⁊ non perficitur eius digestio. accidit inde oxiremia. Sed quotiens non tardat in stomaco dū digestum fuerit perfecte ⁊ mutatum omnino: inde non trāsmutabitur nec inde accidet oxiremia. sed si accidit in aliquo tempore non erit ex cibario. tamen abundans erit in stomaco flegma accidum. ideo similiter non ex oxiremia absolute erit. signū laudabile in lienteria nisi ex oxiremia que fit post longam passionem. quoniam quandoq; oxiremia abundanter accidit in primo passionis ⁊ non erit sufficiens per se tantum: nisi accidat postꝗ̄ ipsa non fuerat. quoniam per hoc distinguitur inter mutuationem accidētem ex tardatione cibarij in stomaco. ⁊ inter ructationem accidentem ex flegmate accidenti in stomaco. quia quotiens accidit oxiremia post diuturnitatem passionis que ante non fuerat significat qđ natura reuersa est ad statum pristinū. ꝙ cibariū tardat in stomaco dum sequetur aliquam digestionem.

I ¶ Qr si in aliquo fuerit fluxus ventris ⁊ accidēs fuerit inde vomitus: inde incidetur ille fluxus. ¶ Dixit. Gal. ꝙ hoc erit non laudabile: ⁊ hic erit fluxus spumosus qui non potest fieri absq; ventositate ⁊ caliditate intensa. quoniam spuma ex exterioribus generatur ex eis. ¶ De meamyr fluxus quoq; vētris fit ex debilitate virtutis attractiue ad epar ꝙ nisi illa attrahat kilum vt decet egredictur egestio liquida. sed si inde debilitatur stomacus cum humiditate eius chilus egredietur indigestus.

I L ¶ Dico fluxus etiam ventris: aut erit ex sanguine: aut absq; sanguine sed qui fuerit absq; sanguie ipse erit diaria: que est quotiens egreditur chilus in fluxu ventris: sed dicitur flux⁹ kilosus. Etiam fluxus ventris ex lienteria fit quotiens cibarium egreditur sicuti sumitur etiam fluxus ventris fit colericus. Sed fluxus ventris si fuerit cum sanguine: quādoq; in parte fit ex epate: quandoq; in parte ex intestinis: prout diximus superius in signo cuiuslibet speciei eius.

I ¶ Bimmasui de libro fluxus ventris. Fluxus quoq; vētris accidit: aut ex stomaco: aut ex epate: aut ex intestinis: aut ex ano. ¶ Hic est puluis pro eo ad fluxum ventris cum caliditate. ℞. coriandrum siccum: ⁊ infundatur in aceto nocte dieque. deinde. ℞. ipsius coriandri glandis parum assi. añ. ʒ. x. sumach absq; nucleis parum assi. ita tamen ꝙ non comburantur in assando: ⁊ inde debilitentur eorum virtutes: farris nabe gobbere. triossi siccati nucleorum vue passe: spodij: rosarum: seminis acetose mūdati: seminis portulace acide. añ. ʒ. x. terantur ⁊ in puluere sumendum est de eis in quantitate. ʒ. iij. ieiuno stomaco cum rob pomorum: aut granati vtriusq; aut citoniorum. ¶ Dico ꝙ si fuerit cum caliditate cura fiat breuiter cum semine rosarum: semine acetose: semine portulace acide. spodio sumach nucleis: vue acerbe. sed dosis fiat. ʒ. iij. cum parte aquarum stipticarum: rob ⁊ succis stipticis ¶ Dixit ꝙ est quedam species fluxus ventris in qua egreditur egestio modice ⁊ incisa que indiget corroboratione ⁊ retentione dum expellitur: hoc ex debilitate virtutis expulsiue: tamen curanda est ꝙ vtatur in cibo lubrificatiuis ante cibum: ⁊ vngatur musculus ventris: ⁊ emplastretur. cum eo ꝙ confortat ⁊ restringit: sed post cibum sumendum est stipticum ⁊ diureticum. tamen quotiens infestat patiens ad assellandum non debet assellare nisi infestatio fuerit vehemens vt coadunetur ⁊ non incidatur egestio: ⁊ hec est cura hui⁹. ¶ Opium quoq; ingrossat humores nimis ⁊ sanguinē: vnde vtendum est eo ad prohibendum fluxum ventris. ¶ Albugerig: trifolium constipat ⁊ confert stomaco infrigidat. Sigia constipat ⁊ similiter myrrha constipat. etiam bdelliū azuleum. ¶ Elchindi pro fluxu intenso comburantur particule panni lane nigre valde in potu sumendum est de puluere ipsius. ʒ. ℈. ¶ Athuriscus. columbarum masculus siluester coctus in aceto ⁊ sumptus in cibo constipat ventrem fluentem. Et dixit ꝙ caro sudanie cocta in aceto cum granis mirti ⁊ sumpta constipat. Sed caro passerum assorum: ⁊ bene coctorum in succo granatorum constipat. Sed perdicum caro cocta cum citonijs: aut assa cum succo granorum granatorum stillato super eo pauco aceto constipat. etiam si simpliciter assa fuerit. ¶ Bimasui si in cibo sumptio facta fuerit de aue que vocatur caca. aut de turture: aut đ fuachit. factis i vsus cum aceto ⁊ coriandro constipant: ⁊ caro perdicis masculi assa: aut cocta confert stomaco ⁊ constipat ventrem. ¶ Hic est trociscus ad intensum fluxum. ℞. gummi suc. spodij. thuris: acatie. añ. par. i. opij. part. ℈. fiat inde trociscus. ʒ. ij. dosis troci. i. cum rob citoniorum: sed si fiunt debilis fiat cum aqua biscocti aromatizati ⁊ vino stiptico. ¶ Hec est illinitio ad fluxum ventris pro aron. ℞. galle immature opij: ⁊ myrrhe ⁊ aloe. ⁊ inde illinitio fiat in ventre ⁊ dorso cum aceto apposito ei bombitio: sed dimittendum est bombitium dum de se cadat. ¶ Dico hic ad exemplum datur vt sit fiat cura i alijs medicinis. ¶ Dico accidit quoq; fluxus vētris in primo ex cibarijs: quoniam fluxus ventris fit ex causa cibarij: aut ex multitudine eius aut ex acuitate eius: aut ex lubricatōe eius aut ex virtute medicinali: que necessarie facit punctionem in intestinis ad emittendum de eis. finantē inquirenda est dispositio epatis: quoniam fluxus chilosus ventris accidit in hoc in maiori parte quotiens epar non attrahit nutrimētū. etiam inspiciendu est dispositio stomaci ne forte sit debilis nec poterit continere cibum. vnde cibus indigestus erit. sed venter quoq; fluit: aut ex causa quotiens humor colericus fluens erit ad eum. aut viscosus: ⁊ inde erit causa ad fluendum ⁊ inquirendum est ꝙ egeritur: ⁊ de dispositione sitis ⁊ caliditatis ⁊ ructuationis: deinde vtendum est iuxta modum cuiuslibet. Qr si egestio fuerit viscosa cum oxiremia. vtendū est electuarijs compositis de stipticis ⁊ calefactiuis ⁊ vomitu eo ꝙ emittit flegma ⁊ cum cibarijs acutis ⁊ aromatibus ⁊ rebus odoriferis calidis ⁊ emplastris calidis: ⁊ si fuerit cōtra hoc fiat econuerso. sed si cibarium egreditur absq; aliqua parte digestionis omnino illud erit lienteria sed quandoq; fit ex inanitiōe colere ad intestina. ⁊ inde accidit emissio substantie velociter sed substantia illa erit colerica sed curatio erit per laxationem colere. sed in maiori parte lenitudo ventris erit ex debilitate caloris innati in ventre.

K ¶ Bin serapionis. Qr si cibaria egrediuntur in eorum primo statu ex pustulis ⁊ si in ore fiunt. erunt in intestinis: aut eo ꝙ humores acuti fluentes in eis ea pūgunt ⁊ excitant. sed quandoq; accidit ex frigiditate ⁊ humiditate in intestinis. tantum in maiori parte: inde accidit hoc: sed ꝙ accidit ex pustulis in intestinis cum eis erit sensus ⁊ pūctio. tamen cum eo ꝙ accidit ex frigiditate ⁊ humiditate in intestinis nō erit sensus pūctiuus omnino. sed lubricatio si accidēs fuerit ex pustulis in intestinis: si pustula curantur dum deficient. deinde dederis ei ad cibarijs stipticis sanabitur. tamen pustule si fuerint putrefacte passio declinabit ad dissinteriam que est vlceratio intestinorum. ꝙ si fluxus ventris efficitur diuturnus ⁊ ex frigiditate intestinorum ⁊ ipsorum humiditate accidit. ydropisis ipsum sequetur. Curatio quoq; lienterie accidentis ex pustulis fiat cum aqua vue acerbe. ⁊ ribes: citonijs muzis: trociscis spodij cum semine acetose. quandoq; dandum est in potu de farre ordei asso i aqua panici. Qr si diuturna fuerit passio dandum est in potu eis de lacte accido vaccino expoliato de butyro cum luto armenico: spodio: rosis hypoquistidos: balaustia ⁊ similibus: videlicet de ipso lacte accido rot. ℈. ⁊ alijs. ʒ. v. ⁊ emplastra ventrem ⁊ mirach cum emplastris infrigidatiuis ⁊ stipticis sicut de balaustia: ramik: citonijs ⁊ similib⁹: ⁊ da in cibo de lenticulis excoriatis ⁊ sumach ⁊ similibus: de perdice masculo frixo: de olere acetose frixo:

⁊ de carnibus vituli cocti cũ aceto potenti ⁊ coriandro sic-
co: ⁊ lacte distillato: ita ꝙ misceatur lac cuȝ tantumdẽ aque
⁊ decoquatur dum deficiat aqua ⁊ detur in potu. Si volue-
ris loco aque ponenda est aqua vue acerbe ⁊ sumach: ⁊ co-
quendum est lac ipsum cum ipsa aqua cum ferro calefacto
extincto in eo dum coctũ fuerit: sed da in potu eis penes do
rituȝ de aqua vue acerbe ⁊ citoniorum cum psillo ⁊ semine
acetose cum luto ⁊ gũmi ⁊ spodio: sed curatio huius summa
rie fieri debet sicut curatio vlcerationis intestinorum.

I ¶ Si fluxus ventris fuerit ex chimo flegmatico curãdus est
cum. vomitu cuȝ radice ⁊ medicinis attenuatiuis sicut amo
rosia ⁊ sebziana: ⁊ metridato: ⁊ vino odorifero vetusto ⁊ sy-
rupo absinthij ⁊ andicoom electuario: ⁊ syrupo citonino cũ
musco facto ⁊ electuario elchuzi. etiam emplastra ventrem
cum cipero: mastice: squinãto: ⁊ calamo aromatico: xiloaloe:
suc. nuce muscata: gariofili: absinthio cum sisimbrio mirto:
maiorana: ⁊ mizusan: ⁊ nutrica eum cum passeribus ⁊ gran-
cis in vsus coctis cum aceto coriandro sicco ⁊ menta ⁊ est
preparatio cibi. ¶ Hoc est emplastrum violentum ad cor-
roborandam virtutem retentiuam in stomaco. ℞. absinthij
romani. ℥. i. ⁊ infundatur in vino stiptico per noctẽ ⁊ miscea-
tur cum aqua extremitatum mirti ⁊ ramik ⁊ infundatur pã-
nis lini in eis ⁊ fumigetur cum xiloaloe optimo: ⁊ cũ eo em-
plastretur stomacus ita ꝙ precedat ei emplastrũ istud. quo
niam bonuȝ erit diarie. ℞. myrrhe thur. masticis: acatie: alu
minis: laudani: aloe: opij: corticum radicis mandragore: se-
minis iusquiami. añ. ʒ. iij. farine ordei: rosarum tritarum: su-
mach: suc. balaustie: hypoquistidos galle immature: memi-
the: litij. añ. ʒ. v. terantur: sed si fuerit febris cuȝ eo distempe-
rentur cum aceto ⁊ aqua extremitatum mirti. Sin autem cũ
vino vetusto stiptico aut misusan. sed illiniendum est super
mirach cum eis ⁊ super dorsum totum. etiam emplastra esse
debent stiptica iuxta modum istum. etiã cibaria sicut bisco-
ctũ aromatizatum cum aqua granatoruȝ absq; zuccaro: ẽt
farra sicut far gobbere. nambk: sumach: ⁊ granorum grana
torum. tamen ĩ cura diarie vomitus est magni remedij: si su-
peruenerit per se: aut prouocatus fuerit per medicum. ¶ Est
quoq; quedam species fluxus ventris accidens ex capite:
quoniam fluunt ex eo superfluitates multe pungẽtes ad vẽ
treȝ: ⁊ inde humectatur venter frequenter: sed curandus est
ꝙ caput desiccetur ⁊ subueniatur vt de eo nõ fluat aliquid
ad ventrem ad modum dispositionis in custodia ptisici cuȝ
confortatione capitis: ⁊ eius calefactione ⁊ attractione ma
terie ad nares. ¶ Dixit est etiam alia species fluxus vẽtris
colerica que fluit paulatim paulatim quam sequitur corpo
ris diminutio cũ omnibus alijs accidentibus diarie. ¶ Di-
xit etiam fit ex corruptione nutricationis tertie. vnde reuer-
tuntur nutrimenta corrupta in venis ad ventrem: sed non
est restrigenda hec species fluxus ventris. quoniam cum ea
stringens humores corrupti sunt sed corrigenda est corru-
ptio etiam ⁊ complexio. ¶ Dico inspiciendum est quid cuȝ
eo fluxu egreditur de humoribus ⁊ cognito humore de eo
purgandum est corpus. deinde alteranda est complexio in
eo ꝙ residuum fuerit. ¶ Est etiam alia species fluxus ven-
tris accidens per circuitus cognitos cũ tortione per biduũ
aut triduum. Deinde restringitur ⁊ dispositio reuertitur ad
sanitatem spacio. xx. dierum: aut minus: aut plus. deinde re-
uertitur ad fluxum ventris sicut fuerat. hoc accidit etiaȝ ex
corruptione digestionis tertie paucitate adhesionis nutri-
menti cum corpore. tamen curanda est qd̃ inspiciatur in co-
lore egestionis etiam in natura eius. deinde correctio vel cu
ratio fiat cum euacuatione ⁊ alteratione complexionis cuȝ
exercitio moderato nutrimentis ⁊ regimine. ¶ Dixit ꝙ est
etiam alia species fluxus ventris in qua cibus egreditur
quemadmodum comeditur in quantitate: aut secus quanti-
tatem cum digestione. sed hoc fit quotiens stomacus erit in
sua dispositione naturali ⁊ vasa ex quibus transmittitur nu
trimentum ad epar erunt opilata. vnde corpus macrescit ⁊
exinde attenuatur: sed curandum est ꝙ aperiantur ipse opi-
lationes cuȝ medicinis ⁊ nutrimentis. ¶ Dico ꝙ hic fluxus
ventris est chimosus. ¶ Et dixit ꝙ est etiaȝ alia species flu
xus vẽtris in qua patiẽs sentit ꝙ intestina ⁊ stomacus sunt
frigida ⁊ inflatur venter ex eo transmittit cum materijs fleg
ma mucillaginosum: sed causa huius erit ex generatiõe fleg
matis in intestinis: sed maior pars cure ipsius debet fieri cũ
clysterijs extractiuis euacuantibus illud qd̃ erit in itestinis

de flegmate ⁊ alterabitur complexio intestinorum in modo
quo reuerti possit ad dispositionem naturalem. ¶ Hec est
dargia sm elbum. ℞. cimini infusi in aceto ⁊ carui similiter
facti: granorum mirti: sumach cort. vel trifolij transmarini:
hypoquistidos: bdellij de mecca: fruct⁹ tamarisci: cornu spi-
ne: coriandri assi. añ. ʒ. v. seminis iusquiami. ʒ. iij. terãtur ⁊ ad
vsum reseruent. ¶ De experimentis mahumed filij calehd
dandum est in potu de tyriaca ad modum fabe cũ. ℥. ß. aque
mirti recentis mixti cum. ʒ. ß. olei onfancini: quoniam incidit
fluxum ventris per spacium breue. ¶ De libris indoruȝ ad
fluxum ventris infantis dandum est in potu de coagulo le-
porino dauich. i. ⁊. ß. cum aqua frigida: aut cum lacte ⁊ pro-
prie si infans fuerit ablactatus ⁊ dandum est ei de farre iã-
buc: ameos: granis granatoruȝ ⁊ mastice. ¶ De libro fayk:
ꝙ si fluxus ventris fuerit diuturnus ⁊ violentus: vtendum
est medicinis violentus ante: vt galla copulis granatorum
dum grana fuerit parua balaustia: sumach: cornu spine: thu
re: myrrha: gummi. cro. añ. par. i. terantur ⁊ inde fiant pillule
sicut piper ⁊ dentur in potu mane ⁊ sero. ¶ De libro quin-
to vtilitatum membrorum. non fit quoq; fluxus ventris de
colera rubea nisi ante cum sentiatur in intestinis punctio.

¶ Capitulum tertium sexti libri: cuius est vnica rubrica.
De vomitu prouocando: etiam in capitulo primo.



Dixit Galienus in tractatu sexti libri me
gategni. ꝙ aqua ordei ⁊ aqua mel-
lis extergũt de stomaco flegma. sed si flegma
fuerit vehementis viscositatis ⁊ grossitudinis
non poterunt abstergere id nisi cum radice ⁊
syrupo acetoso. ¶ De primo capitulo libri hu-
moruȝ. hec sunt medicamina lauantia flegma
de stomaco mel ⁊ modica ps eius in qua mixtũ fuerit menta
strum ⁊ syrupus acetosus: sed aqua mellis mediocris est in-
ter ea. quoniam virtus eius augetur ⁊ diminuitur ex multitu
dine mell. aut paucitate ei⁹ si ponit cuȝ ea mentastrum ⁊ yso
pus: zufa potens erit. sed magis violenta erit his ita ꝙ laua
bitur id qd̃ infusum fuerit in tunicis stomaci si factũ fuit per
radicem ⁊ syrupum acetosum ⁊ medicinas vomitiuas per
squillaȝ. ¶ De ydropisi. Hypp. dixit ꝙ elleborus albus nõ
descendit ad intestina sed morã trahit in stomaco attrahen
do ad eum superfluitates. tamen si fuerint subtiles ⁊ tenues
egredientur per vomitum: si abundantes: aut grosse: aut vi-
scose suffocabunt hominem statim. cuȝ virtus non possit ex-
pellere ꝙ attrahit elleborus. ideo non sustinent illum corpo
ra pura ⁊ modice supfluitatis: sȝ corpora in quibus est fleg-
ma superabundans de eo suffocabuntur. quoniaȝ attrahit
de eis superabundanter ex conuenientia materie eo ꝙ vir-
tus nõ põt expellẽ qd̃ attraxerat suffocatio erit. ¶ Dico cor
pora quoq; idigẽt elleboro in quibus difficilis fit vomitus
valde ⁊ ex qbus alie medicine omnes vomitiue non possunt
attrahere aliquod de eis: sed in eis erit salubre. tamen ipse
attrahet qd̃ attrahendum est dum suffocabitur homo. sed
corpora superabundantis flegmatis nõ indigent elleboro:
quoniam aliud preter ipsum attrahit cum facilitate de eis.
vnde in his operatio eius erit fallax: ex eo ꝙ dictuȝ est supe
rius. ¶ De capitulo sexto libri secundi epidimie. Si quẽ vo
lueris vomitu de leui vti. da ei in cibo cepas. ij. aut. iij. de ce-
pis narcisci. ¶ De sexto capitulo libri sexti. Or si in aliquo
difficilis fuerit vomitus. dandum est ei de oleo percusso cũ
aq̃ in potu. Aaron purgat bene semen radicis datũ ĩ potu ĩ
quantitate tapsie mixtum cũ vomitiuis ⁊ semine attriplicis
⁊ similibus. Dixit dandum est de eis in potu in quãtitate au
ri pon. ij. cum aqua tepida cuȝ melle. Dixit dosis de cardon.
ʒ. ij. ⁊ similiter de nuce vomica ⁊ similiter de radicib⁹ cucu-
meris. sed de stafisagria. xv. ⁊ bibantur cũ aqua aneti ⁊ oleo
sisamino. Dixit dentur in potu. de cepis narcisci. iiij. coctis
cum. ℥. ij. aque. sed si ponatur scief longuȝ factum de ellebo-
ro albo. vomituȝ faciet. ¶ Bimmasui. Hic trociscus datus
in potu excitat vomitũ. ℞. cardonis nucis vomice. seminis
aneti: seminis attriplicis: semis eruce: ⁊ sal. idi terantur ⁊ cri
bellentur ⁊ distemperentur cum succo ceparum narcisci: ⁊
inde fiant pillule aut trocisci ⁊ dentur in potum ad tuuȝ vo-
tum pro me. ¶ Hic est trociscus violentus. ℞. ellebori albi
dauich. i. condisij: dauich. ij. stafisagrie dauich. i. nuc. vomi-
ce. dauich. ij. nucis mathel. dauich. ij. omnia fiat dosis. i. sy-
rupus quoq; acetosas excitat vomitum. ¶ Oribasius. Ci-
barium quoq; illius qui euomendus est esse debet nec sti-

pticum: neq; siccum. sed in parte dulce humidum ⁊ in parte acutum. tamen radix ⁊ eruca: ⁊ cardi vetustum est quedam compositio cum piscibus: mentastrum montanum: ⁊ pauca pars ceparum ⁊ porri subueniunt ad vomendum. etiam aqua ordei leuem facit vomitum sumpta cum melle etiam farina fabarum. ⁊ caro pinguis: sed non est masticandum bene cibarium quod euomendum est vt de leui superueniat in vomendo. Sed vtendum est vino dulci ⁊ aqua tepida in potu ⁊ in cibo amigdo. cum melle ⁊ radicibus melonum ⁊ citrollorum ⁊ coquēdum est de cepis narcisci cum aqua mixta cum vino ⁊ infundenda est penna in oleo lilino ⁊ immittenda est gule. ℂ Abigerig. hec faciunt vomitum: semen aneti. semen radicis faseoli: radix melonum arboris succus apij fungi: aqua tepida. Sed dentur in potu debilibus ⁊ ad mundificandum stomacum sanorum tantum. Sed si morbus fuerit malus sicut melancolica vomitus fiat cuʒ cicuta: ⁊ ieblibin. nuce vomita ⁊ similibus. Sed taliter corrigenda est cicuta. ℞. cicute. ʒ. xv. lauetur quindecies ⁊ siccetur postea teratur ⁊ cribelletur cum cribro subtili ⁊ percutienda est in mortario cum aqua bullita ⁊ colanda est cum panno ⁊ eijciatur substantia ⁊ super colamento ipso addendum est de melle. ℥. vi. ⁊ oleo sisamino. ℥. iij. quoniam faciet ad vomendum valde. Jebbelin. proprie emittit coleram nigram per vomitum ⁊ rubeam ⁊ flegma. vnde. ℞. de eo. ʒ. .v. ⁊ teratur bene dum appareat oleum eius. deinde infundendum est illud in aqua in qua infuse fuerint fabe ⁊ cocte in quantitate. ℥. iiij. ⁊ agitandum est in mortario dum emittatur spuma eius. deinde miscende sunt cum eo. ℥. ij. de oleo sisamino. Corrigantur cardones: nux vomica ⁊ semen attriplicis particulariter: aut composite: ita quod misceantur cum sale modico quod confortat ad euomendum: ⁊ de leui fecit exitum eius. sed in quantitate. ʒ. ij. tamen assari debet ⁊ postea sumi cum aqua aneti que fit tali modo. coquātur. ʒ. xx. de aneto cum rotul. i. aque dum deficiat aque medium. deinde miscendum est mel in ea ⁊ sumenda est super medicinas: sed distemperetur cum melle. quoniam de leui faciet vomitum: ⁊ eum multiplicabit aut forte inducet naturam ad inferius. Sumptio quoque condisij in potu fallax est. Sed quantitas dosis eius est. ʒ. tertie. ij. aut. iij. ℈. sed prius terendum est ⁊ extrahendum cum cindeto: ⁊ miscendum cum vitellis ouorum trium assorum: sed modice sumatur in potu cum aqua bullita in qua fuerint lenticule ⁊ origanum. i. satareo quod prouocabit ad vomendum mirabiliter. ℂ Bimmasui elleborus cum proprietate eius per vomitum emittit flegma. sed suffocat ex multa quantitate illius quod attrahit. ideo debet precedere ante sumptioneʒ eius cum cibo pauco ⁊ leui: sed sumatur cum ptisana facta de farina frumenti: aut ordei: postq̄ʒ bene fuerit trita.

ℂ Johannitius de stomaco: da in potu decoctionē. Rabk. i. cum iure decoctionis radicum in parte equali tepide post comestionem ⁊ potum ⁊ balneum: quoniam excitabit vomitum: sed quotiens mundificabitur lauetur os cum vino tepido cum modico melle paulatim paulatī: ne in palato aliquid de flegmate remaneat: sed vtendum est eo post quietem ⁊ abstinentiam vini ⁊ coitus ⁊ comedende sunt cortices radicis in cibario vltra posse: ⁊ postea comedātur postquam fuerint infuse in syrupo acetoso in modica quantitate: deinde vtatur quiete per horam deinde sumat in potu de syrupo acetoso cum aqua tepida excitet vomitum: quoniam incidet flegma de stomaco: sed melius erit: si hoc fit ieiuno stomaco ⁊ sumat in cibo de corticibus radicum infusis in syrupo acetoso in multa quantitate: aut sumat in potu de syrupo ipso acetoso cum aqua tepida: ⁊ vtatur quiete per horam: deinde excitet vomitum: quoniam bonum erit. Quod si vomitus non fuerit facilis dandum est ei de syrupo acetoso cum aqua tepida iugiter dum repletus fuerit stomacus nec vltra vtendum est cibo. quoniam incidet flegma: ⁊ illud emittet. aliud. ℞. baurach album ⁊ ponendo illud in aqua tepida dum dissoluatur ⁊ misceatur cū modico oleo: deinde sumat in potu. ℂ Dico ponendum est de borace. ʒ. i. in rotul. i. aque ⁊ ad plures de. ʒ. i. vsq; ad. ʒ. iij.

ℂ Bimasuy. cortices pinee si trite ⁊ solute fuerint in syrupo mell. acetoso in quantitate. ʒ. i. vsq; ad. ʒ. iij. vehementeʒ vomitum prouocabunt. Decoctio ysopi. i. zuffa excitat ad vomendum ⁊ mundificat: ⁊ similiter facit affodillus ⁊ mentastrum fluuiale. aqua foliorum radicum: ⁊ aneti: ⁊ medulle cartami: ⁊ sisamum: omnia hec excitant ad vomendum si fuerint sumpta cum aqua calida in qua coctum fuerit anetum cum radicibus sale ⁊ lenticulis. Augederig excitat ad vomendum similiter si sumitur in potu cum aqua mellis. Etiam oleum lilinum mundificat vehementer. sed vomituʒ facit cum aqua calida ⁊ sale. Similiter facit oleum radicuʒ: ⁊ oleum narcisci. sed condisium est magis violentum. tamen est timorosum ⁊ malum: ⁊ ideo non sustinebit illud nisi virtuosus: ⁊ similiter facit aqua corticum radicum cicute coctarum: sed non potest sumere illam nisi virtuosus. tamen semen radicum vomitiuum est ⁊ salubre. Etiam folia lauri vomitiua sunt ⁊ salubria: ⁊ similiter est semen eruce tenuis: etiam cortices radicum arborum ⁊ melonum trite ⁊ sumpte sicce cum aqua mell. ⁊ aqua radicis excitant vomitum de leui cum salute: sed melior ⁊ salubrior est aqua radicum cuʒ aneto sale ⁊ melle ⁊ syrupo acetoso. ℂ Bimmasuy de febribus. si dederis alicui in cibo de pisce salito cum sinape ad excitandum vomitum non est dandum de aqua in potu post horas duas dum extergat ⁊ incidat quod in stomaco fuerit. deinde dandum est ei in potu de aqua ⁊ vomat q̄ si omnino de aqua sumere voluerit in modica quantitate sumenda est. ℂ Dico q̄ non vidi velociorē in rebus nec perfectiorem in vomendo sicut vitim albaʒ. quoniam si in modum. ℥. quart. sumitur vehementer excitat vomituʒ: sed post eam sumendum est modice de butyro recenti ne vratur gula inde. vnde pluries excitat vomituʒ ⁊ pluries laxat: sed est penes me magis violenta elleboro: ⁊ ego non video q̄ condisium exeat modum eius. ℂ Filius Serapionis. Cr si volueris saluus fieri de vehementi violentia ellebori vtenduʒ est loco radicuʒ eius capitibus eius: sed terenda sunt bene ⁊ subtiliter: quoniam data tali modo in potu non nocent sicut si darentur in radicibus. ℂ Dico radix panis porcini nō minus facit in vomitu quam elleborus. ℂ Oribasius. hec sunt nutrimenta ⁊ medicine vomitiue. semen cucurbite. semen agni casti. granum pinee. blite: ozimum latorum foliorum: rapa: blictones: attriplex: fenugrecum: sisamus: mel: melones: cerebrum: sal: vinum dulce grossum: artemisia: abrotanum: baurach: radix: anetum: ⁊ cardones.

ℂ Absq; auctore. Hoc est medicamen violentum ad euomendum. ℞. seminis attriplicis. ʒ. x. cardonis. ʒ. v. nucis. ʒ. v. salis indi. ʒ. v. terantur ⁊ distemperentur cum melle ⁊ seruentur ad vsum. Sed cum opus fuerit coquatur anetum cuʒ sale bene. ⁊ huius. ʒ. iij. misceantur cum. ʒ. ℈. mellis ⁊ dosis fiat.

ℂ He sunt medicine ⁊ nutrimenta excitantia ad vomendū: squilla: sisamus: cerebra: attriplex. radix ficus: sal niger. baurach: elleborus albus: condisiuʒ: blitones: cardones: nux vomica: nux nucha: cicuta anetum cordumeni: ⁊ panis porcini.

ℂ De particularibus. Gal. oleum balsami sumptū in quantitate auri pon. i. excitat vomitum ⁊ laxat similiter. ℂ Diasc. oleum lilinum excitat ad vomendum. Radix sumpta in cibo ante cibum subuenit ad vomendum: sed si post sumitur nō. quoniam sumpta ante cibum expellit nutrimenta ad superiora stomaci non dimittentia ipsum quiescere. sed cortices eius sumpte cum syrupo acetoso vehementius excitant ad vomendum plusquam radices ipse. Etiam semen radicis sumptum cum aceto excitat ad vomendum. Radix melonum siccata ⁊ sumpta in potu in quantitate. ʒ. i. cū aqua mellis abundanter excitat vomitum. Apium vniuersaliter excitat vomitum: astargan si abundanter sumitur excitat vomitum. ℂ Bimmasuy nux vomica excitat vomitum de leui ⁊ laxat: dosis. ʒ. ℈. vsq; ad quar. sed pro paralysi cum melle. Chaser est medicamen persium: sed magis violentum est elleboro: sed valde in potu sumptum educit vomitum nigrum sicut sanguinem. ideo valet ad nigram ⁊ passioneʒ melancolie valde. sed si plus sumitur in motu interficiet: sed saluat de melancolia ⁊ similibus eius omnino. Cardones excitant vomitum flegmatis ⁊ vtriusque colere. sed comesti excitant etiam vomitum. etiam succus eius sumptus in quantitate. ʒ. ij. excitat vomitum. Sparagi excitāt vomituʒ. Radix melonum ⁊ citrolorum excitat vomitum. Cepe croci excitant vomitum. Et similiter radix liliorum. ℂ Abugerig. sal excitat vomitum ⁊ multiplicat cum si mixtus fuerit cum medicinis. ⁊ similiter baurach. ℂ Oribasius. non est sumendum baurach: nisi magnum negocium fuerit: quoniam excitat vomitum ⁊ dubitatur de suffocatione eius. ℂ Belobuy. Semen radicis excitat vomitum.

¶ Ad vomitum violentū. Dico. ℞. ſeminis attriplicis. ʒ. ʒ.
ſeminis radicis. ʒ. ʒ. cardonum: nucis vomice. añ. dauich. i.
condiſij kerati. i. terant ⁊ diſtemperent cum melle ⁊ dentur.
¶ De antidotario: hoc eſt medicamen ad vomitum. ℞. gū-
mi cardonū. nucis vomice. ſe. eruce: ſeminis radicis: ſeminis
aneti. ſemis attriplicis: ſalis indi. añ. part. i. doſis. ʒ. iij. ¶ De
medicina antiqua attriplex coquenda eſt in aqua ⁊ ſumēda
eſt in potu eo ꝙ faciet vomitū: ſed eruca faciet vomitum: ⁊
incidit. ¶ Bimmaſuy eſtargar. ſi multum umitur nauſeam
infert ⁊ vomitum cum punctione eius in ſtomaco. ¶ Dya.
fructus anachium ſumptus in cibo vehementē facit vomi-
tū. ¶ Granū ben ſumptū in potū cū ydromelle excitat vo
mitū. ¶ Sal. ſi ſumptū fuerit in potu ī quātitate auripond. i.
vehementē vomitū ⁊ multū excitat. Baurac affricanū exci-
tat vomitū. Radix melonū ſiccata ⁊ ſumpta in potu ī parti-
tate. ʒ. ij. cū ydro. melle excitat vomitū. ſed bibita in quantita
te dauich. i. ⁊. ʒ. excitat vomitū cū quiete. ¶ G. melones ex-
citant vomitū ſi in multa quantitate ſumunt. ſed ſi poſt ci-
bū ſumunt confortant ſtomacū. ¶ Dyaſ. cepe excitant vo
mitū: ſed ſumpto in cibo ieiuno ſtomaco de leui faciunt vo-
mitū ⁊ ſimiliter cerebrū. Si volueris facere vomitū poſt ci-
bum da illud. tñ cū oleo nimio cōdendū eſt. ſed ſumat in fi-
ne totius cibi. ¶ Dyaſ. fenūgrecū excitat vomitū. ¶ Bima
ſuy elleborus albus ſumptus in quantitate. ℥. i. excitat vomi
tum colericū. ¶ Dyaſ. Naſturtiū babylonicū ſumptū ī quā-
titate. ʒ. quar. iij. excitat vomitū colericū. ¶ G. ⁊ Paulus. la-
chrymatio mandragore ⁊ radix eius ⁊ tota ſubſtātia eius ſū
pta cū ſyrupo mell' excitant vomitū flegmaticū ⁊ colericū ſi
cut excitat elleborus. Decoctio apij cū radice eius excitat
vomitū: ꝫ ſuccus eiꝰ excitat nauſeā. ¶ Ruffus medulle oſſi-
um excitant vomitū. ¶ Dyaſ. es vſtū ſūptū in potu cū melle
aut in cibo excitat vomitū. Dya. ſi fricat palatū cū eo: ⁊ mel-
le excitat iñ vomitus. Oleū ſiſaminū infert nauſeā. ¶ Ga-
lienus Bimmaſuy. ſiſamus proprie excitat vomitum. Mel
ſumptum in multa quantitate excitat vomitum colericum.
Semen attriplicis excitat vomitum colericum. ¶ Bimma
ſuy: lachrymatio caſſie: ⁊ radicis eius cortex generaliter ex-
citāt vomitū etiā eius ſuccus ſi ſumuntur cū aqua mellis:
ſed doſis dauich. i. ⁊. ʒ. ʒ. iij. ſeminis aneti. ꝫ de ſucco eius da
uich. iiij. ⁊. ʒ. ⁊ d lachrymatione. ʒ. ij. caute ne plus dent quo-
niā nocent nimis. Folia lauri recentis mollefaciūt ſtomacū
⁊ excitant vomitū. Oleū lauri ſumptū in potu excitat vomi-
tum ⁊ nauſeam. Or ſi grana pentadactilorū excoriata fue-
rint. xxx. ⁊ ſumpta in potu excitant vomitū ⁊ mollefaciūt ſto
macū etiā laxant. Sinapis in multa quantitate ſumptus ex-
citat nauſeā: ⁊ interiectionē lamentabilē. ¶ Bimmaſuy. Se
men papaueris ſilueſtris ſumptū in quātitate. ℥. i. excitat vo
mitum. ¶ Dyaſ. ⁊ Ypo. elleborus albus educit colerā ni-
gram de ſuperioribus.

¶ Bimmaſuy hoc eſt medicamen vomitiuū ac mundificās
ſtomacū d flegmate. ℞. corticis arboris pini. ʒ. i. vſqꝫ ad. iij.
trite ⁊ extracte de cindeto: ⁊ da eā ī potu cū. ʒ. iij. ſyrupi ace-
toſi mellis ⁊ aqua tepida. qm̄ excitat vomitū. Sed decoctio
yſopi. i. zuffa excitat vomitū. ¶ Sed yſopus. i. aſſa: ⁊ menta-
ſtrū: aqua radicis: aqua aneti. mollica. cartami: vel medulla
cū ſiſamo excitant vomitum ⁊ ſumuntur in potu cū aqua ca
lida in qua coctū fuerit anetū cū radice ſale ⁊ melle. ¶ An-
geden. excitat nauſeā ⁊ purgat ſtomacū ſi ſumit in potu cū
aqua ⁊ melle. ¶ Sinapis percuſſus cū ſyrupo acetoſo ⁊ aq̄
mellis purgat per vomitū perfecte. Folia lauri excitant vo
mitū cū ſalute ⁊ ſimiliter ſemen eruce ēt ſemen attriplicis: ⁊
oia ſunt ſalubria. ¶ Cortex melonū ſumptus ī cibo: ſed poſt
eā ſumitur mel: aqua radicis anetū. ſal cū melle: ⁊ ſyrupus
acetoſus. ¶ Ypo. ſi cucumeres ortenſes ſiccātur ⁊ teruntur
⁊ ſumunt cū aqua mellis excitant vomitū: ſed valent ad mu
lieres ⁊ debiles ⁊ potentes ad educendū flegma. ¶ Radix
cucumeris aſinini eſt medicamē potens conueniens virtuo
ſo ⁊ vſitato ad vomitū. ¶ Radix panis procini trita ⁊ diſtē
perata cū melle ad modum amigd. excitat vomitū: ſed poſt
vomitum excitat vomitum ſumpta cum aqua mellis.

¶ Yſaac ad conſeruandā ſanitatē. ꝙ ſi in corpore fuerit ſup-
abundans flegma vomitus excitandus eſt bis in menſe per
biduum nō per id qd faciat cōſuetum. ſed poſt repletionem
excitandus eſt cum ſyrupo acetoſo: ſinape ⁊ radice ⁊ deco-
ctione yſopi. i. aſſa ⁊ ſumptione amig. in cibo cum melle ⁊ vi-
no dulci. Or ſi opus fuerit ad vomendum vtatur radice me
lonis: ⁊ rebꝰ faciētibꝰ de leui ad excitādū vomitū. ꝫ lauandū
eſt os poſt factum vomitum cum aqua calida. tamen faci-
ens cum aqua frigida eſt lauanda. Hec eſt deſcriptio medi-
caminis ad excitandum vomitum. ℞. faſiolorum. ℥. i. ʒ. ane-
ti. ℥. ij. mellis diſpumati. ℥. ij. radicū. ℥. iij. coquantur in aqua
⁊ ſumatur in potu cum ſyrupo acetoſo.

¶ Dixit Ypo. de medicinis laxatiuis. ℞. caſſie. ſucci cucume
ris aſinini. añ. dauich. iij. Sed detur in potu cū. ℥. iiij. ʒ. aque
⁊ ſyrupi acetoſi. tamem eſt doſis moderata. ſed ſi de leui fue-
rit vomitus non eſt ponendum de caſſia in eis: ſed ſufficit ei
ſuccus cucumeris aſinini. Or ſi accidit ei dolor in ſtomaco
rorandus eſt cum aqua frigida: ⁊ teneat de ea in ore eius.
Etiam non debet fieri vomitus cum medicinis violentis in
corporibus purgatis ⁊ laxatis in proximo tempore. quin du
bitandum eſt ne fiat interruptio alicuius vene ⁊ emittatur
ſanguis. ¶ Dixit Ypo. ꝙ ſi elleborus albꝰ mixtus fuerit cū
nitro non ſuffocabit omnino: ſed ſalubris erit. ¶ Hoc eſt
medicamen ad emittendū flegma. ℞. grana ſtafiſagrie. lx.
⁊ miſcendo cum eis baurac ⁊ radicem ſiccam tere eam in
vmbra. ſed diſtemperentur cum ſucco radicis: ⁊ inde fiant
trociſci: ⁊ dentur in potu in aqua ⁊ aceto: ſed facto vomitu
bene erit purgatus ⁊ vomat etiam poſtea. ¶ Aliud ad exci
tandum vomitum flegmaticum. ponantur. ℥. lxxiij. aque in
ſereno celi nocte ⁊ ſumat in potu mane. Similiter aqua ma
ris in potu ſumpta in quantitate. ℥. xviij. poſt dietam factā
per vnum diem excitat vomitū. ¶ Ruffus de regimine mu
lierum dixit. ꝙ vomitus factus ante cibū nocet capiti: ⁊ ha
benti ſtrictū pectus qui non conſueuit vomere. ⁊ opus fue
rit ꝙ vomat pluries leuis fiat ei poſtea. ¶ Dixit Ypo. qd
qui non conſueuit vomere cum elleboro ex eo patietur ma-
la accidentia: quoniam elleborus ſeparat inter humores ſi-
cut facit cribratio in farina. vnde expedit ꝙ icidatur ad mo
dum ſiſami nec teratur bene: ſi in potu ſumitur: ne adhereat
yſofago: ⁊ inde inferatur ſuffocatio: quoniam niſi teritur be-
ne aſcendet cum vomitu fronte prima. ſed vtendum eſt gar
gariſmo: poſtea cum aqua ⁊ melle: aut cum lacte ter vt de-
ſcendat ad ventrem. ¶ Oleum narciſci etiam educit vomi
tum. etiam radices narciſci ſumpte in cibo cum ordeo exco-
riato excitant vomitum: ſed doſis moderata de laboro. ʒ.
. ij. cum aqua mellis: aut cum vino dulci. ſed laborans fleg-
mate vomat cum ſyrupo acetoſo mellito ⁊ aqua in qua co-
ctum fuerit anetum cum faſeolis ruffis ⁊ ſale cōmuni: ⁊ vtē-
dum eſt cibarijs aſſis ⁊ frixis. Sed admouendum coleram
rub. vtendum eſt radice melonum radice citrolorū: ⁊ aqua
cucurbitarum: ⁊ aqua ordei: ⁊ aqua melonum: ⁊ ſemine attri
plicis. ⁊ decoctione eius: ſed poſtea vtatur in cibo piſcibus:
ſed ad coleram nigram vomendum eſt vel vomat laborās
ea cum ſyrupo acetoſo in quo infuſus fuerit elleborus niger
cū ſynape ſtaphiſagra ⁊ ſimilibus. Or ſi difficilis fuerit vo
mitus vtendum eſt hoc in balneo ⁊ de leui erit vomitus.
¶ Archaganis in paſſionibus diuturnis: doſis ellebori da
uich. x. ⁊. ʒ. ſufficiens erit.

¶ De memoriali abdus qui fuerit calide complexionis euo-
mendus eſt cum aqua ordei. cum ſyrupo acetoſo: ſale attri-
plice: ⁊ cum radicibus melonum ſiccatis ⁊ tritis: ⁊ cum mel-
le: ⁊ cum radicibus melonum cum aqua ⁊ zuccaro. ¶ Sed
flegmaticus euomendus eſt vel vomat cum radicibus co-
ctis cū aneto: ſale ⁊ ſemine naſturcij: ⁊ ſemine attriplicis cū
ſyrupo acetoſo. tamen hec de leui excitant vomitum. aqua
apij cum ſiſamo. aqua mellis cū ſale modice trito: aqua ca
lida ⁊ radices narciſci cum aq̄ calida: aut teſſia trita ⁊ ſūpta
ī iure vnctuoſo: aut oleū lilinū cū aceto vel aneto. ¶ Kin-
di. hec quoqꝫ de leui ducunt vomitum. pone elleborum in-
ter radicem ⁊ ligentur particule eius cum filo in parte me-
dia eius ⁊ infundatur elleborus cum radice poſtea in aceto
per noctem vnam. deinde extrahatur elleborus de viſceri-
bus radicis ⁊ radix illa comedatur poſt cibum. ſed ſumen-
dum eſt in potu de ſyrupo facto in ſocceab: ⁊ de ipſo ace-
to modice deinde vomat. ¶ Kindi de medicinis laxatiuis.
condiſiū pungit os ſtomaci. ¶ De libro megategni. aqua
ordei excoriati excitat vomitum incidendo flegma quod eſt
in ore ſtomaci niſi fuerit viſcoſum. Et ſimiliter aqua mellis:
⁊ eo quod infert ſitim ⁊ alteratur velociter ad rubeam in
corpore colerico. opꝫ ad colerā euomendā vt fiat vomitus
cū aqua ordei: ⁊ ad flegma cū aq̄ mell'. Sꝫ ſi fuerit viſcoſum
nimis nō poterit illud icidere niſi. radix cū ſyrupo acetoſo.

¶ Hic eſt ſyrupus acetoſus vomitiuꝰ in duplici tertiana: quartana: ⁊ quottidiana. ℞. radices apij: ⁊ feniculoꝝ citroloꝝ: ⁊ cepas narciſci: ⁊ īfunde ī aceto: ⁊ coq̄ndo ea da ẽ eis ī potu: ſed pone de zuccaro ⁊ melle in eis prout vis: ſed quotiens perficiet addendū eſt in eo de gummi cardonuȝ iuxta ꝙ dignum fuerit in potu ipſius.

¶ De conſeruanda ſanitate ſm̄ Ypo. motus quoqȝ iuuat ad mundificandum bene per vomituȝ ſi fuerit factus ante cū. vt inde calefiat corpus. quoniam tunc aperientur orificia venarum ⁊ dilatabunt meatus ſubtiles. quoniam iuuat ad excitandum vomitum ⁊ diminuit nocumentum eius. vnde qui voluerit vomere non comedat vnum cibarium: ſed vtatur diuerſis cibarijs vt abundans ſit quantitas eorum: ⁊ diuerſe ſint ipſorum virtutes ⁊ ſubueniant ad excitanduȝ vomitum: ſed non faciat vomitum ita cito vbi poſtq̄ȝ corpus ſumpſerit ad repletionem quātitatem multam de eis. ſed nō bibat cum ciathis vel calicibus paruis cum vino ſimplici vel modice limfationis eo ꝙ ſubuenit ad digeſtionem. ſed ſumat cum ciathis magnis de vino limphato diuerſi coloris ⁊ diuerſi generis: videlicet de dulci ſtiptico amaro ⁊ ſimilibus: quoniam hoc magis erit ad vomitum ⁊ melius. ſed nō eſt ſumendum vinum ſuper cibarium velociter: ſed poſtquā corpus accipiat de eo ſuum opus: tamen vinum dulce excitat ad vomendum: ſed ſtipticum confortat membra vomendi amarum liquefacit ⁊ attenuat. vnde ſimiliter vtendū eſt cibario qȯ incidit ⁊ quod excitat ad vomendum. Qui quoqȝ conſueuit mundificare corpus bis in menſe per vomitum vomat per biduuȝ inſeparabiliter cum ſit quoqȝ cōtrarius ſtomaco quotiens colera multa currit in eū. ſed corrigendo nutrimentum congregat in eo flegma ſuperabundans: ſed deponatur medico ad mundificandum illud per vomitum: ⁊ eo quod diuerſa eſt generatio eius in hominibꝰ ſed opus eſt ꝙ quilibet ipſoruȝ per ſe eo vtatur iuxta ꝙ fuerit opus ei ⁊ proprie in quibus debilitatur digeſtio ex flegmate. ¶ Dixit. G. omnes medici precipiunt in quolibet. xv. die ſemel facere vomitum ſaluo auctore huius libri: quoniā dixit. nō video hoc fieri ex duabus cauſis: vna quod vomitus de leui superuenit in die ſecundo: ſecunda ꝙ in primo die non poteſt bene mundificari de omnibus que attracta fuerant in ſtomaco ⁊ orificijs venarum ⁊ eo ꝙ ad eas deſcendent in reſiduo diei ipſius: ⁊ noctis: partes minores eis que fuerant in primo die dixit ꝙ incideretur purgatio mane. ideo dico. vidi ꝙ potentior cauſa in hoc eſt ad confirmādum hoc factum ei. Conſuetudo vomitus ⁊ ſolutiōis: ⁊ ego video ꝙ qui voluerit vti vomitu debet habere vomituȝ in vſu per medicinas ſtipticas ⁊ violentas ſicut per elleboruȝ ⁊ ſimilia que expellunt vehementer: tamen q voluerit emittere de ſtomaco qȯ de leui emittitur nō ꝙ fuerit difficile: q̄rendo mundificare ꝙ fuerit de flegmate in ſtomaco tantuȝ ⁊ nō aliud nō debet habere vomitum in conſuetudine quāuis conſuetudo in vno die nō agat magnum quid. nec opus fuerit ad mundificandum in tantum ꝙ mundificandum eſt in propoſito. qm̄ voluimus qȯ emittatur quod in ſtomaco fuerit de flegmate: niſi qȯ nutrituȝ fuerit de eo ⁊ ſufficit vobis quotiens de eo emittitur quod de leui per vomitū egreditur ī quolibet tempore iuxta modum opportunuȝ ſibi. vltima quoqȝ mundificatio ⁊ conſuetudo vomitus nō habēt intentioneȝ facere in hoc vomitu. quoniam iſte vomitus nō eſt de conſeruatione ſanitatis neqȝ de frequentatione morborum occultorum: qm̄ homo quotiens vomit in ipſo die ⁊ comedit poſt vomitū per ſpatium aliqȯ ⁊ bibit nō superuenit aliqȯ de venis ad ſtomacuȝ ſicut ille extimat: qm̄ hoc nō erit niſi ex virtute ſtomaci attractiua: aut ex virtute euacuationis. ſed ſi fuerit ex virtute attractiua ad ſtomacuȝ: ſtomacus accipiet nutrimentum de eo. ſed ſi fuerit executione vacuitatis ſtomacus nō ſic erit. quoniaȝ conuenit digeſtioni ⁊ nutrimentum aſſaturabit hoc ſimiliter. vnde in hoc nō habebit modum omnino. ¶ De epidimia. Qꝛ ſi volueris ꝙ vomitus fiat de leui da ī cibarijs eius cepas duas: aut tres de cepis narciſci. quoniam excitant ad vomenduȝ de leui: ⁊ de hoc teſtatus eſt. G. ¶ Dixit. G. ꝙ ſi vomitus fuerit difficil: da ei in potu de aqua cum oleo inſimul ꝑcuſſis. deinde vomat. ¶ De ſumma talon. elleborꝰ al. excitat vomitū: ſȝ eiꝰ ſumptio fallax eſt ex violentia eius: ⁊ forte attrahȝ id de humore ꝙ natura nō poterit expellere: ⁊ tū accidet ſuffocatio atqȝ ſpaſmus. ſed niger laxat nigrā per īferiora: ⁊ eſt minoris fallacie quam albus ⁊ minoris potentie. ¶ Iohānicius de ſtomaco. ponendū eſt baurach albū cū aqua tepida ⁊ ſumendū eſt cū modico oleo qm̄ excitat ad vomendū. abugerig cardo ſumptus in quātitate. ʒ. ij. excitat vomitū flegmaticū ⁊ colericū ⁊ melancolicū ⁊ ſilr̄ nux vomica: ⁊ cōdiſium: ſal: cicuta. ſemē attriplicis: radix faſioli ruffi. ſemē aneti. radix melonū: ſuccus apij. ⁊ fungi calefacti cū melle ſale ⁊ cicuta: quoniā ſal ſubuenit ad excitandū vomitū ⁊ laxanduȝ: ⁊ diſſoluit medicinas ⁊ incidit flegma viſcoſuȝ. de ſtomaco ⁊ pectore ⁊ lauat inteſtina ⁊ multiplicat vomitū ⁊ de leui excitat euȝ. Squilla quoqȝ emittit nigrā ⁊ flegma ſȝ corrigenda eſt ꝙ coopiatur cū paſta: aut luto: ⁊ poſtea aſſeť ſup tegula calefacta in fornace tepida dū coquať: ſȝ ſeruanda eſt corina vel ꝑs interior eius ad vſuȝ doſis dauich. i. ¶ Bimmaſuy ꝓprietas ellebori albi hȝ extrahere flegma ꝑ vomitū ac ſuffocare ex abundanti attractione ipſius ad gullam. vehementer. doſis. ʒ. i. vſqȝ ad auripontȯ. i. vnde qui voluerit ſumere ipſum in potu ſumat prius modicū cibariū. deinde elleborum ipſum cū ptiſana facta de farina frumenti: aut ordei. ¶ De queſtionibus medicinalibus. tapſia excitat ad vomendū de leui ⁊ laxat ⁊ ſilr̄ ſuccus cucumeris aſinini excitat vomituȝ. ¶ Filius Binſerapion. de capitulo aſmatis. elleborus vtilior eſt in paſſionibus pectoris ⁊ humiditatibꝰ que fuerint in eo. quoniā ſecurus eſt in paſſionibus pectoris ⁊ pauci nocumēti in eis. vnde ſi volueris eo vti: volendo ſequi ſalutē de nocumento ipſius capiēde ſūt radices eius cū capitibus ⁊ terende ſunt. deinde iponende ſūt in interioribꝰ radicis per noctem ⁊ diē. deinde comedenda eſt ipſa radix.

¶ Capitulum quartum cuius rubrice ſunt.

A D E. xxiiii. caplo megategni. G. Si cōplexio calefit ⁊ ſiccať ⁊ extenuatur inde corpus etiam exercitium velox regimen tenue: ⁊ attenuatiuum. medicine attenuatiue triſtitia ⁊ vigilia: dīſiccare faciūt corpꝰ. ſȝ ꝑſtatio vehemētis velocitatis diminuit carnes vel corpus. Qꝛ ſi volueris diminuere carnes ꝓcede cum medicinis attenuatiuis: quibus vtuntur arteticique ſunt ſumen rute ariſtol. rotunda: centaurea: gentiana: poliū maius. i. gebda. apiū ſilueſtre cuȝ violentis ad ꝓuocandum vrinā. quoniā quolibet iſtorū cōſumit cōtempie humores ⁊ attenuat corpus. qꝛ euacuat corpus cū diſſolutiōe occulta ⁊ vrina ēt cū ſale cōfecto cū tyri. ¶ Dixit. plures quoqȝ curaui quorū corpora ingroſſata erāt in vltimo cū electuario qȯ cōficiť ꝓ arteticis ⁊ ſale viparū: ⁊ alio regimine ⁊ ꝑſentatione veloci poſt fricationē factā cū pāno aſpero dū rubefiet. deinde cū oleo in quo fuerint medicine diſſolutiue qm̄ fricatio cū rebus diſſolutiuis cū ꝑſentatōe veloci. nō ide inferunt mentionē. Ego quoqȝ iterati vngebā eos poſt ꝑſentationē velocē cū hoc oleo in quo coacta erāt radix cucumeris aſinini ⁊ radix maluauiſci gētiana ⁊ ariſtologia ⁊ herba opoponaci ⁊ cētaurea ī ꝑte ipſorū poſita. aut in toto. ſȝ in hyeme expedit ꝙ illinitio fiat cū his illinitōibꝰ q̄ dcē ſī poſt balneationē qm̄ in hora poſt balneationē nō dȝ comedere ſed poſt dormitionem. ſi dormire dilexerit deinde reuerti dȝ ad balneū an̄ cibū: ita tm̄ ꝙ aqua eiꝰ ſit diſolutiua. ⁊ ſi poteris fac ꝙ vtať balneo naturali. Sin aūt recipe aquā q̄ ſimilis eſt aque ipſius balnei in ea ponēdo ſalē ⁊ baurac ⁊ dimittendo eā in ſole dū cōburat eā ſol pluribus diebus: qm̄ cura hec vtilis eſt habentibus abundantē carnē quotiens balneatio fit ī ea tota die ſimul. ¶ Dico: pila quoqȝ magna implenda eſt aqua in qua poniť ſal lapideus ⁊ amarus: ⁊ in ea dimittendus eſt dū ſol cōburat eū videlȝ in menſe iulij ⁊ cura erat ad votū. ¶ Dixit opȝ ꝙ ꝑcedat ei cū hoc vt calefiat: qm̄ febris bona ē ei ſed mitigata febre iterato fiat. Cura tm̄ nō dȝ vti vino groſſo ⁊ dulci ſȝ aqueo ⁊ ſubtili. ¶ Dixit. G. ꝙ illorum caro diminuenda eſt in quibꝰ nō erit poſſe per manum lauare anum niſi poſt laborem.

O ¶ Ad impinguanduꝫ macilentum. Dixit da ei in potu de vino grossiori ⁊ in cibo de cibis generantibus sanguinē grossum ⁊ fac eū vti exerticio tardo fricando cum fricatione moderata. sed fac contra id quod fecisti ad extenuandum pingue illiniendo cum cum pice per quodlibet triduū aut quatriduum semel quoniā conferens erit ad augēdum carnem.

P ¶ Ad impinguandum membrum solum tantum. ꝙ si cōtingit ꝙ aliquod membrum fuerit macilentum emplastranduꝫ est cum pice quoniam perficietur in augmento carnis iuxta votum tuum: eo ꝙ pix attrahit sanguinem multum ad mēbrum ideo non est vtendum ea abundanter nec frequenter in corporibus patientibus. etiam in coporibus sanis abundanter: tamen vti possumus ea in hyeme bis ⁊ in estate semel. ¶ Dico: intendit in die in quo operatio eius sit. ¶ Dixit: ꝙ si punctores voluerint augere aliquod membrū pungere debent illud per percussionem per virgam rectā ⁊ planam ⁊ oleo vnctam deinde illinire illud debent cuꝫ hoc medicamine. Dixit ꝙ virga vngenda est modico oleo similiter sed virga debet esse de hayzarana plana ⁊ percutiatur mēbrum illud dum rubefiat ⁊ infletur moderate non ꝙ transeat modum dignum: deinde pix apponenda ei est. Qr si volueris ꝙ quodlibet membrum augeatur in carne fricanduꝫ est ⁊ lauandum cum aqua calida. Qr si videris ꝙ inde mēbrum fuerit inflatum dimittenda est ⁊ noli dissoluere quoniam si dissolueris plus nocumentuꝫ inferes ⁊ non remedium. Iuxta hunc modum quoqꝫ vidi quendam de punctoribus habere quendam infantem habentem anchas diminutas. sed in modico tempore fuerunt per euꝫ augmentate: videlicet ꝙ idem pungebat cum percussione eas moderate vtendo de die tertio in alio illinitione facta cum moderata quantitate picis. ¶ De extenuatione corporis. ꝙ si corpus extenuitatum fuerit in toto iuuamentum habebit cum balneo faciendo post cibum sicut ille qui vtitur rebus attenuatiuis non est securus ꝙ non calefiat si intensa caliditas superuenerit corpori. ita similiter qui vtitur balneo post cibuꝫ nō erit securus ꝙ non accidit ei aliqua opilatio in epate ꝓprie si spēs cibariꝫ fuerit grossa: etiam inde generabitur lapis in renibus: ⁊ cū omnes homines nō habeāt stipticos ventres: nec ipsorum epata habeant meatus strictos. hec non generatur in omnibus hominibus: etiam non habemus signum manifestuꝫ differens inter ipsa ⁊ hec: vnde expedit ꝙ interrogetur patiens si sentit ponderositateꝫ esse in parte dextera eius: aut in lumbis eius ꝙ si respondet ad hec vtendum est statiꝫ i cibo capparis cū aceto ⁊ melle i principio comestionis hoc dꝫ fieri dū ōficiet qd̄ sentiť de pōderositate illa.

P ¶ Qr si membra nō nutriuntur nisi cum labore: ⁊ infrigidata fuerint vehementer operabat in cura ipsorum per cassiam. ⁊ quandoqꝫ illiniebam cum ea ⁊ cum melle. quandoqꝫ cum ceroto: quoniam hoc positum super membrum attrahit ad ea sanguinem supabundantem. ¶ Dixit: ꝙ si pellis fuerit minor de quantitate naturali cum sola fricatione cura sufficiens erit ad augendum in ea. ¶ De preputio diminuto. facienda est forma de plumbo ⁊ apponenda est capiti veretri ⁊ super formam extendendum est preputium ⁊ ligandum est leuiter dum oriatur ⁊ longum fiat. sed si fuerit inseparabile excoriandum est in primo ⁊ informandum est cum farina de labiis ⁊ naribus diminutis. ¶ Dixit: ꝙ caro erat grossa ⁊ solida in multa quantitate que extendit pelleꝫ ita ꝙ videtur totum membrum esse diminutum: sed hoc fit in labiis naribus ⁊ auribus. ¶ Dixit: excorianda est pars media ⁊ pellis reddenda est ex vtraqꝫ parte ⁊ incidenda est caro que in medio est ⁊ radenda est tota caro dura que ibi inflata fuerit: deinde suenda est pellis caute ne pars aliqua pellis minus fuerit. deinde vtenduꝫ est consolidatiuis: quoniaꝫ ex defectu carnis que indurata erat in medio membrū reuertetur ad longitudinem eius. ¶ Dico: ꝙ quidam incidunt hoc per contrarium: ideo peccant: quoniam ipsi incidūt carnem cum pelle simul: postea suunt extremitates labiꝫ ⁊ inde labiuꝫ erit minus vltro q̄ꝫ erat: vnde pellis excorianda est de labio ⁊ caro incidatur que est sub pelle: videlicet durior deinde suende sunt extremitates pellis: quoniam cuꝫ labium fuerit sanum erit longum ⁊ tenue: quoniam in eo oriť tur caro moll' in q̄ nō erit duritia neqꝫ grossitudo vt i pria.

O ¶ De capitulo quinto de conseruanda sanitate dixit ꝙ fricatio facta mane ⁊ post dormitionem quamlibet virtutem suscitat attractiuaꝫ que est in membris ⁊ attrahit nutrimētum de ea ⁊ ea impinguat. ego quoqꝫ plures macilentos feci ingrassari cum fricatione facta cum oleo: vnde subueniēdum est cum capitulo mēbrorū diminutorum ⁊ cum capitulo exercitiꝫ: ⁊ cum vltimo capitulo quinto. de regimine sanitatis. ¶ De quinto tractatu regiminis. sanitatis dixit: accidit in quibusdam macies ex parte male complexionis quotiens condemnať siccitas ex debilitate virtutis inducentis nutrimentū: aut ex debilitate virtutis nutritiue: aut ex vtraqꝫ simul: sꝫ omnibus huiusmodi confert illinitio facta cum pice eo ꝙ pix referuet cibarium induci ad nutrimentum: ⁊ iam plures ingrossati sunt cum hac illinitione facta eis ⁊ ꝓprie si virtus transportatiua nutrimenti fuerit debilis ⁊ virtus nutritiua fuerit nō debilis. sꝫ inhibeť de bonitate nutrimenti ⁊ ex parte paucitatis materie conuenientis: quoniam hoc fit ex parte modici nutrimenti ꝓcedentis ad arterias qdam quoqꝫ euitant illinitiones istas causa crudelitatis earum vtentes aliis ingeniis pluribus: ⁊ licet quilibet ipsoruꝫ locum habeat illinitionis picis in iuuamento ⁊ virtute fricādum est corpus cū tobalia vel manutergio moderate ⁊ mediocriter inter durum ⁊ leue dum rubefiet. deinde indurandā est pellis ⁊ condensanda cum fricatione dura: deinde p̄cipe ꝙ vtatur moderato exercitio ⁊ balneo nō ꝙ longā moram trahat in balneo. fricandum est corpus cum tobalia sicut actum est in fricatione sicca deinde vngendum est corpus cum modico oleo: deinde vtendum est nutricatione. ſꝫ ꝓpositum huius cure in toto est ꝙ ad carnes trahatur bonus sanguis ⁊ confortet virtutem nutritiuam ad prohibendum ꝙ attractum fuerit de dissolutionibus cum eo quod confortat virtutem nutritiuam cum calefactione carnium: quoniam prohibetur per fricationem ꝙ superueniens fuerit ad membra. sed per vnctionem cum oleo ꝓhibetur dissolutio: quoniam vnctio cuꝫ oleo obturat poros: ꝙ si etas fuerit conueniens corpus cuius descriptio hec notatur confortatur mirabiliter cum aqua frigida.

A ¶ Qr si corpus fuerit intensa pinguedine cōtraria facienda sunt ei: videlicet vt transportetur perfecta transportatio nutrimenti ⁊ mollificetur ad augendum in dissolutione corporis: ⁊ confortatione partis nutrimenti cum abundanti laxatione ventris dum inducantur ad vsum instrumenta nutrimenti velociter expellere qd̄ inclusum fuerit in eis ad inferius. dissolutio quoqꝫ corroboratur ⁊ augetur cum exercitio veloci sicut cū presentatione veloci ⁊ abundanti fricatiōe ⁊ vnctione cum oleo dissolutiuo. sed fricatio leuis esse debet ⁊ mollificatiua. Ego quoqꝫ extenuari feci in modico tempore quendam per presentationem velocem fricando ipm̄ cum tobalia vel manutergio aspera nimis ad sudorem restringendum: deinde sequebar hoc cum nimia fricatione cum oleo dissolutiuo: videlicet cum oleis qui tollunt defensionem. sed post ipsam fricationem nullum cibum dabam ei post balneum. sed faciebam eum dormire si in voluntate eius fuerit aut aliquo seruitio modico iuxta votum eius vti deinde faciendo eū secundo balneari: dabaꝫ ei post balneum cibarium modici nutrimenti ⁊ multe quantitatis vt si sufficiēs quātitas ⁊ transportatio nutrimenti ei⁹ si modica.

P ¶ De secūdo capitulo catatirion: accidit quoqꝫ macies alicui membro ex quiete facta per spaciuꝫ longi temporis: aut ex mala ligatione facta penes fracturam eius: quoniaꝫ qes debilitat virtutem membrorum quiescentium ⁊ ligatio cōprimit sanguinem ⁊ expellit eum de membro: ideo cura fieri debet per contrarium vt corroboretur virtus membri ⁊ attrahatur ad illud sanguis superabūdans. virtus quoqꝫ mēbri corroboratur per fricationeꝫ moderatam in quantitate ⁊ qualitate ⁊ per motum conuenientem. sed sanguis attrahitur ad illud per ligationem prout docuit Ypo. Sed infusio aque calida super illud debet fieri in quantitate moderata ⁊ motus ⁊ fricatio modo simili debent esse: quoniam motus ⁊ fricatio licet corroborent virtutem tñ attrahunt sanguinem iō quilibet ipsoꝝ nō in modica quantitate esse dꝫ ꝙ nō agat: neqꝫ in multa ꝙ dissoluat: sed esse debet in quantitate moderata: tñ aqua calida infundi debet super membrū dum membrum infletur ⁊ color eius rubefiat in vltimo rubore ⁊ eo ꝙ membra extenuata tarde rubefiunt non est q̄renda rubedo primo die in eis cum nostrum in hoc toto ꝓpositum sit vt in quantitate fiat qua rubefiet membri color ⁊ in ipso tempore corpus membri fiet vehementioris inflationis: quoniam si super hoc addis diminuetur inflatio ⁊

deficiet rubedo eius. ⸿ Dixit: habetur quoqʒ significatio super velocem curam ⁊ tardaʒ in membro macilento ex leui rubificatione ⁊ inflatione ⁊ ex tarditate ipsaruʒ. sed locus in quo difficilis fit operatio huiusmodi fricandus est cũ medicinis liquidis ⁊ calefactiuis ⁊ ꝓprie in quibus fuerit modica pars tapsie. sed leniendus est cum medicamine picis q̃ medicamina appellantur ʒarucakilis ⁊ ʒarukis. ⸿ Dico ꝙ cõpositio huius medicaminis prout ẽ de libro oribasii mediocri: ⁊ operatio eius simplex tali modo fiant ad hanc passionem: videlicet ꝙ calefiat pix cum oleo dum spissa fuerit: deinde illinienda est dum fuerit calida super locum cum pãno: deinde remouenda est quotiens infrigidatur. Sed consideranduʒ est diligenter in eius appositione ⁊ reiteratione appositionis eius super locum. ⸿ Dixit: vtendum est medicamine picis iuxta hec accidentia ꝙ si videris ꝙ in prima appositione eius membrum fiet bene rubefactum ⁊ inflatuʒ statim remouenda est. sed nisi hoc videris illinitio facienda est super membrũ bis ⁊ ter. sed quidam emplastratione ipsa vtuntur quolibet die. quidam in primo die ⁊ tertio. quidam in primo die ⁊ quarto iuxta qd̃ opus fuerit membro. ⸿ Dixit. G. hec quoqʒ perfecta ẽ cura in medicamine macici accidentis in membris ⁊ nõ erit opportuna ligatio in ea nisi raro. Sed si fuerit opportuna in aliquo tempore ligatio debʒ fieri prout docuit ypo. que appellatur ligatio diuersa appellatur quoqʒ ligatio diuersa ꝙ diuersa fit a ligatione que fit in fractura membri: quoniam in ligatione facienda in fractura ⁊ contritione ⁊ concussione non est ponendus pãnus in primo super locum dolentem. sed ponatur super locuʒ sanum: deinde ligatio stringenda est ⁊ mollificanda quotiens perueniet penes locum dolentem. sed cum peruenerit ad locum metipsum mollificanda est taliter ꝙ non habeat secum aliquam strictionem nec oppressionem omnino: licet diminuatur hoc in hyeme. inuolutio panni quoqʒ multa facta super locum dolentem in hyeme calefacit euʒ sed in estate nõ faciebam multam inuolutionem super locum ipsuʒ: sed opprimebam sanguinem per ligationem factam in parte superiori eius superabundantis ⁊ in parte inferiori eius ligabaʒ modice in tantum in quantum sanguis attractus ad eum non possit segregari ab eo: sed locum dolentem non cooperiebam cum panno aliquo timendo ne calefiat inde locus ipse ⁊ dissoluatur sanguis qui fuerit in eo. Sed si pes aut manus extenuatur ⁊ macrescit in toto ego ligabam aliam manum ⁊ pedem oppositas eis faciendo vehementer vtranqʒ ligationem in parte inferiori eius sursum ascendendo in pede ad imaginem ⁊ in manu ad assellam ⁊ spatulam: quoniaʒ vene recte de vena magna transmittunt ad pedeʒ ⁊ diuidũtur in inferioribus corporis penes os qd̃ dicitur hugiʒ in dispositione vna procedendo ad quẽlibet pedem ad nutriẽdum eas. sed que sunt in superioribus corporis diuiduntur penes furculam procedendo ad vtrãqʒ manum ad nutricãduʒ eas in dispositione simili. Ideo quotiens inhibetur ⁊ restringitur sanguis procedens ad vnam manum aut ad pedẽ ꝙ nõ transmittatur ad eam manabit per venam diuisam ad procedendum ad alteram: ideo ligatio qua debet manus ligari sana nõ debet esse vehemens: sed moderate intantum inquantum nullus dolor neqʒ lesio fiant in ea. sed corpus dolens si fuerit aer frigidus cooperienduʒ est cum pãno ad tepefaciendum illud quoniam nisi membrum fuerit frigidũ in maximum iuuamentum erit ei si fuerit discoopertum: sed fricandum est frequenter sed in primo fiat fricatio cuʒ tobaliis: deinde postea cum medicinis calidis quotiens cũ difficultate receperit calefactionem. tamen si velociter acceperit calefactionem fricandum est cuʒ oleo in quo liquefacta fuerit cera calida valde dum ingrossetur qd̃ deleui nõ fluat quoniam duʒ fuerit in dispositione ista durabilius erit ⁊ minoris dissolutionis. sed interrogandus est patiens vtruʒ sentiret in membro caliditatẽ perseuerare: postea an sentiret ꝙ quiesceret tunc opus est ad reiterandum curam quattuor modis: in primo vt fricatio fiat cuʒ tobalia vel manutergio: secundo vt effusio fiat cuʒ aqua calida cum fricatiõe simul. tertio vt emplastratio fiat cum medicamine calido ⁊ oleo. quarto vt illinitio fiat cum pice. ꝙ si membrum quod curandum est infrigidatum fuerit vehementer vtendum est medicamine picis composito in quo componuntur pix oleũ modica ꝑs aspalti iudaici: sulfuris ⁊ piretri. De cura ista quoqʒ in vltima conditione confido: quoniaʒ cum ea plures sanaui quorum membra fuerunt macilenta. Noscas igitur ꝙ in hac dispositione non erit sufficiens quantitas sanguinis membro que transmittebat in eo: in tempore sanitatis ei⁹ eo ꝙ indiget tunc nutrimento magis abundanti: quoniam ex calefactione eius maior: maior pars dissoluitur ab eo. ideo hec cura attrahit sanguinem magis abundantem q̃ʒ in dispositione sana: ⁊ iam dictũ est de eo cum ligatione cũ opus fuerit. ⸿ Dixit: ꝙ balneũ forte erat carius in tremore ypo. ideo precipit ꝙ epithimatio fiat cum aqua calida: sed ego vtor aqua calida ponendo membrum in ea in pila. ⸿ Dixit ꝙ s̃m hunc modum curaui membra plurium hominuʒ que macilenta erant ⁊ extenuata ex ligatione ⁊ quiete per spacium longi temporis restituendo ea ad vsum nutricationis ⁊ augmenti. ligatio quoqʒ fracture que comprimit ⁊ expellit sanguinem de membro macrescit illud. sed ligatio diuersa q̃ est impinguatiua incipienda est de loco sano ex parte superiori longe a loco qui macrefactus est cum oppressione vehementi: deinde inseparabiliter lenificat operatio dum perueniet ad locum macilentum. ⸿ Dixit sed balnea sulfurea ⁊ aspaltina sanguineʒ attrahunt superabundantem ad mẽbrum. sed nos illinimus membrum cum pice loco eoruʒ. Or si passio fuerit in brachio: ligatio incipienda est de assella in brachio ⁊ in tibia de inguine. Sed si fuerit in adiuuamento aut in coxa ligatio necessarie fiat in alia manu aut in pede alio. sed incipienda est in parte inferiori ascendẽdo vsqʒ ad inguinem in pede ⁊ in manu. De assella: ꝙ si hec passio accidens fuerit in brachio aut in tibia dum fuerint potentes ⁊ vehementes nimis melius erit si pes aut etiam manus opposita ligatur. sed liganda est pars superior loci dolentis: vt nullum nutrimentuʒ recipiat: neqʒ nutrietur hoc quoqʒ nõ nocebit membro quod ligatur. sed hoc sustinendum est duʒ habebis votum de membro altero. deinde reuertetur ad eũ corrigendo ipsum. ligatio quoqʒ nõ debet perfecte fieri vt noceat vt locus eius virescat aut nigrescat: quoniã hoc erit ad detrimentum membri ⁊ eius mortificationem omnino: vnde cauendum est id quod proximum fuerit huic actioni: euitetur motus membri extenuati ne calefiat: sʒ fricatio attrahit ad illud sanguinem abundantem. Dixit ꝙ iam superuenit hoc dictum de cura membrorum macilentorum.

Q ⸿ De complemento ⁊ perfectione: dico ꝙ si magnificat̃ pes ad modum dispositionis. Abigehfar: vtendum est minutiõe in parte opposita ⁊ ligatione cõmuniter facienda sup̃ locuʒ ad expellendum ad sursum ⁊ ligetur alia pars iuxta ligationem ingrassationis ⁊ illiniatur ipsa cum confortatiuis: ⁊ alia cum mollificatiuis ⁊ vtatur quantitate modica nutrimenti.

O ⸿ De tractatu secundo humorum dixit: ꝙ si corpus macilentum fuerit causa debilitatis caloris inati qui est in eo excitatio indignationis ⁊ ĩpetus confert ei. Et similiter illud qd̃ letificat animum ⁊ extendit caloreʒ innatum ad exteriora corporis delectatio ⁊ similia que excitant ⁊ extendunt calorem naturalem bona erit trãsportatio nutrimenti correctis ide digestione ⁊ nutrimento. ⸿ De tractatu tertio vnctiones quoqʒ leues impinguant corpus nimis similiter ⁊ motus leuis. ⸿ De tractatu primo morbi acuti. ꝙ si neru⁹ fuerit debilis ⁊ matrix infirma vtendum est in regimine attenuatiuo loco syrupi acetosi altera medicina cum acetuʒ eis noceat.

A ⸿ De capitulo primo afforismorum. vltima impinguatio si fuerit in corpore fallax. expedit quoqʒ vt in venis fiat largitas pro eo ꝙ augetur: quoniam natura alterat nutrimentuʒ ⁊ illud faciet penetrare. vnde si vena in perfecta vltimitate fuerit repletionis. dubitandum est de morte subitanea ex extinctione caloris innati: quoniaʒ carebunt respiratiõe: vñ non est retardandum in euacuatione corporis si perfecte ꝑuenerit ad hunc terminum: quoniaʒ cui fuerit in vltimo modo incrassatio impossibile erit ꝙ perseueret in sua dispositione cum omnino vene disrumpantur in eo. aut extinguatur eius caliditas ⁊ ide morietur subito: ideo oportet ꝙ euacuetur corpus eius vt nutrimentuʒ locũ habeat in eo. Sin autem dubitanduʒ est de morte subitanea aut de fixura alicuius vene in eo: accidente quoqʒ hoc pluribus luctatoribus subitaneam mortem omnes secuti sunt cum in eorũ venis non fuerit locatio ad supportandum augmentum. sed si incrassatio nõ fuerit in vltimo fine nõ est dubitandum de ea cum vene in ea fuerint largiores.

O ⸿ Dixit: sicut euacuatio superabũdãs facta subito est fallax: ita similiter nutricatio sup̃abundans facta subito erit fallax.

⸿ Dico ꝙ ſi volueris aliquem incraſſare opȝ te de gradu in graduȝ regimen gerere in eo. ⸿ De primo capitulo afforiſmorū regimen tenue in maiori parte diſpoſitionū magis eſt fallax alijs: qm̄ per tenue regimen iducitur virtus in vſu ad modicū ⁊ inde affligitur. ⸿ De ſecūdo capitulo corpus qḋ macreſcit in breui tempore ad pinguedinē reſtituit̄ velociter per nutrimentū ſed ꝙ macreſcit in longo tp̄e reſtituit̄ ad pinguedinē per longū tempus: qm̄ in corpore qḋ macreſcit in breui tempore hoc accidit de euacuatiōe humiditatū nō ex liquefactione mēbrorum coagulatorū: ſed corpus qḋ macreſcit in tempore longo: iaȝ liquefacta fuit de eo caro ⁊ extenuata ſunt mēbra omnia per que fiunt nutricatio digeſtio ⁊ generatio ſanguinis: vnde facta ſunt ꝙ nō poſſunt digerere nutrimentum in quantitate neceſſaria corpori: iō dādum eſt ei nutrimentū modicū vt preualeant ei. Sed ſi mēbra in diſpoſitione illa cōſiſtunt in diſpoſitiōe prima: poſſibile erit ꝙ detur ſepe nutrimentū ſemel multū cū virtus digeſtiua in mēbris fuerit conſiſtens. ⸿ Dico ꝙ humidi contentiue nutrimentuȝ veloci⁹ ingroſſat corpus q̃ȝ aliud: ideo efficitur vinū ruffum ⁊ groſſum maioris nutricatiōis q̃ȝ alia vina: ⁊ veloci⁹ replet corpus qḋ euacuatū eſt ⁊ indiget augmento velocius cuȝ digeſtio perficitur per caliditatem ⁊ humiditatem. Et ſi fuerit nutrimentū liquidū calidum ⁊ tenue leuis erit ſuper naturam eius alteratio ⁊ tranſmutatio velociter: ⁊ in eo nō erit cum hoc magna ſubſtantia cum nutriat abundanter ſicut ius carnium ⁊ vinuȝ groſſum ⁊ ptiſana facta de medulla tritici ⁊ riſi ⁊ de lacte ⁊ ſimilibus. ⸿ Nutrimenta quoqȝ velocis tranſmutationis: ſcilicet tenuia velocius nutriunt corpus. ſed tn̄ velocius diſſoluuntur de eo: iō carnes generate inde non perdurant ſicut carnes generate de vua ⁊ nutrimentis ſolidis ſicut carnibus porcinis: ⁊ licȝ nō augeant velociter: tn̄ qḋ augetur inde perducabile erit vnde ſi ſic erit bonuȝ eſt vt attenuetur modus nutrimentorum potentium vel duroruȝ vnde fiat nutrimentuȝ fructus impulte carnes parent̄ in iuribus ⁊ ſimilibus cū quibus homines nituntur ipſorum ingenio vt natura velociter faciat ad alterationem ipſorum. etiam dubitandum eſt magis de morte in habentibus corpora groſſa ⁊ opulēta ne velox ſit q̃ȝ in habentibus corpora macilenta in maiori parte.

R ⸿ Dixit Gal. cui fuerit groſſum corp⁹ ab initio vite ei⁹ mors eius erit proximior q̃ȝ cui fuerit macilentū corpus in maiori parte. ſ3 melius erit ꝙ corpus ſit bone cutis neqȝ groſſuȝ nec macilentum: qm̄ hoc poſſibile eſt ei qḋ perueniet ad vltimitatē ſenij. Et ſi fuerit trāſgrediēs equalitatē itenſa macies melior eſt intenſa pinguedine: qm̄ in corpore groſſo vene ſunt anguſte: iō ſpiritus ⁊ ſanguis in modica quantitate in eo ſunt: cūqȝ etas perueniret ad ſeniū in ea extinguit̄ calor inatus ex parua cā ⁊ morief ſubito. ſed in corpore macilento nō eſt dubitandū de hac: tn̄ qn̄qȝ infrigidantur membra principalia cum in eo nō ſit aliquid ea cooperiens ⁊ defendens de frigiditate aeris. Sed qui habuerit cutē eius naturaliter in initio vite equalē deinde ingroſſatur vtendo quiete ⁊ opulento victu: lȝ corpus eius fuerit groſſum vene eius ſunt large ⁊ ſanguis ⁊ ſpiritus in eo erunt ſuperabundantes iō velocitas extinctionis caloris inati in eo nō erit. ⸿ Dixit ꝙ groſſitudo corporis in iuuentute nō eſt horribilis: ſ3 amabilis. ſȝ in ſenio cū in ea fuerit ponderoſitas difficilis ⁊ peior eſt conditione corporis macilenti huius. ⸿ Expoſuit quoqȝ Gal. hoc ſuper corpus longum: ſed exiſtimo qḋ ē de corpore pingui. ⸿ Dixit Gal. ꝙ corpus groſſum qḋ eſt multe latitudinis ⁊ ꝓfunditatis melius erit in ſenio corpore tenui. ſed corpus deſcriptum in tali diſpoſitione nō poteſt eſſe niſi longum ſm̄ me hoc eſtimanteȝ. ⸿ De quarto capitulo afforiſmorum: quies humectat corpora: ſicut exercitium deſiccat ea ſed nutrimenta dulcia ⁊ vnctuoſa ⁊ inſipida corpus ipinguāt ⁊ humectant. alia quoqȝ nō: eo ꝙ ſūt medicinalia.

A ⸿ De ſeptimo capitulo afforiſmoruȝ dixit: indigentia deſiccat corp⁹: iō ſanat morbos humidos ⁊ deſiccat carnoſitatē corporis qm̄ corp⁹ iſeperabiliter diſſoluit̄: ⁊ ſi de eo qḋ diſſoluitur nō fit reſtauratio deſiccabitur violenter.

¶ Ad aperiendum orificia ipsarum fiat vnctio cum oleo lilino ⁊ bibitio camomille maioris. Sed ad constringendum ea illinitio fiat cum acatia cerusa ⁊ gummi.

HH ¶ Sed ad egressionem ani lotio fiat cum vino potenti. deinde spargenda sunt super ea stiptica. ¶ Dico vtenduꝫ est eo loco olei rosa. tepide sed debes abstergere ipsum. deinde super eum spargere stiptica.

DD ¶ Ad fissuraꝫ mirabile ⁊ ad apostema. ℞. armoniaci thuris ematitis galle croci an̄. ʒ. ij. gūmi fisticorūꝫ. ʒ. v. cere albe. ℥. i. olei rosa. ℥. ß. ꝯgregentur ⁊ bona erunt mirabiliter. ¶ Etiaꝫ ℞. litargi. ceruse adipis anserini equalit̄ croci myrrhe ana. partē mediam olei rosaꝝ cere ana par. ꝯuenientē ⁊ bonum erit vnguentum ad fissuram ⁊ vlcera.

BB ¶ Dixit. si volueris illinire fistulā cū medicamīe acuto distē pera sarcocollam ⁊ illiniendo cum ea pertinētia ipsius. vtl potes medicamine acuto. dico gūmi etiā valet ad hoc.

AA ¶ Hoc est electuariū bonū ad emorroidas. ℞. myrabolanorum kebuloꝝ nigrorum belliricoꝝ emblico. ana par. i. dadi par. ß. terantur ⁊ distēperent̄ cū oleo nucleorum percopoꝝ ⁊ distemperent̄ cum melle postea dispumato dosis fiat. ʒ. ij. vsqꝫ ad. iij. ¶ Aliud. ℞. ameos seminis apij masticis galāge cinamomi ana. ʒ. iiij. fructus sauine. ʒ. v. nasturcij assi. ʒ. x. terantur omnia saluo nasturcio ⁊ distemperent̄ postea cuꝫ melle dispumato ⁊ operatio de eis fiat.

DD LL ¶ Ad fissurā ⁊ dolorem vehementeꝫ terat̄ in ceroto alcanne in q̄ntitate tertie partis eius optime ⁊ cuꝫ eo vnctio fiat.

AA ¶ Masarguih bimasuy ⁊ chuzi embylici boni s̄r emorroidis ⁊ ad confortandū sellaꝫ. ¶ Sendhesar portulaca comesta confert emorroidis. ¶ De medicina antiqua fumigāde sūt emorroide cū folijs fumiterre ⁊ semine eius ac semine cicute aut semine bōbacis ⁊ nucleis myra. nigroꝝ ameos rosis siccis ⁊ thure ꝟ mitigant dolorem petroleon nigrum adeps renum farina ordei si fiat inde vnguentum.

LL AA ¶ Ad dolorē ani caules si condiat̄ elixe cū butyro in emplastro ponant̄. aut sedeat patiēs in oleo sisamino aut in aqua ⁊ oleo sisamino in quibus anetū decoquit̄ per duas horas inde mitigabit̄ dolor. ¶ Etiā mitigat dolorē ⁊ ꝯfert emorroidis iferioribus. ℞. elkitran. vꝫ. vltramarini qd̄ ad potū dari potest. ʒ. ij. olei nucleoꝝ percoporum. ʒ. ij. misceant̄ cuꝫ aqua myra. nigroꝝ: ⁊ da ea in potu per triduuꝫ sed in biduo manifestabit̄ vtilitas eius. ꝙ si nociuū fuerit cuꝫ caliditate sua pone oleū super caput ⁊ da in cibo in meridie de carnibus ꝯfectis in aqua ⁊ sale spidebeg. i. pinguibus aut de butyro euitaꝰ aceto oleribus ⁊ lacte.

AA ¶ Dixerūt ꝯferūt emorroidis ficus ac nocent dactili sed ficus nigre meliores sunt alijs. Etiā ꝯferūt figie mel ⁊ cortex ⁊ cōponūt̄ in pillulis bdellij. Etiā nasturciū ameos semen porroꝝ ⁊ serapinum. ¶ Dixit si vehemētior fit dolor emorroidaꝝ clystere fiat cum butyro liquefacto ⁊ oleo nucū aut cū mucillagine seminis lini camomille ⁊ fenugreci. ¶ Dixit euitare debet laborās emorroidis carnes anatis gallinaꝝ aque vaccaꝝ pisces recentes ⁊ aues aq̄ oua sinapem alleū radicem ⁊ vina fortiora quoniam hec omnia excitant emorroidas. Sed eis resistit porrū butyrum ⁊ caro caprina ⁊ inconueniēs est eis caro ouina. ¶ He sunt pillule mirabiles ad emorroidas. ℞. myrabo. nigroꝝ. ʒ. xx. bdellij. ʒ. x. serapini galbani an̄. ʒ. v. dosis fiat. ʒ. ij. ¶ De questione facta Joānicio dixit emorroide fiunt ex superfluitatibus manātibus de stomaco ⁊ intestinis ad inferiora ibi obtētis ⁊ non egrediētibus ea. ¶ Dixit super anū est caro humida ⁊ inflata leuiter ideo hoc in maiori parte accidit. ¶ Dico ꝙ hoc sequit̄ ꝙ desiccent̄ nutrimenta ⁊ emittant̄ sup̱fluitates. ¶ Anasc. dixit nasturcium tollit emorroidas. ¶ Dixit oleum confert emorroidis. ¶ Hoc est medicamē laxatiuū. ℞. radicis capparū spine cameloꝝ radicis colloquintide folioꝝ oleandri bdellij serapini ana par. conuenientē terantur cū aqua porrorum per. xx. dies quolibet die per horam vnā deinde fiat erecte ad modū auellanarū ⁊ cū eis fiat fumigiū plies quoniam mirabiles erunt valde ad dissipandū ⁊ tabescendum eas de fissura bathusub stercus cameloꝝ valet pascentium ⁊ cortices arboris celsoꝝ cortices radicis capparis sandaricus pellis serpentis gūmi pini hec omnia in fumigio posita dissipant eas sed de pelle serpentis poni debet abundantius in eo. ¶ Dixit dya. si decoquantur folia myrti ⁊ terunt̄ cū vnctuositate ⁊ ponunt̄ in emplastro super emorroydas ꝯferunt eis. ¶ Oleū myrtinū ⁊ radix andegen cocta in aceto cū corticibus granati ⁊ posita in emplastro sup̱ emorroydas eminentes in ano eas dissipabit. ¶ Portulaca cōfert emorroidis sanguinolentis vitellū oui mixtū cum apozimate corone regie cōfert emorroidis. ¶ Dya. cinis palliū veterum consumptorum quas eyciunt corserij valet ad emorroidas. ¶ Myrabolani cōditi ⁊ non conditi conferunt s̄m Bimasuy emorroidis. ¶ Vterqꝫ arsenicus mixtus cū oleo rosa. confert emorroidis eminentibus in ano. zinget frugidi cōfert emorroidibus in ano eminētibus. ¶ Dya. cinis vitis ⁊ cinis substātie vue sanāt anū excoriatum de emorroidis. ¶ Dya. porrū elixum cum aceto ⁊ fritum postea positū in emplastro super emorroidas confert. Etiam comestū cōfert. ¶ Bimasuy. sed ꝯfert emorroidis accidentibus ex humiditate. ¶ Semen porrorum assum cum nasturtio si bibitur confert emorroidis. ¶ Bimasuy lac positum cum tutia vsta ⁊ lota ad mitigandū dolorē emorroidalē q̄n incidunt̄. ¶ H. Rosmari. i. libanitus tritus ⁊ positus in emplastro mitigat emorroides. ¶ Dy. ℞. radices porrorum siluestrium nō ortensium neqꝫ ortoꝝ in terra laboratiua ⁊ excoriando ea desicca ea in vmbra. ¶ Deinde terant̄ cū oleo sisamino aut sambucino ⁊ cum eis fiat vnctio super emorroidis eminētibus in ano aut super verrucas. ⁊ fumigiū fiat cū emboto p̱ut noscis pluries ⁊ cadēt. ¶ Absqꝫ auctore oleum nucis muschate si cū eo vngāt̄ emorroides ꝯfert eis. ¶ Floseris suppositus liquefacit emorroidas. ¶ Litoniū coctum in aqua mellis positum in emplastro bonum ē emorroidis. ¶ Sumac conciatoꝝ pelliū mixtum cuꝫ carbone ligni glādis trito in emplastris sanat emorroides. ¶ Dy. aloe mixtū cum vino dulci sanat emorroidas eminētes. ¶ Dya. fricatura plumbi cum oleo rosa. ꝯfert emorroidis sanguinolētis ⁊ alijs nō sanguinolentis. ¶ Dya. emplastrum cum fricatura plumbi cuꝫ alijs succis frigidis ꝯfert in hoc valde. ¶ H. si emorroide fumigent̄ cū radicibꝰ siccis apij pluries tollūt̄. ¶ Hoc est medicamē bonū emorroidis. ℞. grana maleph ⁊ terendo ea bene cum eis misce in. vi. quātitate eoꝝ crocū in pilis bene tritis ⁊ inde fac scief cuꝫ oleo sisami excoriati ⁊ supponatur. ¶ Hoc est medicamē mirabile expertū emor. si fuerint manifeste. vngant̄ cum oleo rosa. ⁊ fumigent̄ frequēter cuꝫ spina appellata hab in emboto si fuerint interiores q̄m bonū est vt cauda emboti interponat̄ ano. Sin autē non quoniā cadent per triduum. Q̄r si fuerint parue ⁊ manifeste ⁊ plures sedeat patiens in decoctione spine hab. ⁊ vnctio fiat cum oleo rosa. Et similiter bibitio trifere ⁊ pillule bdellij ⁊ squāma ferri si fuerit cocta in. ℥. iij. in electuario in aur. pon. i. cōfert dato cibo patienti semel in die ⁊ nocte de carnibus ouinis frequenter ⁊ fumigato ano. ¶ Fumigiuꝫ hoc bonum est sed fiat cum opio euforbio zurumbet sandarico thure masculo radice colloquintide eius folijs capparum folijs ciceris imperatoris radicibus capparis semine porrorū sarcocolla arthemisia bdellio ⁊ adipe gibbi cameli. ¶ Aliud fumigium bonum. ℞. sandaricum radicum colloquintide folia eius bdellium adipem camelinum ⁊ terendo ea que terenda sunt cribella cum cindeto deinde distemperētur cum oleo percoporum ⁊ cum eis fiat fumigiū. Sed de odoribus accidentibus ex incisione ⁊ ligatione dictum ē in capitulo apostematū ani ⁊ eius dolore. ¶ Emorroide si fuerint eminentes capiantur cum forma ⁊ incidantur ac ponatur super vulnus vitreolum tritum tamen si fuerint magne ligentur sed si equales cum superficie ani debet comburi aut curētur cum medicamine acuto. ¶ Absqꝫ auctore. Fumigiū anacardi dissipabit morum fortiter. ¶ De memoriali ad emorroidas cum frigore. ℞. radicem capparis dadi ⁊ myrtum. ¶ Dixit facta questione de emorroidis vnde fiunt dixit de ebullitione sanguinis ⁊ superabundantia ipsius vnde procede cum toto eo quod diminuit sanguinem mitigat caliditatem ⁊ lenit ventrem. ¶ Hec est illinitio ad dissipandum emorroidas pone colloquintide vnam recentem incisam in partibus quattuor ad modū crucis in vase in vrina camelorum pascentium ad infundendum eaꝫ ⁊ obturato ore vasis ponat ad solem per totā estatē. ꝟ adde frequenter in vase vrinā iuxta diminutionē ipsius ⁊ cū illis fiat illinitio sup̱ emor. ⁊ dissipabit eas aut fiat cum fellibꝰ ⁊ ꝯsumet eas in toto aut spargatur sup̱ eas nigella ⁊ mirabiliter faciet. Sed si fuerit interiores infundat̄ bōbax in melle ⁊ postea inuoluat̄ in nigella vsta ⁊ supponat̄. aut spargatur sup̱ ea vitreolum ⁊ desiccabit eas ⁊ cadēt. Q̄r si accidat ide

retentio vrine ex inciſione emorroidarum aut ex ligatiõe aut ex acuto medicamine ſequat̃ cura vt in.c. retẽtionis vrine eius ẽ dcm̃.deinde cautus eẽ debes ne difficilis fiat mict⁹.
¶ Fumigiũ Terantur anacardi ⁊ trociſci fiant ⁊ eis vtamur. Aut fiant cũ radice colliquintide radice capparis aut cum cornu napti:aut enula aut ſemine porrorum ⁊ clyſtere fiat cũ aqua porrorũ cum bdellio. ¶ Hoc eſt ſciet̃ ad ſupponendum illud ſi natura fuerit ſicca. Fiat cuʒ.ʒ.iij.bdellij.ʒ.i. colloquintide cũ ſucco porrorum. De pnoſticis de libro mortis velocis. Yſaac.ꝙ ſi ĩ aliquo fuerint emorroide apparẽtibus puſtulis in illis nigris inter ſpatulã in die.xx.moriet̃.
¶ Dixit in lib.aeris ⁊ regionis in maiori parte emorroide accidũt ex melancolia:ſ; in minori ex flegmate. ¶ De epid. Cuius orificia venarum aperiuntur non patiunt̃ pleureſiʒ peripleumoniã puſtulas corroſionẽ excoriationẽ impetiginẽ ⁊ ſimilia. Sed ſi inciſe fuerit emorroide illius omnes nulla facta minutiõe neqʒ laxatõe morbos illos patiet̃ celeriter.
¶ De amphoriſmis intenſa emiſſio ſanguinis ani ſi fuerit nõ conuenit cum vtraqʒ diſpoſitione ſimul noceat. ¶ De affo.emorroidas ſanãti antiquas ſi non ipſarũ vna relicta fuerit in dubium erit ſuper ydropiſim ⁊ ptiſim quoniaʒ ſanguis niger qui ſolebat emitti ⁊ non emittit̃ in abundãtia retentus in epate infert apoſtema durum in eo:aut cũ põderoſitate ipſius.vnde expulſo ipſo ab epate ad pulmonẽ ſi contingit rumpentur in eo vene ⁊ exinde accidet ptiſis ideo relinquenda eſt vna ipſarum vt per eã purget̃ epar de fece ſanguinis. ¶ Dico aut forte ipſum expellet epar cũ ſuperabũdantia ad ſplenem ⁊ eo ꝙ magnificat̃ exinde ſi ſuperabundans fuerit nõ accipiet eũ.⁊ reuerſo ipſo ſanguine ad epar debilitat̃ inde. ¶ Abugerig monachus dixit. Succus cucumeris aſinini coctus ĩ oleo ſiſamino ⁊ illinitus ſup emorroidos manifeſtas eas ſanat ac coctus ĩ ſeminibus eas deſiccat ⁊ diſſipat in toto. ¶ Abugerig dixit bdelliuʒ incidit ſanguinem emorroidalem ⁊ eis cõfert. ac incidit materiam ipſarum ſerapinum ⁊ dixit confert emorroidis ſi bibit̃. ¶ De electionibus Ioãnicij de emorroidis qđ eſt expertum galbanum bibitũ in quãtitate.ʒ.ij.vʒ ſiccum cũ aqua ſanat ac ſi ter fiat bibitio non reuertẽt̃. ¶ Dico ꝙ hoc inueni firmiter de electione iobi.elkindi.ſed non debemus vti eo in calido corpore vnde cauendum eſt. ¶ De electione Ioãnicij iuxta quod cõpoſui ad emorroidas ⁊ ẽ mirabile. ℞.myrabolanorum kebulorum ⁊ nigrorum ana partes.ij.cicute partem.i.bdellij ſplendidi ⁊ boni nigelle zuffare corticuʒ radicum capparis aromatum yere ameos ana partẽ.ʒ. terãtur que terenda ſunt ⁊ vngant̃ omnia cum oleo nucleorum pcoporum. deinde diſtemperent̃ cum melle gũmi clari ⁊ boni diſpumato in mediocri diſtẽperatiõe ⁊ quolibet die doſis fiat.ʒ.iiij.cũ vino dactilorum in quo non ſit dulcedo neqʒ aceſitas etiã eſſe debet viuuʒ forte. ¶ Aliud medicamen de electionibus eius tamen non de compoſitione. ℞. ſeminis acetoſe ſeminis ciculi camelorũ cuius ſemen eſt vt ſemẽ nigelle ameos partẽ.i.aſſent̃ cuʒ butyro vaccino veteri poſt quã fuerint trita:⁊ diſtemperent̃ cũ melle diſpumato gũmi clari duri doſis quolibet mane ad modũ nucis cũ vino dactilorum modico ꝓut diximus. Sed hoc vinum non debet eẽ dulce nec acidum ſed forte efficax clarum ⁊ vetuſtũ quoniaʒ melius eſt in his ⁊ alijs. ¶ Aliud de electionibus eius ad mitigandũ dolorẽ ⁊ ad ſanandum corpus. ℞.partes.ij.dadi.galange partes.iij.terant̃ ⁊ cribellentur cum ſerico ⁊ inſimul mixta diſtemperẽtur cum melle diſpumato ſed rorent̃ anteqʒ diſtemperentur cũ decima parte medicaminis butyri doſis fiat.ʒ.ij.cũ aqua calida ⁊ expertum eſt ⁊ bonum.
¶ Dico ꝙ vidi dura mora liquefieri ⁊ diſſolui ⁊ conſumi per dies ⁊ aliquid ſudare frequenter ⁊ deficere ſed omnia conſumuntur per ligationẽ coitus ⁊ liquefiunt ruffa q̃ ſunt quaſi ſanguiſuge inflate ⁊ leuia. ¶ Tabri ſi excitãtur emorroide ⁊ nocet porrũ elixum mixtum. cuʒ butyro vaccino ſuper eas ponatur aut fumigatio fiat cum bdellio radicibus capparis ⁊ adipe cameli. ¶ Dixit abuar cuidã cuius emorroide inciſe erant ⁊ exinde patiebatur dolorem precepi ꝙ ſupponeret de vnguento ceruſe.ſimiliter poſitum ſuper locum dyaquilon molleſecit ⁊ mitigauit doloreʒ. ¶ Dixit ingredi debet balneum ⁊ ponere anum ſuum ſuper lapidem calidum ad mitigandum eius dolorem. ¶ Dico ꝙ hoc eſt ad calefactionem ideo noli dubitare in calefactione ipſius ſed melior calefactio eius erit cum cepis porris coctis cum butyro calidis.⁊ mitigat dolorem emorroidarum fumigatio adipis cameli cum bdellio quoniam mirabilis eſt etiam mitigat eum licinium confectum de opio thure ſuppoſituʒ etiam ſuppoſitio adipum tenuium ⁊ bdellij mirabilis ſi de eis fiat licinium:⁊ ſupponitur ſed miſceri debet cum eis pe nes vehementem dolorẽ opium. ¶ Byn ſerapion de emorroidis dixit emorroidarum tres ſunt ſpecies quedam ſunt longe ſimiles apibus que ſunt peiores omnibus alie rotunde ſimiles vue in forma ⁊ colore ruffo.alie ſimiles ſunt moris ſed peior pars iſtoruʒ eſt que ſunt in radice veretri quoniam magnificatis ipſis opilantur meatus vrine.tamen ps illa que erit declinans ad poſteriora minoris malitie eſt.
¶ Dico ſi incidũtur ſimiliter quoniaʒ ſi fuerint propinque veretro fallacia erit maior.⁊ inde erit apoſtema veſice ⁊ retentio vrine magis.ſed que ſunt extra ſellam minoris malitie erunt tamen emorroide cece ſunt de quibus non emittitur ſanguis ſed fiunt ad modum verucarum tamen earum dolor excitatur vehementior ⁊ perforatis ac apertis emittetur ſanguis ab eis ⁊ mitigabitur dolor.ꝙ ſi volueris perforare eas potes cum ferro aut illinitiõe medicaminis acuti ſicut cuʒ ſucco panis porcini ⁊ dactili immaturi cũ igne.
¶ Conferunt laborantibus emorroidis myrabolani cõditi nigri aſſi cum butyro vaccino aqua porroruʒ oleo nucuʒ quaruʒ aque porroruʒ.ʒ.ij.olei nucuʒ.ʒ.ij.etiaʒ pillule bdellij trifera parua naſturciuʒ conferunt. ¶ Hoc eſt medicamen vtile valde. ℞.myrabolanoruʒ nigroruʒ frixoruʒ cuʒ butyro vaccino ſeminis feniculoruʒ ana partẽ.i.terantur ⁊ cribellentur ⁊ miſceãtur cũ tantundẽ naſturcij doſis quolibet die aur.pon.ij.cũ vino lymphato. ¶ Aut. ℞.ſquãme ferri cribellate.ʒ.iij.naſturcij albi.ʒ.ij.fumantur cũ.ʒ.i.aque porroruʒ ⁊.ʒ.ij.olei nucum ⁊ emplaſtretur locus cuʒ porris elixis frixis cum butyro vaccino ⁊ fumigetur cũ radice capparum radice colloquintide et ſemine porrorũ. ¶ Hoc eſt fumigium bonum emorroidis. ℞.radic.cappar. radic.apij. radic.oleandri radic. ſpine que appellatur arma.ſ.balimachixick vel habmabeub liquiritie fructus anacardi ana partem.i.diſtemperentur cuʒ melle anacardino mixto cũ oleo ſambucino ⁊ inde fiant trociſci ad modum.ʒ.i.quilibet trociſcus.deinde fumigetur cum eo ſuper ignem ſtercoris camelorum abſqʒ alio fumo in eo cum emboto. quolibet die mane ⁊ ſero cum duobus trociſcis dum diſſipabuntur ⁊ cadẽt. ¶ Hoc eſt fumigiũ aliud. ℞.turbith arſenici ruff.anacardi partẽ.i.⁊ cuʒ eis fiat fumigiũ. Aliud. ℞.radicis colloquntide radic.cicute radicis capparis anacardi euforb. ana par.i.⁊ cum eis fiat fumigium. ¶ Dico ꝙ mitigat dolorem fumigium bdellij ſeminis porrorum ⁊ adipis gibbi cameli ⁊ ſimilium. ¶ Dixit fumigium anacardi per ſe ſolum ⁊ diſſipat eas. ¶ Ceruiſia dadi bona eſt ei ſi patiẽs ſedet in ea penes vehementem dolorem. Et oleum nucleorum percoporum ⁊ nucleorum perſicor.mitigat dolorem ipſarum mirabiliter. ¶ Dico fumigentur cũ arſenico aut ſulfure ſolo pluries ⁊ cadent.tamen noſcas ꝙ cura emorroidarum ſanguinolentarum ad prohibendũ fluxum ſanguinis intenſum fieri debet prout in capitulo ipſius.⁊ curantur emorroide cece per excitationem ⁊ prouocationeʒ ſanguinis de eis ſi dolor vehementior efficitur. ¶ Hoc eſt medicamen ad retinendum ſanguine emorroidalem. ℞.myrabolanorum nigrorum belliricorum ana partes deceʒ concule lote ⁊ vſte karabe vitreoli attramẽti ſanger ana.ʒ.ij.bdellij.ʒ.xx.infundatur bdellium in aqua porrorum ⁊ diſtemperentur cum eo medicine doſis fiat.ʒ.ij. vſqʒ ad tres cum aqua ⁊ vino.
¶ Aliud ſimiliter expertum. ℞.ſquãme ferri: ſeminis lini: ameos ana.ʒ.ij.ſeminis capparis ſicci.ʒ.iiij. doſis fiat.ʒ.i.ſuper.℥.i.aque porrorum ⁊ cibus conueniens erit de ſumac ⁊ ſucco porrorum.

BB ¶ De vtilitatibus membrorum.muſculus conſtringens os ani inteſtini recti ⁊ prohibens ſtercus ne egrediatur abſqʒ voluntate locatur per latitudinem. ¶ Dico ſi ſic eſt omnino ſi ligantur fiſtule illius muſculi per latitudinem incidentur tamen non videmus ꝙ in qualibet ligatione efficiet̃ defectus huius muſculi actus.vñ forte erit fiſtula attinẽs ſpatioſitati ani ⁊ in ea nõ incident̃ omnes villi muſculi ſ; pars ipſorum.an forte erit remota. an forte poſt muſculũ in toto q̃ non ligat̃ incidet̃ in ea totus muſculus ꝑ latitudinẽ in loco inciſionis vñ procedere debes ⁊ curare iuxta hũc modum.
¶ Dico modi fiſtularuʒ duo ſunt penetrãs ⁊ nõ penetrãs.

ſed non penetrās appellatur diminuta fiſtula. ⁊ ſignum ha betur ꝙ non egreditur eam neqꝫ vētoſitas neqꝫ ſubſtātia. ſ꜀ debet imponi taſtus ad inquirendū eam ⁊ pforet duꝫ am plificabit os ei⁹. deinde debet curari cuꝫ vnguento nigro. ❡ Dico cura fiſtule diminute debet fieri ꝙ taſtus debet in uolui cū panno groſſo ⁊ interponi eidē fiſtule ⁊ fricent inte riora eius cum eo dū ſanguinē emittant bene. deinde ſecun do ⁊ tertio ter fiat fricatio ſimilis. ⁊ quāto erit antiquior tā to magis fricatio debꝫ fieri exterminabilis quoniā caro ve rucea in interiori pte ipſius eſt duriſſima ⁊ ſuperabūdans. vnde ſecuto ꝓpoſito tuo. ℞. ꝺ aloe corticē thuris: myrrhā ſarcocollā: yreos: farinā orobor: corticeꝫ radicis opopo. ⁊ terendo ea cum ſanguine draconis imple eam de eis ⁊ con ſolidabitur. ❡ Dixit Galie. de medicinis ſimplicibus ꝙ ca ro dura que eſt in interiori parte fiſtule ⁊ ꝓprie illius que ē in ano quādo tollitur ꝯtabeſcit ⁊ adherendo deſiccat cum medicamine deſiccatiuo impoſito ei ⁊ hec eſt ſignificatio il lius quod diximus ⁊ noſce eam.

AA ❡ Hoc eſt medicamen ad emorroidas mirabile. ℞. frondiū oleādri. ʒ. v. ⁊ terendo eas pone in. ʒ. xxx. olei deinde coquā tur ⁊ colantur ⁊ lana inuoluta in eo ſuperponatur ſi fuerint interiores. tamen ſi manifeſte illiniantur cum eo ⁊ ſanabun tur penitus abſqꝫ aliquo medicamine alio.

BB ❡ Dico ſilr ad fiſtulam in ano impone taſtū aſperum ad mo dum lime ⁊ fricando cū eo impone liciniū ꝯfectū de vnguē to eris viridis acuto pluries ipſa fricata interi⁹ qualibet vi ce ac ſecuta finaliter ipſa cura impone ei aloe thus inſimul trita ⁊ conſolidabitur.

AA ❡ De li. perſo ⁊ indo fumigentur emorroides cū frondibus oleandri ⁊ frequenter fiat fumigatio cum iambur ⁊ cadent. ❡ Dico ſupponat aqua cornor recētiū pluries ſi emorroi de fuerint interiores. ⁊ ſi manifeſte fricentur cū ea ⁊ tollent penitus. ❡ Electuarium mirabile. ℞. ſemen radicis porrū ſemē eruce dadi mirabolanos nigros: bdellium iudaicuꝫ ⁊ de eis fac electuarium ⁊ mirabile erit. ❡ Plantago ceſſare facit fluxū ſanguinis emorroidalis. ❡ Dya. portulaca kara ba ypoquiſtidos ⁊ balauſtia idē fac. ❡ Succus apozimaꝝ folior arboris maſticis ꝑut vidi in ca. ſputi ſanguinis inci dit fluxū ſanguinis emorroidalis. ❡ Dya. nix bibita cū ace to vini ſtiptici facit ceſſare fluxum ſanguinis emorroidalis. ❡ Dya. dactili informati comeſti incidūt ſanguinem emor roidalē. ❡ Rubū poſitum in emplo ſanat fluxuꝫ ſanguinis emorroidalē. ❡ Dya. aloe diſſolutū in vino dulci ⁊ bibituꝫ incipit fluxum ſanguinis emorroidalis. ❡ Bimaſuy dyaſc. confert fluxui ſanguinis de ano fumigatio ani cum ſumac ⁊ bibitio porciletor vſtor cribellatorum. ʒ. ij. cum aqua cito niorū vſtor ⁊ vtatur cibo confecto cum ſumac. ❡ Yſaac ſi aperiunt orificia venar ani tere acatiā per ſe ſolam deinde diſtēperando eam cū aqua locum emplaſtra cum ea ⁊ ligā da ſunt cum freno dando in cibo portulacam ⁊ in potu aqꝫ ipſius qm̄ conferunt valde ſed danda eſt in potu aqua eius cū balauſtia ⁊ luto armenico. ⁊ conuenit eis cornu ceruinū vſtū ſed bibatur cum aceto lymphato. Etiā ſemen papaue ris nigri bibitum cum vino ſtiptico nouo ⁊ cū ſemine roſar confert. etiā ſupponatur licium galla ⁊ thus ⁊ ſedeat in de coctione ſtipticor ⁊ narcoticor ⁊ emplaſtretur anus poſt egreſſuꝫ ipſius de aqua cum galla balauſtia: cortice grana ti. cortice papaueris cocti. ❡ Ad incidēdū ſanguinē emor roidalem ⁊ menſtruorum. ℞. balauſtiam alumen vitreolū: antimonium: lutum armenicum: cartam vſtam: ſorditiē ve ru ⁊ terendo inuolue in eis lanam cum aqua mirti ⁊ ſuppo natur. ❡ De memoriali abdus conferunt aloe pes colūbe quo tingitur cadimia antimoniuꝫ ⁊ ſquāma eius. ❡ Abſqꝫ auctore dixit incidit ſanguinē celeriter ſi ſpgitur ſuper eam ariſtologia trita ⁊ inciditur ſtatiꝫ. ❡ Hi ſunt trociſci ad in cidendū fluxum ſanguinis emorroidalis. ℞. partes. ij. coral li thuris maſculi par. i. gummi par. v. terantur ⁊ diſtemperē tur cum albugine ouorum fiat quilibet trociſcus. ʒ. i. ⁊ detur in potu cum parte alicuius alteratiui. ❡ Judeus laudabi lis ſanguis manans de emorroidis eſt niger ⁊ condenſus ⁊ iuxta remotionē de huiuſmodi erit iudicandus. Sꝫ horribi lis eſt tenuis ⁊ ruffus ad modum ſanguinis gazel. ❡ Dico fit in ano morum ſed confert ſi natura fuerit lenis ⁊ corpus non repletum ⁊ ꝙ incidat ⁊ ligetur cum filo ſi fuerit magnū ⁊ vehementioris rubedinis ⁊ dubium erit ſi incidatur ne fi at vehemens fluxus ſanguinis. ſed quod manifeſtum fuerit curetur ⁊ quod fuerit occultū ponatur ventoſa ſuper anum cum igne. aut ſugere debes cum ea dum inuerſetur ⁊ appa rebunt. ſed inuerſato ano relinquenda eſt ventoſa ſuper eū dum infletur ne anus reuertatur ⁊ manifeſte emorroide in cidantur ⁊ ligentur. ſed incidi debent cum forma ⁊ extendi per eam vt a radice bene incidantur tamen ponatur ſuper locum inciſum. ⁊ relicto ſanguine ad fluendum duꝫ de ſe de bilitetur ⁊ retineatur aloe cum thure tritum cum ſanguine draconis ⁊ ſcief: memite: acatia ⁊ ſimilibus. Qr ſi fluxus ſan guinis fuerit condominans pone colcotar ⁊ gallam in pul uere ſuper eum ligando. Et ſi fuerit condominās valde bō bax inuoluta in oleo ebullito ad comburendum eum cū ſtil lationibus ſuis ſuper locum ponatur ad retinenduꝫ ſangui nem. deinde pone ſuper eam medicinas. verūtamen nō eſt exequenda hec cura niſi poſt neceſſitatem licet in ea non ſit dubium ſpaſmo. ſed cura fiat cum albugine oui ⁊ pilis inuo lutis in puluere. G. ⁊ ligetur ſuper euꝫ bene nec diſſoluatur dum in poſſe erit tamen ſi fuerint parue ligentur pertinētia earum. ſi magne interpone acū in medio ligando eas ꝑ me dietatem aut iuxta quod videris melius expedire. aut facta ligatione ſuper eas pone porruꝫ ⁊ cepas elixas ⁊ inuolutas in butyro vt non infletur ⁊ doleat vehementer. aut fumiga cum adipe camelino ⁊ bdellio ac ſedeat patiens in equis ſti pticis ⁊ aqua cucumi ad prohibendū ne infletur anus ⁊ ni greſcent emorroide ⁊ cadet celeriter. tamē ſi inflatur ac do let vehementer fumigatio debet fieri cū bdellio ⁊ adipe ca melino. ⁊ emplaſtruꝫ fiat cū cepis ⁊ porris elixis ⁊ inuolutis in butyro dum mitigabitur dolor. Qr ſi morum fuerit expā ſum ac concauum curandum eſt cuꝫ medicamine acuto po ſito ſuper ipſum tamen ſi fuerit magnum dubium erit de me dicamine acuto ſed laudabile erit ſedere in aquis ſtipticis in die pluries. Sed in puluere ponitur galla cum vitreolo vt indureſcat locus ⁊ nō dilatetur laudabile erit in ſanatio ne qñqꝫ medicamē acutū in ipſo loco dubioſum erit. ❡ Sꝫ laudabiles in medicinis emorroidarum ſunt pillule bdellij ⁊ puluis niger ſi ſupabundans fuerit fluxus ſanguinis dum patiens debilitabitur trociſci karabe ⁊ ſimilium erunt boni ⁊ filonium ſed firma cura tua fiat cum confortatiuis ſtipti cis ſtupefactiuis ⁊ cibarijs confectis cuꝫ ſumac: ſucco vue acerbe potu aque niuis ⁊ ſeſſione in aquis ſtipticis tamē ſi magnificabitur debilitas dum ad ſaltū cordis deueniet cu ra fiat cū emplaſtris ꝯfortantibus cor ⁊ ſtomacum cū dya muſco vino modico odorifero ⁊ ſucco carniū ⁊ ponat ſup eū puluis galle vitreoli ⁊ aliar rerum hoc tamen fiet ſi hoc accidit de inciſione aut ligatione. Sed ſi ſanguis fluit in illa quantitate qua non delectabit patiens ad vtilitatē corpo ris non eſt retinēdus quoniā ſanabit diuerſos morbos ⁊ re linquenda eſt vna emorroidarum ſi emorroide inciduntur ac ſi omnes inciduntur adde in purgatiōe corporis ⁊ in ſui minutione. ❡ De eis que in fumigio ponūtur ſub eis vt ca dant de ſe extimātur quidā ꝙ cortices radi. capp. collo. fru ctus ſauine anacardi ⁊ ſimilia ad hoc valēt. Sed id cū quo curantur in capitulo egreſſionis ani ⁊ matricis eſt. ❡ Dixit Judeus ſi horribilis fuerit patienti cura cum ferro cura fi at cum medicamine acuto cum bombace poſita ſuper eas. Qr ſi dolor vehementior efficitur ⁊ intolerabilis ſedere de bet in aquis ſtipticis. deinde pone de vnguento litargiri ce re ceruſe olei roſarum ⁊ aque ſolatri ⁊ albuginis ouorū duꝫ mitigabitur dolor ⁊ tolletur apoſtema deinde reuertat cu ra ad medicamen acutum pluries ſic faciendo duꝫ de ſe ca dēt. Mitigat etiam dolorem emorroidarum ſiſamus vſtus confectus in vnguento cum oleo roſarum tamen cadenti bus ipſis emorroidibus ex ligatione ponatur ſuper locum ipſaruꝫ puluis citrinus aut ſimile ⁊ ſedeat patiēs i aquis ſti pticis per dies dum condominabilis fiet ſanatio. ❡ Dixit Galienus in libro miamir mori qui ſunt interius difficiles erunt ⁊ inſanabiles cum membrum ipſum ſit ſuperabundā tis ſenſus. Ideo omnis medicina habens in ſe acuitatem ⁊ ſtipticitatem illud ledit cū modica quātitate eius celeriter. etiaꝫ egeſtio per id tranſit etiā medicamē mobile eſt ſuper ipſum. Stiptica etiā pungunt inferiora nec poſſunt ſuſtine re punctionem ex ſuperabundātia ſenſus ideo ſtiptica in qꝫ bus non eſt aſperitas erunt vtiliora eis.

❡ Hoc ē medicamē ad paſſiones iferiores de andromahes ℞. licij indi. ʒ. ij. vnctuoſitat lane. ʒ. i. cere vnctuoſe ⁊ citri ne. ʒ. ij. olei roſarum partē ſufficientem fiat inde vnguentū.

¶ Aliud. ℞. rosarum recentium aut siccarum tutie lote: ceruse litargiri loti ana partem conuenientem. ¶ Aut. ℞. croci corone regie vnctuositatis lane opij ana aur. pon. ij. ysopi aur. pō. i. vitellum oui assi. i. ⁊ reseruetur. sed hoc ego nō composui ⁊ sic continetur in libro. ¶ Aliud medicamen bonum ad fissuram apata ⁊ dolores. ℞. adipis anatis cocte in aq̄ aut alio modo madefacta: cere medulle ossium cerui: seminis rosarum: tutie: catimie plumbi vsti: ceruse plumbine ana partem .i. cere bri gruis q̄rt. i. par. i. opij tantūdem vnctuositatis lane par. i. ⁊ quart. succi endiuie. ℥. ix. si hec pōdera fuerint aurea olei rosa. ʒ. iiij. ʒ. ¶ Aliud. ℞. rosa. recentiū aur. pō. viij. ¶ Aut ℞. violarum lactis femini. ʒ. ix. litargiri aur. pō. xi. opij aur. pō. iiij. oua cruda. ij. vnctuositatis lane aur. pon. xvi. butyri tantundem galle tantundem ⁊ reseruetur.

ꝑ ¶ Hoc est medicamen ad inuersandum anum vt aperiātur emorroide. Fiat cum pipere ⁊ baurac in ano. aut cum nitro felle taurino stafisagria. aut cum succo panis porcini ⁊ melle ad illiniendum cum eis anū aut supponatur lana inuoluta in eis quoniā excitabit egestū ⁊ apparebunt emorroide. Aut cum succo centauree alumine ⁊ stafisagria distemperatis cum melle. ¶ Hoc est medicamen bonum asperitati vulnerum ⁊ excoriationi que exinde accidit in ano. ℞. ceruse plumbine. ℥. i. litargiri. ℥. viij. cadimie tantundē tutie. ℥. i. thuris. ℥. olei mirtini. ℥. x. olei rosar. ℥. viij. vini. ℥. vij. butyri. ℥. viij. cere. ℥. iʒ. ⁊ eo vtimur. ¶ De curandis morbis. dixit fm G. ℞. calcis viue: acatie ana par. i. terendo ea in aceto ⁊ illiniant cum eis emorroide pluries: ⁊ desiccabuntur inde ⁊ cadent. Sed si fuerint molles in corpore īfantis aut mulieris illiniantur cum vitreolo ⁊ per se solum ⁊ desiccabuntur.

AA ¶ Hoc est clistere bonum ad emorroidas. coquatur aq̄ porrorum ⁊ cum oleo nucleorum percorporum clistere fiat cum ea. ¶ De antidotario binserapiō ad emorroidas hoc est medicamen ad desiccandum humiditates ⁊ mitigandum dolores ⁊ sanandum similiter emorroidas. ℞. mirabolanorū nigrorum assorum in oleo onfacino. ʒ. v. karabe. ʒ. ij. dadi. ʒ. iij. galle imature. ʒ. i. bdellij. ʒ. v. dissoluatur bdellium in aqua porrorum ⁊ distēperentur in eo medicine dosis fiat. ʒ. ij. aut de dadi. ʒ. i. cū aqua calida ⁊ mirabiliter faciet. ¶ De eo similiter he sunt pillule bdellij in quibus est vitreolum mirabiles. ℞. mirabolanorum emblicorum belliricorum anā. ʒ. ij. vitreoli. ʒ. i. bdellij. ʒ. v. dissoluantur in aqua porrorum ⁊ inde fiant pillule. ¶ De eo similiter. hoc est clistere ad emorroidas. ℞. aquā porrorum ⁊ dissoluendo in ea bdellium admisce cū eo oleum percoporum ⁊ cum his fiat clistere. aut cum decoctione fenugreci succo porrorum ⁊ butyro ouino clistere fac similiter. ¶ Dyascor. oleum mirtinum confert. fructus agnicasti in emplastro positus cum aqua confert.

DD ¶ Galienus. sordities parietis balnei bona ē fixure in ano. ¶ Dyasco. paulus licium ꝯfert fissure ani. ¶ Dyascor. cancer fluuialis sanat fissuram ani. ¶ Dyascor. capita piscium paruorum salitorum vsta ⁊ posita super fissuram ani sanāt eam. ¶ Dyascor. galie. ego vidi quendam curare fissuram ani cum capitibus piscium paruorum salitorum vstis. ¶ Aloe dissolutum in vino dulci sanat fissurā in ano. Emplastrum cum succis frigidis mirabile est in hoc. ¶ Galienus. pix liquida sanat fissuram in ano. ¶ Dyasco. keiri citrinū mixtū cū aceto sanat fissurā accidentem in ano. ¶ Ysaac ad fissuram in ano. ℞. cineris pāni lini partem vnā amidi partē. i. cum succo frondium oliue recentium distemperando medicamen illinitionem fac cum eo super fissuram. ¶ Pix cū cera liquefacta ⁊ posita super inflationem ani bona erit ⁊ cōferens. ¶ De perfectione ⁊ cōplemento ꝯstipatio frequēs ventris generat excoriationem ⁊ fissurā vnde cauenda est. ¶ Ad apostema calidum in ano vtendum est succo frondium vitis cerusa ⁊ oleum rosarum.

LL ¶ Ad dolorem emorroidarum ex incisione aut inflatione vtē-
AA dum est porris ⁊ cepis tritis ⁊ inuolutis in butyro ad ponendum super eas tepide ⁊ pluries.

AA ¶ Dixit. Galienus. oleum camomille maioris vnctum super anum aperit orificia emorroidarum ⁊ venarum. ¶ Dya. squinantum aperit orificia venarum. tamē super anū aperit orificia emorroidarum ⁊ venarum. ¶ Cepe aperiunt orificia emorroidarum ⁊ venarum. sed cum oportuna fuerit operatio ipsarum excoriande sunt ⁊ infundende in oleo ⁊ supponātur ano. ¶ Galienus dixit cepe grosse imposite ano aperiunt orificia venarum ⁊ prouocāt sanguinē de eis. ¶ Oleum alcanne aperit orificia venarum. ¶ Dya. ciperū aperit orificia venarum. ¶ Dya. lac ficus aperiunt orificia venarum. ¶ Dyasco. ireos aperit orificia emorroidarum. ¶ Mel aperit orificia venarum. ¶ Dya. Galienus cibus cōfectus per xpianos de oleo nucibus ⁊ alleis aperit orificia emorroidarum. etiam ipsum operantur persci. ¶ Oleum laurinum aperit orificia venarum. ¶ Dyasco. fel suppositū aperit emorroidas. ¶ De libro perso ⁊ indo ad emorroidas ⁊ ventositates ipsarum clistere fiat cum cauda liquefacta in quātitate. ℥. ij. ⁊ cū aur. pon. ij. castorei aut cū. ℥. ij. aque porrorum ⁊. ℥. i. olei percoporum fiat clistere. sed si fuerit frigor vehemēs fieri potest cum eis ⁊ cum aqua ruthe ⁊ castoreo. ¶ Dico pone in eo bdellium aquam porrorum ⁊ oleum nucleorum percoporum ad clisterizandum cum eis.

¶ Capitulum octauum: cuius rubrice sunt.

CC De gibbo. etiam a ventositate.
DD De dolore dorsi. etiam in. xij. capitulo pmo.

CC De secūdo capitulo ampho. Gibbus si accidit senescentibus ex humoribus frigidis incurabilis ē ac si sanatio eius in iuuenescentibus est difficilis tanto magis in senescentibus. ¶ De. vi. c. affo. quibuscūq3 fiūt gibbi ex asmate aut tussi ante ortum pilorum in pectine pereunt quoniā cui gibbus fit absq3 percussione ac causa manifesta ex nascitura interiori expellente spōdiles spinalis erit que nascitura si fit ex vltima grossitudine humoris indigesta erit oino ideo iterficit in tali ꝯditione quoniā accidens in ipso tēpore non permittit pectus extendi ac dilatari vt quantitas oportuna de aere frigido pulmoni ⁊ cordi sequitur vñ ex hoc strictura anhelitus interficiet ⁊ licz maturetur creditur in tempore sue maturationis ⁊ emanatōis interficere laborantē ea. ¶ Dico ex parua etate. G. in hoc. c. dictum habet. Cuius summa hec ē ꝙ gibbus fit aut ex percussione aut eius simili aut ex exitura inter spinale dura ⁊ grossa attrahente ad se spondile. dixit si attrahit spondile vnum aut plura spondilia sequētia dicitur rotunditas in spinali eminēs tantū. Sed si attrahit spondilia non sequētia ⁊ inde fiet gibbus quoniā locus qui non attrahit videbit gibbosus. sed si gibbus fuerit ad interius intelligit rotunditas eminēs si ad exterius dicitur gibbositas quoniā exitura accidēs in infante dum attrahit spondilia impedit pectus ⁊ costas ꝙ non augeantur vnde fiet strictura pulmonis ⁊ cordis celeriter cum strictura anhelitus. ¶ De lib. ꝯsumptionis qui ꝓponit curare gibbum interiorem ignarus est speciei huius passionis. ¶ Dico gibbus interior dicitur rotunditas eminens. ¶ De primo. c. li. ij. epiō. dixit in li. articulorum. quotiens fuerit exitura tarde maturationis in spondilibus ex quibus fit gibbus sanatio ipsius gibbi erit in maiori parte per fluxum sanguinis ventris. ¶ Dico corrigendo fm Iudeum dixit vnge laborantes gibbo dorsum cum oleo castorei quare. ℞. castorei piretri: pulpe colloquintide: euforbij ⁊ piperis ⁊ infundantur in oleo ⁊ desiccentur in vmbra in quantitate. ℥. i. cuiuslibet ipsorum equaliter ⁊ colentur ⁊ cōprimant ⁊ in sole ponantur ꝑ duas hebdomadas aut. iij. aut. iiij. ⁊ mirabile erit forte in caliditate valde. sed in his cōpositionibus non debet fieri additio. ¶ Aaron. gibbus aut fit in dorso aut i pectore. sed fit ex ventositate grossa ⁊ humiditate sequētibus eū que non digerunt. Dixit cura illius in iuuene ⁊ sene est vna ¶ Dico de aaron hoc est oleum cōferens gibbo ⁊ ventositati eius. ℞. fructus sauine: enule abrotani: cordumeni squinanti: cassielignee maiorane: corone regie piretri: nucis cypressi ana partē. i. coquātur in aqua optime ⁊ colentur ⁊ colamēto misceatur cum oleo ⁊ coquantur. hoc sic debet fieri taliter ⁊ pluries. deinde ponatur castoreū euforbium ⁊ fructus sauine trita ⁊ reponatur oleū ⁊ fricetur cū eo locus vehementer: quoniā disparget ⁊ dissoluet humiditates ⁊ confortabit membrū. ¶ Dico ꝓcede in his oleis cū attenuatiuis violētis cū stipticitate ad modū olei ruthe cū nuce cypressi. ¶ Ad gibbū. ℞. pulpe collognitide. ʒ. xviij. myrrhe ruffe bone. ʒ. x. salis nig. ʒ. xl. seis cicute. ʒ. xx. sarcocolle. ʒ. vij. baurac. ʒ. v. teranf oīa ⁊ teratur fruct⁹ penta. cū amig. ama. deinde teranf insimul ⁊ inde fiāt pastilli ad modū glandis cū melle ⁊ inuoluanf in oleo penta. ⁊ supponaf in nocte penes dormitū. qm̄ ibit ad sellā sero ⁊ mane quater ⁊ inde alleuiabif dolor. Sed euitare debet patiens acetum olera ⁊ salita

⁊ vti carnibus spidebeg in aqua ⁊ sale in potu vino vetusto.
¶ Dixit symō gibbus fit vi spasmi aut ex siccitate musculo-
rum aut ex humiditate supabūdāti. ¶ Binserapion dixit fit
gibbus aut ex percussione aut ex casu aut ex exitura magna
accñti super aliqđ os interius aut exterius aut ex humidita
te viscosa humectante ligamenta spondiliū. Sed q fit ex ca-
su curetur per ligationē ⁊ empl'a faciēda ad hoc tñ qui fit ex
exitura curetur vt curantur exiture. Sed qui fit ex humidita
tibus curetur per medicinas calefactiuas ⁊ desiccatiuas vt
cum pillulis sitarig ⁊ aqua radicis ⁊ yera. Et qui fit ex vēto
sitatibus grossis curetur cuȝ pillulis serapini oleo pentada-
ctilorum aqua radicuȝ ⁊ seibus. ¶ Hoc est medicamen Ga
brielis bonum ad ventositatē gibbi. ℞. acori spice indi assa-
ri masticis cinamomi. añ. ʒ. v. myrrhe. ʒ. iij. zirūbet doronici.
añ. ʒ. iij. se. apij. se. cicute. añ. ʒ. iij. distemperenẗ cum melle do-
sis fiat. ʒ. i. cum aqua tepida. ¶ Hoc est empl'm ad ventosi-
tatem gibbosam. ℞. sigie. sicce costi calami aromatici fruct⁹
sauine. añ. ʒ. i. euforbij. ʒ. i. olei nardini partem sufficientem.
¶ Aliud. ℞. enule: acori: nucis cypressi: fructus sauie. añ. p. i.
coquanẗ ⁊ cum eis fiat empl'm. aut fiat cum tyriaca. iiij. rerū
ꝙ nisi ꝯtulerint vrendus est locus ad desiccandū ipsam hu-
miditatem ⁊ indurescat locus ⁊ ꝯstringaẗ ⁊ superfluitas au-
geatur in transmissione ⁊ ꝯdñatiōe. ¶ Dico dentur signa su
per illum qui fit ex humiditate ⁊ qui fit ex ventositate ⁊ exitu
ra interiori. ⁊ finalis cura exprimaẗ illius qui fit ex exteriori
exitura ⁊ interiori. ¶ De antidotario magno. sabur dixit cō-
fert ei oleum euforbij ac oleū piretri. ¶ Dico ego vidi in ma
rasten gibbum incipienteȝ fieri quodā infante empl'ato dor
so cum ꝯfortatiuis ⁊ sanatus est de eo tñ mollificati sunt pe
des. ¶ De. iiij. ca. li. de mē. dolē. gibbosus dixit est attractio
spondilis ad interius. vnde quotiens attrahiẗ spondile vnū
⁊ plura alia spondilia nō attrahunẗ māifestabiẗ tūc gibbus
tñ non fit si attractio fuerit ad interius. Sed si attractio fue-
rit ad latus dextrum aut ad sinistrum spinale detorqueẗ ex-
inde. ¶ Dico oēs gibbi fiunt qñ pars spondilium in rotun-
da forma fiet ⁊ in parte media aliqua pars ipsoruȝ remanet
illesa ideo gibbus est malus stricto pectori. ¶ Dixit Hypp.
in libro articuloꝝ non fit aliquis ex cā disiunctionis spondi-
lis ad interius paralisis sed ex cā disiunctiōis eius ad latus
fiet paralisis continens cuȝ manibus non transgrediens ad
inferiora corporis ⁊ hoc exponit. G. in ca. paralisis. ¶ Dixit
spondile declinat aut ex casu aut ex percussione aut ex apo-
stemate grosso extendente illud.

DD ¶ Tabri dixit si empl'eẗ spinale in quo fuerit dolor antiquus
cum oleandro sanabitur. ¶ Bima. ꝓprietateȝ hñt spagi ad
ꝯferendum dolori dorsi frigido. Dixit cicera conferunt do-
lori dorsi ⁊ genu. ¶ Battisub ad dolorem dorsi antiquū da
in potu aqua in qua īfunduntẗ cicera nigra rot. i. butyri. ʒ. iiij.
mellis. ʒ. i. p. xxiiij. dies ⁊ sanabiẗ dolor dorsi ⁊ genu. ¶ In-
dus ad dolorem dorsi continuum ad modicaȝ luxuriam de-
bilitatem renum ⁊ ad emittendum flegma crudum. ℞. gra-
norum viridium pugillum vnum zinziberis seminis eruce
ana pugillū vnum terantur ⁊ distemperentur cum melle do
sis ante dormitum fiat ad modum nucis ⁊ post dormitionē
tantūdem ⁊ confert valde corrigendo colorem cutis ⁊ cor-
roborando virtutem stomaci.

LL ¶ De summa Bimasuy. hoc est emplastrum cōferens gibbo
℞. acori spice romāe costi. añ. ʒ. i. spice inde aloe sagenis. añ.
.ʒ. iß. myrrhe. ʒ. i. rosarum ruffarum cum copulis luti laudani
añ. ʒ. ij. calami aromatici. ʒ. iij. armenici. ʒ. iiij. baccarum lauri
.ʒ. x. farcule. i. mes excoriati. ʒ. vij. mirti sicci: nucis cypssi. añ.
.ʒ. x. camphore. ʒ. v. acatie: ranuk. añ. ʒ. iij. balaustie copularū
glandium. añ. ʒ. iij. terantur ⁊ distemperentur cum aqua mir
ti ⁊ cum eis fiat emplastrum. ¶ Iuxta quod sequitur indi-
get stipticis tenuibus calefactiuis dissolutiuis. vnde iuxta
hec dicta debet fieri compositio medicaminis. quare. ℞. ba
laustie acatie: nucis cypressi: ranuk. calami aromatici bacca
rum lauri: foliorum oleandri: osne. añ. p. i. terantur ⁊ distem-
perentur cum aqua cypressi ⁊ fac cum eis emplastrū. ¶ De
complemento conferunt gibbo cicuta: dahmarca ⁊ medici-
ne violente caliditatis que dātur in potu paraliticis. ¶ Di
co ego audiui quosdaȝ senes dicere ꝙ facto empl'o sup dor
sum cuiusdam infanẗ vt supradictum est sanatus est gibbus
verūtamen non de genibus ita ꝙ pedes eius passi sunt lassi
tudinem. vnde hoc sequitur: quoniam corroborato ipso lo-
co gibbi expulsa est ipsa materia ibi. Sed ego dico ꝙ empla

strum debebat fieri post purgationem ipsius īfantis ꝙ si in-
fans nō poterit sustinere purgationem debeat fieri post di-
minutionem ipsius humoris factam per indigentiam ⁊ exer
citium. ¶ De membris dolentibus disiunctio spondilium si
fit ad exteri⁹ dr̄ gibb⁹ exterior si ad iteri⁹ dr̄ gibbosus iterior.
Sȝ si fit ad lat⁹ aliqđ decliatio erit torq̄ns cuȝ fit extrīsec⁹ ex
casu ⁊ ꝑcussione ⁊ silib⁹. ⁊ si intrinsecus fit ex causis grossis
⁊ viscosis aut ex parte apostematis calidi accidentis in mu-
sculo sistente ibi. Etiam si accidit egressio spondilis super an
gulum accidet latitudo sed si egrediuntur spondilia non ope
rando angulum ⁊ super circunferentiam non erit hoc. Ty-
riaca confert gibbo: vt dixit. G. ¶ Iudeus confert ei casto-
reum datum in potu aut illinitum. ¶ De epidi. dixit fit gib-
bus ex exituris tarde maturationis nascentibus super spon
dilia tamen sanatur hic gibbus per fluxum sanguinis ven-
tris. ¶ De afforismis. quicunqȝ fuerint gibbi ex asmate aut
tussi ante ortum pilorum in pectine pereunt.

¶ Dixit gibbus fit in spinali aut ex casu aut ex percussione
aut exitura dura nascēte in superficie eius qui exitura infert
dorso gibbositatem vnde pars interior fiet concaua ⁊ simi-
liter fiet in superficie dum desiunctio dorsi fuerit sequens ⁊
fuerit in superficie tamen vbi fuerit sequens fit gibbus inte-
rior si fuerit in quantitate illa qua ipsa exitura attrahit par-
tem spondilium ad superficiē ⁊ partem alteram ad interius:
vnde ille in quo fiunt gibbi ex asmate aut ex tussi peribit ce-
leriter: quoniam pectus cum toto suo corpore non accipiēt
augmentum vnde erit instrumentis anhelitus strictio vehe
mens. Sed causa gibbi qui non fit ex casu neqȝ ex percussio
ne erit ex exitura dura ⁊ id quod fit iter huiusmodi exituras
in quantitate indurationis ⁊ superabundantis inflationis ⁊
loci in quo apostema accidit. ¶ De mē. dolen. dixit si attra-
hitur vnum spondile aut plura cum continuatōe vnius par
tis cum altera in spinali accidet eminentia rotunda. Sed si
inter duo spondilia fuerit vnum illesuȝ attractio illa dicitur
gibbus. ꝙ si attractio fuerit ad aliquod latus torquetur spi-
nale. Dixit hoc fit ex casu aut ex ꝑcussione aut ex exitura vio
lenta extendente cum violentia. ¶ Tabri ad gibbum ⁊ di-
siunctionem omnium articulorum ex humiditate. ℞. mirti
acori fructus sauine. añ. p. i. coquendo ea cum vino dissolua
tur bdellium cum decoctione dum fiet in vnguentum ⁊ cuȝ
eo vngatur. ¶ Binserapion gibbus fit aut percussione simi-
li aut ex humiditate grossa facta inter spondilia dissoluente
ligamenta ipsorum aut ex exitura interiori attrahente spon
dilia. aut ex ventositate grossa obtenta penes spondilia ex-
pellente ea ad exterius. Sed qui fit ex casu cū ligatōe cureẗ
⁊ emplastro cyrurgie. ⁊ qui fit ex exitura curetur cū cura apo
stematum. tamen qui fit ex humiditate curetur cuȝ pillulis
sitarig: aqua radic. ⁊ yera. Sed qui fit ex ventositate grossa
curetur cuȝ pillulis fetidis: oleo pentadac. ⁊ seminibus cale
factis ⁊ proprie cum hoc medicamine. ¶ Hoc est medica-
men gabriel. bonum ⁊ mirabile ad ventositatem gibbi. ℞.
acori spice inde: assari masticis: cinamomi. añ. ʒ. v. myrrhe. ʒ.
.x. zurūbet doronici. añ. ʒ. iij. seminis apij seminis cicute. añ. ʒ.
.iij. terantur ⁊ distemperētur cum melle dosis. ʒ. i. cum aqua
tepida ⁊ mirabile erit. ¶ Ad gibbum ex ventositate. ℞. si-
gie sicce ⁊ radicalis costi calami aromatici fructus sauie. añ.
.ʒ. i. euforbij. ʒ. i. olei nardini sufficienter ⁊ cum eis fiat empla
strum. Aut coquatur enula cum acoro fracto ⁊ cum eis fiat
emplastrum. Aut fiat cum tyriaca quattuor rerum. ꝙ nisi cō
tulerint vratur locus cum cauterio ⁊ indurabitur prohibē-
do ꝙ non recipiat superfluitatem.

¶ Explicit liber vndecimus continentis.

¶ Incipit liber duodecimus.

¶ Capitulum primum: cuius rubrice sunt.

A De secundo capitulo de speciebus febrium dixit. de his sūt quedā que girant interpolatis per circuitū laudabilē. ¶ Dixit. G. in .xiiij. c. libri megat. vtēdum est in doloribus articulorum medicis attenuatiuis que attenuant in vltimū ꝛ medicis prouocantibus vrinaꝫ in vltimuꝫ sicut cuꝫ semine ruthe aristol. rotū. centau. minori: polio maiori: apio montano ꝛ similibus. ¶ Dixit. Sal viperarū attenuat violenter. sed hec euacuant corpus semper sudor vrina ꝛ dissolutio occulta ꝛ purgant superfluitates. tamen his vtendū est in hñtibus corpora grossa ꝛ copiosa: q̄m plures macillenti ꝛ mediocres seq̄ndo passi sunt detrimentum: q̄m sanguis inde combustus est. Sed ea secuti sunt eo ꝙ viderant aliquos eis vti quibus sanatus erat dolor articuloꝝ qui eos affligebat ignorādo cōplexionē coruꝫ que erat frigida ꝛ flegmatica. vnde qui habet corpus grossum ꝛ pingue non debet dubitare nocumentum ipsarum medicinarum.

C ¶ De .x. c. meamyr dixit. dolor podagre articuloruꝫ ꝛ sciatice A de genere vno est tñ si dolor fuerit in omnibus articulis appellatur dolor articulorū. B Si ipse dolor fuerit i ancha appellatur sciatica. si in pedibus appellatur podagra. ¶ Dixit podagra incipit in articulo vno sed quādo antiquatur per longaꝫ morā ipsius expāditur in omnibus articulis. ¶ Dixit. he passiōes fiunt intensitate chimi super articulū quoniā repleto articulo ei accidet tetanus cū dolore. sed in maiori parte hoc fit ex humore sanguineo etiā in maiori parte fit ex flegmate aut ex mixto flegmate cū colera rubea. secūdū rationē firmā fit ex flegmate crudo ꝛ grosso suo genere simili colere: tamen longa ꝛ assidua mora auget grossitudinē eius aut forte petrificabitur. ¶ Dixit. cognoscendus est humor condominans articulis ex colore articuli ꝛ leui pronosticatione. ꝙ si materia fuerit de genere colere rubee accidit infirmo caliditas superabundans ac affligent eū medicine calide ꝛ delectatur in frigidis. ¶ Passiones etiā fiunt ex regimine non ex solo humore sicut accidit in eo qui reliquit exercitiū ꝛ frequēter secutus est balneū post saturitatē. vnde considerare debes in etate cōplexione ꝛ tempore incipiendo primo cuꝫ minutione euacua chimū cōdominantē videlicet si corpus fuerit repletuꝫ minutio fit in primo deinde laxatio curatis manibus ꝛ pedibus in principio cū prohibitiuis: sed in ancha non: quoniā superfluitas tota impellitur ad pulpas anche. vnde cura eius fiat in principio cū eo qđ mitigat dolorē cuꝫ medicinis modice mollificationis: non ita ꝙ infrigident radicit⁹ neqꝫ calefaciant violēter: sicut ille que oportuit erāt in fine negocij: q̄m ex perfecta caliditate ipsaꝝ auget attractio.

B ¶ De sciatica dixit. sciatica fit plies ex supabūdātia sanguis. vñ si sic fuerit cura eius est facilis: tamen minuenda est vena que est sub plica genu ꝛ vena que est in latere cauille pedis calcanei. ¶ Dixit. minutio ac positio medicinarū calidaruꝫ maximi sunt nocumenti super anchā corpore sistente repleto: quoniā attrahitur ad residendū in ea superabundātia nociua vnde in pncipio fiat minutio ꝛ euacuatio corporis pluries. deinde ponātur medicine calide tamen euacuatio fiat per minutionē basilice. sed loco positionis medicinarū calidarū fiat vomitus frequens cū pauco nutrimento in primo ac fiat laxatio similiter ꝛ inter duas laxationes fiat vomitus ac clystere: ꝛ deinde fiat illinitio cū sinapi postq̄ꝫ noscis ꝙ in corpore nil residuū fuerit qđ potest attrahi ad eaꝫ. ¶ Dixit. non dꝫ fieri ventosa cū medicinis calidis in tēpore quo residentes sunt humores neqꝫ ante illud: quoniā si desiccas qđ in ancha fuerit cū medicinis violente desiccationis residua pars eius petrificabitur. ¶ Dico debet regi regimine apostematis grossi. vnde si curatur ancha cuꝫ medicinis calidis ante euacuationē corporis conuertetur passio difficilis sanationis ꝛ maxima. sed maxima erit ex eo ꝙ ad se attrahitur materia superabundans ꝛ difficilis: eo ꝙ auget in ea grossitudo viscosa: ꝛ eo ꝙ pars subtilior eius semper attrahit de ea ꝛ dissoluitur. vnde euacuatio corporis in hac passiōe magni iuuamenti erit si cū alio preter ipsam non incipitur etiaꝫ minutio pedis. sed in principio minutio fiat absqꝫ negligentia. Etiam vomitus cōfert in cura sciatice magis q̄ꝫ laxatio. vnde fiat in primo post cibum deinde fiat cū medicinis vomitiuis. Et si adherēt anche humores grossi ꝛ difficiles tūc debet fieri ventosa ꝛ maior erit vtilitas eius valde ꝛ tūc debent fieri clysteria violenta ꝛ conferent sed fiat cū pulpa colloquintide ad educendū flegma: quoniā ipsa eradicant materiā de loco eius. aut fiant vnguenta violenta ꝛ calida ad attrahendū qđ in ancha est. ¶ Vidi dolores excitari in coxa ꝛ tybia cū calitate inuēta i tactu ipsorū locorū: ꝛ hoc accidit in conualescentibus magis. Sed ꝯfert illis qui fuerūt interiores minutio sciatice vel saphene. Jam dixit. G. ꝙ nō ꝓcedunt in pede due vene sicut ꝓcedunt in manu: tamen diuisio fit penes genu. verūtamē experimētū testatur de eo ꝙ dixi. ¶ Hoc ē emplastrū. ℞. se. ruthe siluestris. baccarū lauri: angeden nitri: abrotani: cordumeni pulpe colloquintide: ameos. añ. aure. pō. iiij. ruthe recentis ℥. iiij. cere ℥. iiij. armonia. ℥. iiij. galbani au. pon. vi. opop. aur. pō. iiij. sulfuris absqꝫ igne auř. pon. iiij. teranť ꝛ inde fiat vnguētū. ¶ Dixit. G. hoc est violentū ꝛ forte erit ꝙ attrahet humores de ꝓfundo anche. ¶ Aliud dꝫ fieri de cera succo tapsie: oleo sulfure: baurac stafisagria: piretro: visco myrrha: galbano flore lapidis asius ꝛ similia. ¶ Hoc est emplastrū bonū ad mitigandum dolorē superabundantē ꝛ cessare facit dolorē ancharū. ℞. stafisagrie rot. i. ʒ. fecis aceti vste rot. ij. piretri rot. ʒ. nasturtij rot. ʒ. galbani rot. ʒ. sulfuris baurac. añ. rot. ʒ. olei. ℥. xxvij. gūmi pini assetur cū galbano. oīa terantur ꝛ inde fiat vnguentum ꝛ ponatur super eā. ¶ Aut. ℞. sulfur ꝛ terendo ipsuꝫ cū pice subtilissime ponatur super anchaꝫ ꝛ ponatur super eaꝫ cartha ꝛ dimittatur dum cadat de se ipsa.

C ¶ Hoc est emplastrū de podagra ꝛ dolore sciatice ꝛ articu- B lorū ꝛ confert statim. ℞. fenugrecū ꝛ coquendo eū in aceto A lymphato cū aqua dū liquefiat: ꝛ dissoluatur coletur ꝛ substantia distēperetur cū melle cū modica parte aque. deinde illinitio fiat cū eis. deinde posito super eā panno ligatio fiat super eā ꝛ super anchā dimittenda est vsqꝫ ad triduū. Dico hoc debet fieri in principio negocij similiter. tamen noscas ꝙ emplastrum angeden quod precedens est violentum est valde efficax.

B ¶ Aliud violētū ad anchā. ℞. picis liquide rot. iij. fecis aceti vste rot. ij. baurac ruffi rot. i. ʒ. liquefiant cera ꝛ pix ꝛ terātur sicca ꝛ cribellentur ꝛ misceantur ꝛ eo vtantur. ¶ De cura sciatice. curanda est sciatica cū herba sitaris. Dixit. ℞. ipsaꝫ dū fuerit recens: quoniā in hyeme erit debilis ꝛ terēdo ipsaꝫ subtiliter cū adipe cū sit difficilis ad terendū pone ipsaꝫ super pulpas anche ꝛ pedē totū ꝛ ligatio fiat super illud ꝛ per quattuor horas dimittatur vsqꝫ ad sex. deinde intromittatur in balneo. cūqꝫ humecteť eius corpus ex sudore igrediatur pilaꝫ. deinde remoto emplastro ab ancha ponatur super lana cooperiendo eā. ꝛ hoc sufficiens erit ei absqꝫ alia re. ꝙ si aliqua pars passionis residua fuerit iteratio fiat similis in vice secunda tantuꝫ sed in maiori parte nil remanebit de ea nec subuertetur nisi post decē dies. vnde quiete vti debens in media parte ipsorū. Dico hoc emplastrū sufficiens erit sine aliqua cura facta cū tapsia ꝛ sinapi.

C ¶ De podagra ꝛ articulis. hoc est emplastruꝫ qđ sequenduꝫ A est penes excitationē. ℞. opij aureorū pondus. iiij. croci tantūdē terantur in lacte vaccino ꝛ misceatur cuꝫ eis mica panis albi dū fiet in liquore delectabili ꝛ emplastꝝ fiat cū eis. sed vngere debet confector manū cū oleo ro. ponēdo super illud de folijs blitarū ꝛ lactucarū ad conseruandū illud: q̄m mirabile medicamen erit in excitatione passionis. ¶ Etiam terendus est crocus cū opio in lacte ꝛ misceatur cuꝫ ceroto olei rosa. ꝛ fiat in vsu. ¶ Aut. ℞. sigie aur. pond. ij. opij aur. pō. i. ꝛ ea operemur iuxta qđ dixi ante. ¶ Aliud. ℞. se. iusqami. ℥. vi. opij. ℥. i. croci. ℥. i. vini dulcis sufficientem partem ad

distēperandū ea ⁊ misceantur cū ceroto olei rosa. ¶ Hi sūt trocisci boni ad operādū in his morbis. ℞. aloe. x. opij. x. suc ci iusquiami. iij. se. iusquiami. iiij. ypoquistidos. vi. mandrago re. xx. croci. iiij. coquatur mandragora in aceto duꝫ liquefiet ⁊ cuꝫ ea distēperentur alie medicine ⁊ de eis fiant trocisci ⁊ illinitio fiat cū trocisco. i. penes necessitatē. ¶ Dico. ℞. seis iusquiami. opij acatie psilij radicis granati siluestris. añ. p. i. terātur ⁊ inde fiant trocisci ⁊ illinitio fiat cū eis dissolutis in lacte vaccino posito super eā folio recenti pāno ad ꝯseruādū hūiditatē illinitōis. sed cessante manatōe aut penes morbos frigidos operemur emplastra que sugunt hūiditatē de profunditate articuloꝝ que diximus que ꝯficiūtur de nitro vsto armoniaco ⁊ calce viua: quoniā hec attrahunt ⁊ sugūt humiditatē ⁊ mitigabitur dolor inde.

C ¶ Dico debemus operari id in his doloribus qꝺ facit in doloribus podagre de medicinis mitigantibus dolores. Sed scia acuta magni iuuamēti sunt valde in podagra que est in corporibus flegmaticis iuxta qꝺ dcm̄ est. vnde reseruet tēpus insultus doloris. vꝫ. opiuꝫ semen iusquiami. radix granati siluestris ⁊ silia ad mitiganduꝫ dolorē tm̄ mitigato ipso dolore oino amoueri debēt sed danda sunt in potu attenuatiua tm̄. ¶ Et in podagra calida vtuntur seibus prouocātibus ⁊ non calefacientibus abundanter. verbi gratia. ℞. se. melonū se. citruloꝝ hermodactilorū ellebori: radicis granati siluestris nasturtij. añ. p. i. opij quart. i. ptis ꝯgregentur dosis fiat. ʒ. iiij. cū tm̄dē zuccari ⁊ mitigabit dolorē ⁊ ꝯfert stati. ¶ Verūtū in podagra frigida. ℞. gencianе: rubee tictoris: ameos: aristo. mentastri: folioꝝ ruthe: haurac hermodactilorū: satirion tassi barbati: opij. añ. p. ꝯuenientē cōponantur vt debent ⁊ dentur in potu. ¶ De primo capitulo de cōser. sa. dixit quibuscunqꝫ accidit dolor aut podagra vinū mellificatū erit bonū si in eo ponitur semen apij.

A ¶ De tractatu prio de humoribus in cuius vētre fuerint humores crudi proprie ⁊ vrina grossa fuerit liberabitur passio per hoc: quoniā euacuabuntur per eā. ꝙ nisi ipsi emittuntur per vrinā cuꝫ vrina erit tenuis modica inferent in articulis apostemata ⁊ proprie si fatigantur ideo vrina in his prouocari debet grossa ⁊ supabundans. sed hoc fiet per incisiua cū prouocatiua vrine infestent eos ad ꝓcedendū penes vesicā ⁊ renes. ⁊ si vrina fuerit tenuis colerica non emittet corpus aliquid de eis vnde procede ad euacuandū colere supfluitates per egestū cū eo ꝙ calefacit. ¶ Dico ꝙ si conijcis ꝙ in corpore sunt humores hmōi prohibendū est fatigium dū in primo euacuetur. ¶ Dixit vidi quēdā pati dolorē articuloꝝ ac sequi quietē magnā quādo articuli eius erāt oppressi cū tēpore cū manu calida ⁊ leui quoniā passio ei9 erat ex manatione superabundātiū humorū facta ad articulos quoꝝ parte sistente sanguinea ac parte colerica ⁊ flegmatica ⁊ sūmarie sūt oēs humores crudi ⁊ indigesti. ¶ Dico de humoribus dcm̄ est hoc: quoniaꝫ laborans his humoribus debet ocio ⁊ quiete vti ⁊ tangi cū aliquo habenti in se caliditatē tepefactā ⁊ lenē. quoniā illud digeret eos deide postea oēs dissoluit. ¶ De scđo capitulo de humoribus. i quo fuerint apāta aut mēbra debilia euitare debet balneū ⁊ potuꝫ vini ac ipetū quoniā leuē facient manationē superfluitatuꝫ. ¶ Dico sessio in sole exercitiū ⁊ similia calefaciunt corpus. ¶ De tertio capitulo de humoribus in arthetico si accidit colica tollet dolorē articuloꝝ. Dixit Gal. hoc est: quoniā dolor vehemens tollit vel occultat debilē ꝙ non sentietur etiā possibile est ꝙ humor emanans ad articulos manat ad intestina. ¶ Dico iuxta qꝺ vidi in. iij. c. ꝓnosticoꝝ ꝙ reumata superabundanter multiplicant in articulis ex spaciositate larga ipsoꝝ ⁊ ex motu ꝯtinuo ipsoꝝ. ideo ex hac parte sunt debiliores alijs locis.

C ¶ De libro mabal i pueris nō fit podagra neqꝫ dolor ipsius sicut in iuuenib9. ꝭ in senescētib9 nimis tm̄ absqꝫ sanatione.

A ¶ Dico plures iperiti vt credebant expectabāt in dolore articuloꝝ digestionē in euacuatiōe. Sed quidā amicus meus hoc expectando duꝫ erat in dolore vehementi valde ipsius natura expellente assellauit viginti sellas de colera discoriāti intestina sua violenter ex quibus mitigatus est dolor statim pulsatio penitus ⁊ sanata est ipsius passio quasi nō esset spacio longioris tēporis alijs tēporis consuetis.

C ¶ De tractu affo. podagra sciatica ⁊ arthetica senescētibus

B fiūt insanabiles: qm̄ ipsoꝝ digō difficilis fit in iuuenescētib9

A ¶ De quinto capitulo affo. dixit aqua frigida mitigat dolorem articuloꝝ ⁊ podagre accidentē absqꝫ vlcere si in superabundanti quantitate spargitur super locū frigida eo ꝙ modice stupefacit stupefcm̄ māifestū mitigat dolorē. ¶ De tractatu sexto dixit dolores descendentes de dorso ad brachia dissoluit minutio: quoniaꝫ hoc erit ex humore transmutato: sed transmutatio eius ad anteriora corporis vnde euacuari debet vnde declinans fuerit.

C ¶ Dixit in eunuchis nō fit podagra. ¶ Dixit Gali. in tēpore yppocratis hoc erat ꝫ nūc ꝯdn̄antibus super hoies teneritate delicatōe ac superabundantia executōis appetitus nō. ¶ Dixit podagricoꝝ pedes debent esse oino per naturā debiles sed absqꝫ dubio non debet eos affligere dolor nisi regimē fuerit malū. vnde cognoscere debes ꝙ debilitas illius solius mēbri non depōitur in diuersitate morbi in tēpore ꝙ erit iter vtriqꝫ insultū podagre licet debilitas absqꝫ passionis insultu tēpus habeat. vnde si eos dolor affligit fluēte aliqua superfluitate ad eos frequenter si corpus mundū fuerit de superfluitate sicut est in dispōne carēte ipsius insultu deficiet eius fluxus sed hoc erit si exercitio vtitur moderate ac digestione perfecta nutrimenti. ideo quies frequens ac satietas nauseatiua nocent laborātibus hoc morbo. Etiā nocēt eis vini fortis potus superabundans proprie ante cibū: quoniā vinū bibitū in tali ꝯditione velocē lesionē infert neruis. Etiā eis nocet coitos ac balneū cū intensione: ideo eunuchi remotiores sunt de ea viris ⁊ silr mulieres. Sed fit in eunuchis quando vtuntur supabundātia potus vini ⁊ diuersoꝝ ciboꝝ ac silr. deinde dicitur in arthetica: quoniaꝫ in maiori parte in primo dolor laborantiū arthetica erit podagricus deinde ꝯdn̄abitur artheticus sed erit maior ⁊ firmior si accidit in eo cuius pater eo laborauit dixit multiplicabitur dolor artheticus eo ꝙ non operatur exercitiū moderatuꝫ nec perfectā digestionē nutrimenti. Sed hoc sequitur superabūdans potus vini ieiuno stomaco intensus coitus ac balneū. ¶ Dixit Hyp. mulier non podagrizat nisi ipsius menstrua defecerint: quoniā corpus ipsi9 purgatur per mēstrua ideo in mulieribus non accidit podagra nisi sequatur pctm̄ magnū regis vt est dcm̄. ¶ Dixit in pueris nō accidit podagra ante ipsoꝝ coitū cū mulieribus. Dixit. G. coitus i generatōe podagre habet virtutē magnaꝫ valde sed hoc cognoscitur ex remotiōe ipsius ab eunuchis. ¶ Dixit vidi eunuchos pati podagram tamen pueros non sed in eis accidit inflatio in articulis penes diuersas satietates nauseatiuas ⁊ supabundantes in corpore ipsoꝝ. ¶ Dico eo ꝙ in eunuchis mulieribus ⁊ pueris non accidit podagra nisi cū difficultate significatio habetur ꝙ accidit vbi cū sanguine erit colera.

B ¶ Dixit. G. distinctio est inter venā interiorē penes cauillaꝫ calcanei. vꝫ. post saphenam ⁊ venā exteriorē mediā: quoniā vtraqꝫ vena diuidit de vena interioris partis genu triplr. ¶ Dixit Joāni. vene testantur super hoc per experimentuꝫ ꝙ laborans sciatica gaudet minutōe ipsius vene sciatice vehementer sed minutione vene saphene paruꝫ.

A ¶ Dixit i dolore arthetico dū cū eo sint apāta calida ꝯseruatio sanitatis antecedere debet. sed curatio eius in tēpore sui insultus fieri debet cū minutōe ⁊ laxatione colere ru. ⁊ si cū eo sūt apāta frigida fieri debet cū laxatiōe humoꝝ flegmaticoꝝ ⁊ regie attuēatiuo. ¶ Dixit si cū dolore arthetico fuerit caliditas vehemens laxandi sunt humores colerici.

C ¶ Dixit podagra si cū apāte calido fuerit mitigabitur per. xl. dies. ¶ Dixit. G. apā in podagra fit ex superfluitate descendente ad articulos pedū ac in ꝓcessu supfluitatis prio in loco articuli sequitur necessaria ꝙ extendentur ligamenta cōtinentia ipsos articulos extrinsecus sed nerui ⁊ corde nō inflant in laborante podagra ⁊ in eis accidit dolor tm̄ extēsione ipsoꝝ facta cū articulis tm̄ hec habetur significatio super hoc ꝙ nulli podagrico i vltimū accidit spasmus accidit magis penes postea accidens in neruis ⁊ chordis. ¶ Dixit ꝓpositū in cura podagre est cōe i cura cuiuslibet apātis: quoniā indiget qꝺ dissoluatur id qꝺ continetur in pedibus. ꝙ si fuerit tenue dissoluendū est in minori tēpore sed si grossuꝫ in maiori tēpore dissoluatur ⁊ dispositio huius apātis nō transit. xl. dies ⁊ i eis dissoluetur ⁊ sanabitur si medicus sequitur totā operationē recte. sed finis atterminatiōis apātis calidi accidentis in mēbris carnosis in. xiiij. diebus erit cū substantia carnis vehementioris dissolutōis ⁊ substantie huius. vꝫ. ligamentoꝝ sit ꝯdensa. vnde sicut tardatur in redēptione superfluitatis tardabit in dissolutōe eius de ea ideo terminus

diſſolutōis apātis ð ea eſt.xl.dieꝝ quoniā humiditates que
ſunt in articulis debent ꝯuerti in vaporē penetrantē ipſa li-
gamenta circūferentia cū articulis ⁊ ſiliter ſuperfluitas in-
terior ipſoꝝ ligamentoꝝ. ❡ Podagra cōmouetur in vere.
Dixit podagra in numero doloꝝ articuloꝝ eſt aut forte exci
tatur in autūno ex eo ꝙ in corpore cōgregantur in eſtate in
tēpore fructuū de malo humore licet magis excitaẗ ivere in
eo cuius regimen malū fuerat in hyeme.

❡ Dixit Hyp. quibuſcūqꝫ fit ſciatica deſiccata ancha dein-
de reuertente in ea accidit humiditas mucillaginoſa. ❡ Di
xit. G. ſuperabundanter in articulis ꝯgregatur chimus fle-
gmaticus que appellauit Hyp. mucillaginoſum ex quo hu-
mectantur ligamenta ipſius articuli ⁊ molleſiunt: ideo egre-
ditur caput oſſis pixidem in quo iponitur de facili reuerten
do de leui ⁊ velociter. ❡ De ancha. cui fit dolor i ancha an
tiquus cum diſlocatione anche pes eius in toto cōtabeſcet
⁊ torquetur niſi vſtio cū cauterio ei facta fuerit. ❡ Dixit. G.
cuius anche caput deſiccatur cum pixide coxe ex humidi-
tate que obtinetur in pixide coxe ⁊ non vritur articulus an-
che vt penetret illa humiditas flegmatica obtenta ⁊ locus
ſolidetur cum vſtione in toto ⁊ deficiet mollities ⁊ ꝓhibeaẗ
ꝙ articulus anche non diſlocetur exinde accidet claudica-
tio ꝓculdubio ⁊ ſequetur hoc ꝙ pes nō nutritus vt cōuenit
ꝯtabeſcet ⁊ diminuetur ſicut accidit in mēbris que priuanẗ
motu ipſoꝝ naturali. ❡ Dico debet fieri vſtio poſt ꝙꝫ ācha
reuerſa fuerit ad locū eius vt equalr̄ emicat articulus iuxta
diſpoſitōeꝫ naturalē: ſinaūt reuerſio eꝰ poſt vſtionē erit im-
poſſibilis ⁊ erit in detrimētū magnū. ❡ Dixit diſlocatio ca-
pitis anche accidit eo ꝙ ligamēta articuli anche circūferē-
tie cum ea humectātur ⁊ molleſiunt ex ipſa hūiditate. ❡ Di
co accidunt dolores in ancha ⁊ tybia ſiles doloribus articu
lorum qui ſunt de genere varicū. ſed diſtinctio fit iter eos ꝙ
declinatio huius apātis erit ad articulū tñ ad totū locū qui
eſt inter vtrūqꝫ articuluꝫ tñ curētur per declinationeꝫ mãe:
attenuationē regis ⁊ illinitionē ꝑ violēta ad diſſoluēdum.

C ❡ De ſcðo tractatu de natura humana dixit vidimus ꝙ de
pluribus humoribus manātibus ad articulū aut ad pedem
in podagra ꝙ ſi tranſmutatur de eis ad aliqua mēbra nobi-
lia morietur patiēs ſed ſperatur ipſius ſanatio in vno tñ ꝙ
attractio ipſoꝝ ſcðo fieri pōt ad articulū vbi erant. ❡ Dixit
in tyriaca ſcā ad ceſarē caput auis appellate aſtis deſicca-
tū ſi bibiẗ in podagra cū aqua in quātitate quā de eo capiūt
tres digiti ſanabit eam.

D ❡ Dico quidā laborās dolore genu ātiquo ſumpſit medici-
nas in potu de ſtomaticon fere. l. ac clyſtere vſus eſt cuꝫ cē-
taurea nō ſola vna vice cui ꝯſului ꝙ frequenter vtatur me-
dicinis attenuatiuis ꝓuocātibus vrinaꝫ ⁊ eo ꝙ erat frigide
complexionis ⁊ humide conualuit.

C A ❡ De lib. minutio. quibuſcūqꝫ fit podagra aut arthetica eūo
eis ꝯueniens erit in principio veris cum minutiōe facta aut
laxatōe: qm̄ plures ſanaui cū euacuatōe qñ ſupueniebat in-
ſultus paſſiōis. ❡ Dixit oēs iſti de iure debent vti regie cō-
tēperate attenuatōis: qm̄ qui iſtoꝝ vtūtur erroneo regie vt
copia potus vini nō ſequētur vtilitatē magnā i laxatōe nec
in minutōe: qm̄ humores ſemicrudi in corpore ipſoꝝ cōgre
gātur ſuperabundāter ⁊ celeriter ex malo regie ipſoꝝ vnde
qui in tali paſſiōe ſilia ſequitur nō eſt curādus radicitus ſed
ſi obediēs fuerit magnā vtilitatē ſequitur in minutōe ⁊ laxa
tiōe in ꝑncipio veris deinde inſecutōe ꝯtēperati exercitij po
ſtea ⁊ in attenuatione regiminis.

B ❡ De minutōe dixit ego cognoſco ꝙ ſanaui nō ſoluꝫ vna vi-
ce ſciatica per minutionē factā in pede ſi paſſio nō fuerit de
frigore ſed ex cā repletōis venarū que ſunt in ancha ideo de
hmōi paſſiōe ſequitur iuuamētū per minutionē vene que eſt
de plica genu magis quā vene ſaphene ſed ventoſa nō da-
bit iuuamētū eis magnū. ❡ Dico ꝙ. G. oino nō retulit de ve
na ſciatica quaſi non eſſet opportuna in ea minutio ⁊ ꝙ ſuffi
ciēs erit minutio de plica genu ſed cōcedo vena ſciatice eſt
penes me ſicut ꝯcedo vene ſaluatelle da baſilica: qm̄ de ſa-
biana vena manifeſtatur ſuperflua vtilitas ſuper vtilitateꝫ
baſilice licet ſit ramoſa ex ea ⁊ dixit ꝙ hoc fit ex longitudine
attractōis vnde vena ſciatice habet prerogatiuā ſuper ve-
nam que eſt in plica genu cū illa attractōe longa ⁊ ꝙ eſt ex-
terior: qm̄ magis attrahit de ancha ſed negociū inter ipſam
⁊ venā que eſt in plica genu eſt ꝓximū in iuuamēto ⁊ iaꝫ te-
ſtatus eſt Joāni. de hoc. ❡ De morte veloci. i quo fuerit do

lor anche ⁊ apparuerit in coxa rubedo vehemēs in modum
triū digitoꝝ abſqꝫ dolore i eā cū pruritu vehemēti ⁊ cū hoc
fuerit appetitus comedēdi olera elixa morieẗ in. xxv. die.

C ❡ De li. ſignoꝝ dixit accidit in podagricis apā cū dolore pe
dis ⁊ qñqꝫ incipit dolor de police pedis ⁊ qñqꝫ incipit do-
lor de calcaneo aut de inferiori parte pedis ſed inflāmatio
accñs in pede forte habebit colorē mutatū de colore corpo
ris aut forte erit in colore ipſius aut forte fit dolor cuꝫ ardo
re ⁊ qñqꝫ erit abſqꝫ caliditate penitus aut forte erit cum fri
giditate vehemēti ⁊ qñqꝫ erit in vtroqꝫ pede ſimul aut for-
te ꝓueniet doloris vehemētia ad tybias genu ⁊ veſicā ⁊ ad
ſtōm. ſed in quibuſdā longi fient teſticuli ſed ꝓlongato ipſo
morbo inflantur tybie ⁊ coxe.

A E ❡ Dixit. arthetici patienẗ i oibꝰ articulis apā ⁊ dolorē i ſpi-
nali aut forte orietur caro inter articulos ⁊ ꝓprie inter arti-
culos manus ⁊ pedis ac extenti digiti torquētur digiti tunc
⁊ qñqꝫ vehemētior fit ipſoꝝ dolor ⁊ qñqꝫ alleuiabiẗ ⁊ diu-
turnus ⁊ longus erit in eis dolor dorſi. ❡ Sed dolor dorſi
in muſculis intrinſecus ⁊ extrinſecus ⁊ in ſpondilibus. ⁊ acci
dit ex reflexiōe corporis ſuper foueas ⁊ ex onere ponderoſo.
vnde ſic accidit ꝙ laborās eo nō pōt inclinari nec extende-
tur ſpinale bene ⁊ diuturnus morbꝰ fit aut forte nō erit diu-
turnus. ꝙ ſi fuerit in eis apā in muſculo manifeſte ſentietur
dolor qñ tāgeẗ dorſum. ⁊ ſi fuerit in muſculis occultis nō ħ
ſentieẗ tactus doloris intrinſecus ſimilis dolori renum.

B ❡ Dixit accidit laboranti ſciatica dolor in ancha: ponderoſi
tas: tardus motus: tactus debilis paruus ⁊ ꝯdenſus valde.
aut forte accidit ei febris nec poterit iuerſari ſuper latus aut
forte perueniet dolor de ancha ad genu. aut forte perueniet
ad calcaneū. aut forte non deſcendet de inguine. ꝙ ſi diutur
nus efficitur morbus iſte extenuabit iſtud mēbrū vehemen-
ter cum dolore ⁊ moleſtia vehementi ⁊ ſoluetur venter. ſed
qñ opprimitur inueniet abundantē quietē ⁊ efficitur vehe-
mentior ſolutio in principio paſſionis. Sed qñ diuturna fiet
diminuetur afflictio. ⁊ quidaꝫ ipſoꝝ ambulant ſuper capita
extremitatū digitoꝝ ⁊ extendendo dorſum ⁊ ſpinale nō po-
tuerunt incuruari ⁊ incuruati ambulāt nō valēdo rectuꝫ te-
nere corpus. Dixit hoc fit ex duritie ſiſtēte in muſculis coxe
ſpinalis ⁊ inguinis. Dixit fiunt accñtia ſilia illis que accidūt
mulieribus ex parte matricis ſed diſcernitur hoc in. c. ſuo.

❡ Dico ꝙ ſi accidit dolor de ācha ad pedē ad modū virge
extenſe vena anche eſt repleta ſanguine ſed curetur per eua
cuationē ipſius ſanguis tñ dolores quoꝝ laxitudo ē maior
longitudine ex humoribus groſſis ⁊ flegmaticis erunt. ⁊ do
lores ex quibus opportuna erit fieri icuruatio erunt ex apā-
te duro. ſed curantur per lenificationē ⁊ diſſolutionē. Et qui
erunt ex violētia erectiōis dorſi ⁊ extenſiōis eius ex duritie
in muſculis qui ſupra erunt licet non poſſit patiens erigere
dorſum ex cauſa doloris.

C A ❡ De tractatu. ij. de medicis ſimplicibus dixit quidā fricant
mēbra in quibus accidiẗ podagra aut dolor artheticus cuꝫ
ſale trito cum modico oleo hoc operando in quiete paſſio-
nis nō tpe inſultus eius ad deſiccādū ⁊ diſſoluēdū totā ſup-
fluitatē ⁊ ad ꝯtribuēdū mēbris debilibus cuꝫ hac operatiōe
bonam diſpoſitionem ⁊ ad confortandum ea.

B ❡ De primo caplō expoſitōis. vi. accidit quedā ſpēs doloris
anche mulieribus ex dolore matricis ſi paſſio ipſius diutur
na efficitur trāſeundo. x. menſes. ❡ De. ij. ca. li. vi. epidi. dixit
ſanatur dolor anche per vſtionem.

C A ❡ De. v. c. li. vi. epi. dixit coitus nocet podagricis ⁊ artheticis

B ❡ De qōnibus de aere ⁊ regiōe frequēs eqtatio nocet dolo
ri anchaꝝ: qm̄ faciet currere ad eas ſupfluitatē abundantē.

C ❡ Judeus dixit mandragora poſita in butyro vaccino ſi cū
eis vngatur pes dolens mitigabit doloreꝫ eius. ꝙ ſi recipis
mandragore dauik duos in potu quolibet die cum vino co-
cto ⁊ melle mitigabit dolorē podagre. ❡ Dixit ⁊ ſummarie
ego non vidi ad podagram medicamen vtilius oleo ſolatri
ſilueſtris dato in potu cum modico oleo amigdal'. dulcium.
❡ Unguentum adipum expertuꝫ eſt ⁊ potētis actus eſt ad
mitigandū dolorē podagre. vꝫ. adipis leonis adipis onagri
olei liliorum olei nardini olei coſti adipis anatis ⁊ caude li-
quefacte ad vngendum cum eo.

B C ❡ De ſciatica vnctio fiat cum oleo colloquintide. ꝙ niſi cō-
tulerint medicamina vſtio fiat cū cauterio in ancha vbi erit
dolor ēt in coxa tybia ſuperficie pedis vbi erit dolor in pede
penes calcaneū ⁊ vſtio ſit altera profunda ⁊ tenuis in paruo

digito pedis: quoniā cum hoc erit sanatio eius. ¶ Hoc est clystere ad sciaticā ⁊ podagrā sil'r. ℞. tassi barbati corticum radicū capparis: vtriusq; ellebori: cicute: origani hermodactilorū pulpe colloquintide: assari laureole acori: castorei: serapini. añ. aur. pō. i. infundātur in rot. iiij. vini ⁊ coquātur dū perueniant ad rot. i. Deinde. ℞. ipsius. ʒ. iij. admixto cum eis modico melle ⁊ modico butyro clystere fiat cum eis taliter ter. ¶ Et si laboriosa fuerit curatio in podagra ⁊ dolore anche ⁊ genu ⁊ dorsi frequēter fiet operatio ꝓuocatiuorū vrine: quoniā vtilis erit. ¶ Aaron yera hermetis magnū iuuamētū dat in podagra ⁊ dolorē ancharū bibita in vere: qm̄ q bibit eā per dies si inceperint sudare pedes ⁊ articuli dolentes mirabilē vtilitatē habebit de ea in hoc. ¶ Dico hoc est medicamen subtile valde ad laxādū si tñ purgat corpus per vrinā vnde ꝓcede firmiter cū eo. ⁊ ꝯferunt penes excitationē doloris radices mandragore. ⁊ hermodactili ēt ꝯferunt dolori ancharū empl'a calida attractiua ⁊ violēta sicut confecta cū sitarig. sinape sulfure ⁊ salibus. De illis que ampulosum faciunt corpus sed patiēs sustinere dȝ eā vltra posse in balneo tñ dolores frigidi qñ diuturni fiunt curari bebent quin mundificatio p̄cedēs fuerit iuxta vomitū ⁊ propositionis expelletur id quod in membro fuerit tantum.

D ¶ Dixit ꝯfert dolori genuū si fuerit ex frigore euforbiū tritū
B mixtum cū ceroto olei narcisci aut olei liliorū. ¶ Dico hoc
A dissoluit dolorē ancharū diuturnū ⁊ oīum articulorū q diuturnus efficitur ex humore grosso accñti in eis. ¶ Aliud ad ꝯferēdū desiccatōi genuū ⁊ dolori articulorū. ℞. granorū pentadactilorū mundatorū. ʒ. ij. ⁊ terendo ea cum butyro vaccio optime ⁊ modico melle inquātū viscosenł ⁊ cum eis fiat emplastrū: qm̄ mirabile erit tñ curetur cum eo id quod desiccatum est in articulis ⁊ siccitate ipso posito super locum ⁊ frequenti secuta infrigidatione eius.

B ¶ Etiā ꝯfert dolori ancharū bibitio sarcocolle ⁊ olei nucū per dies facta ⁊ yere cum oleo pentadact. ⁊ aqua ciceris imperat. ⁊ aneti per hebdomadas facta sil'r euitatis coitu penitus ac potu vini. ¶ Hoc est fumigiū bonū dolori ancharū correctū iuxta ꝙ vidi. ℞. tassi barbati cētauree: aristolo. corticum thuris ellebori nigri: foliorū cicute. origani: ysopi. i. assa hermodactilorū: colloquintide. ypratelli. i. osnē laureole: seis cameronis. añ. p. i. coquātur cum vino dū peruenient ad dimidium. deinde postq̄ infunduntur cum aqua ipsarum fiat clystere in quantitate rot. ꝫ. cum. ʒ. ij. olei.

C ¶ Tabri dixit quidam morbi sunt incurabiles nullā sequentes sanationē firmiter sicut est cācer podagra ⁊ ylcos. ¶ Dixit plures ipediti ex ventositate de ꝯsilio meo in oleo trifolij sedere studuerunt ⁊ dissoluti sunt exinde pedes ipsorū ⁊ sani facti sunt bibendo de eo ac vngendo cum eo ⁊ taliter cōficitur. ℞. trifolij bn̄tis semen ⁊ i vase ereo pone illud miscē do cum eo oleum ⁊ vinum tantūdem illud deinde coquatur dum remaneat solum deinde comprimatur ⁊ coletur ⁊ reponatur dosis fiat. ʒ. iij. ⁊ minus.

B ¶ Tabri dixit dolor ancharū fit ex corruptiōe colere ru. aut ex superabundātia more in sole vnde desiccatur humiditas ancharū. sed ꝯfert dolori ancharū incisio vtriusq; vene que sunt penes digitum paruum pedis ēt executio clysteris balnei ⁊ emplastrorū lenificatiuorū in p'rio deinde dissolutiuorum. ꝙ nisi cōtulerint vrendus est cum cauterio neruus qui est in dorso ad partem renis. etiā fiat vstio super anchas in quattuor locis ⁊ super genua sil'r i quattuor locis ⁊ sup quā libet tybiā in duobus locis ⁊ in quattuor locis penes calcaneū ⁊ in quattuor locis penes digitos pedū.

C ¶ Tabri de libris indis. quotiens augetur sanguis excitabit podagra. ¶ Aaron accipe significationē super humorē cōdominātē in his doloribus de regie precedenti.

B ¶ Dixit purgatio corporis cū eo facta qȯ diminuit superfluitates ⁊ nutrimētū ⁊ illud mundificat melior est alijs in cura doloris ancharū. ¶ Dixit si fuerit superfluitas calida mixta vētositatibus incidere debemus post incisionē vene mediane venā que est penes paruū digitū pedis ⁊ aliquas venas pedis manifestas. ¶ Sed vomitus mirabilis erit valde ad dolorē ancharū vnde inducatur patiēs ad vomitū vsualiter post cibū in primo deide habito vomitu post cibū in vsu fiat vomitus ante cibū cū vomitis. ¶ De ancha q sūpsit in potu ad dolorē ancharū medicias calidas ⁊ inde superfluitas efficietur adherēs anchis vētosa ꝯfert ei posita super anchā ēt clystere violētū quod educit sanguinē sicut cū almuri de coctione colloquintide ⁊ centauree. ēt positio illius super locū exteriorē quod attrahit cū violētia. sed si vehemētior fit dolor mitigetur deide reuertatur cura ad superia dicta. ¶ Dico cognoscitur dispersio superfluitatis in ancha si inseparabilis fuerit dolor anche ⁊ non acquiescet penitus ⁊ laxatio eius fieri debet cū pulpa colloquintide cētaurea: succo cucumeris asinini: gūmis ⁊ seibus attenuatiuis cū tasso barbato ⁊ sitarig. ¶ De mala ꝯditione erronea. dixit quotiēs apa sanguis fuerit vehemētis inflāmationis noscas ꝙ sanguis in toto corpore erit colericus. dico ꝙ post minutionem fieri debet colere rubee laxatio.

D ¶ Hoc est medicamen ꝯferens dolori genuū ⁊ podagre. ℞.
C sarcocolle ruffe. ʒ. iij. hermodactilorū. ʒ. iij. oleū nucū cētū terantur ⁊ misceantur cū aliqua parte aneti ⁊ costi ⁊ dentur in potu patienti: quoniā educent ventrē absq; nocumento mitigando dolorē. ¶ Sed ꝯfert sibi. ℞. chiri citrini aur. pō. i. ꝫ. gariofilorū. ʒ. v. myrrhe peonie se. aneti. añ. ℥. i. polij maioris. ʒ. xij. aristologie rotunde ⁊ longe. ℥. ij. detur in potu dosis. ʒ. i. cum aqua mellis nulla facta comestione post vsq; ad nonē horas ꝑ dies. x. isepabiles: qm̄ tollēt vehemēter dolores.

A ¶ Hoc est medicamē aliud de ossibus qȯ bibēdū est i quolibet triduo semel per totū annū ⁊ quādoq; per quatriduū ⁊ eradicabit dolores articulorū humidorū. ℞. camedreos. ℥. i. centauree. ℥. i. aristologie. ℥. vij. gentiane. ℥. ij. ypericon apij montani. ℥. iiij. fu bdellij. añ. ʒ. iij. agarici. ℥. ij. meu. ℥. i. terātur ⁊ distēperētur cū melle dispumato dosis. ʒ. i. vsq; ad. ʒ. ij. iuxta modū morbi ⁊ si fuerint pillule sumantur cum aqua mellis. ¶ Dico ꝙ he medicine sunt attenuatiue ad eradicandū dolores articulorū grossorū ⁊ frigidorū sed nulla comestio fiat de cibis attenuatiuis nec debet fieri potus vini abundāter sed procede in his cū yera hermetis: quoniā melior alijs est.

C ¶ Hoc est medicamen ad mitigādū dolorē podagre. ℞. corticū radicū mandragore tritorū dando de eis in potu ad modū nuclei. i. cū aqua mellis ⁊ mitigabitur inde dolor.

B ¶ Etiā confert dolori ancharū fricatio deidevnctio cū oleis calidis valde attractiuis sicut cū oleis coctis cū costo piretro euforb. ⁊ castoreo ⁊ cū emplastris attractiuis. ℞. sulfur baurac nasturtij piretri stafisagrie stercoris colūbarū siluestriū. añ. p. i. congregentur cū pice ꝙ nisi fuerit cū cera ꝯgregentur cū oleo vetusto ⁊ inde fiat vnguentū. ¶ Dico conferunt stafisagria ⁊ cantarides sed vtilius erit si pustule fiunt in ancha ⁊ ampulle ⁊ non debet fieri hoc nisi post mundificationē valde ⁊ postq̄ morbus efficitur longus ⁊ atterminatus ita ꝙ māe nō sint manātes postea ⁊ bonū erit in hoc.

B ¶ Hec est illinitio ad dissoluēdū dolorē anche ⁊ podagre in
C fine ipsorū. ℞. olei rot. i. ⁊ coquatur dū ingrossetur ⁊ illinitio fiat cū eo ¶ Dico ad dissoluēdū apa in fine eius. ℞. mucillaginē se. lini ⁊ terendo eā cū oleo sisamino coque eā dū ingrossetur ad modū mellis ⁊ fiat cū eis illinitio sed hoc leuius erit ⁊ vtilius si efficitur in cerotū ⁊ corroboretur cū toto eo quod volueris ⁊ erit leuius ⁊ melius.

B ¶ De ancha confert ad dolorē ancharū euforbiū tritū cum oleo lilino ⁊ illinitū super eā. ¶ Etiā confert siccitati ancharū ⁊ vlceri ipsarū. ℞. granorū pentadactilorū excoriatorū. ʒ. iij. butyri vaccini. ʒ. i. mellis. ℥. i. aceti. ℥. ꝫ. terātur ⁊ cū eis fiat emplastrū ⁊ mirabile erit. ¶ Aaron. Dico hic est trociscus mirabilis. ℞. scief memithe succi barbe yrcine: se. iusquiami: radicis mandragore: opij. añ. p. cōuenientē terantur ⁊ distēperentur cū mucillagine psilij ⁊ penes necessitatē terantur cū aceto potenti ⁊ cū eis fiat illinitio ⁊ ponatur sup eā pannus aut bombax sed quotiens calefit infrigidetur ⁊ bona erit valde. ¶ Hic est bonus trociscus in fine negocij. ℞. farine fenugre. se. lini: se. cauliū: myrrhe: bdellij: se. maluauisci: se. aneti: se. raparū: corine: fructus pini: se. ruthe: armōiac i modici baurac sulfuris piretri terantur ⁊ inde fiat trociscus ⁊ cū opus fuerit teratur cū decoctione corone regie: cauliū: aneti ⁊ camomille ⁊ cū eis fiat illinitio ⁊ vtendū est seibus ꝙ si volueris ꝙ sit magis violentū adde in eis squinantū ꝙ nisi inueniatur aliquod istorū terantur cū vino aut cū vino cocto.

A ¶ Dico ꝙ radix granati siluestris lenit duritieȝ in articulis ⁊
C bona est podagre. ēt hermodactili desiccāt articulos ⁊ eis cōferunt. ¶ Dixit Marser. qui operatur hermodactilis debet abundanter lenificare ⁊ humectare articulos eius: quoniā prohibent reumata ⁊ desiccant quod descendens fuerit in eis: iō radix granati siluestris fieri debet in illinitōe ⁊ potu

B ¶ Paulus cōfert sciatice si cū baurac ⁊ sinapi bibitis vomi-

tus fiet: quoniā cōfert valde. ¶ De li. alieno vt credit̄ misich damesc̄e ad frigidū. ℞. cere olei euforbij. an̄. ʒ. v. ⁊ ponātur su per eā. ſed ad calidū fricētur ſandali albi cū aceto ⁊ fiat illi nitio cū eis. Aut terantur folia iuſquiami recentis ⁊ ponant̄

A ¶ Et ad materiā manantē ad mēbra ⁊ ad articulos. ℞. bau rac: cābil piretri ſtafiſagrie: calcis viue. p. i. terātur ⁊ miſceā tur ⁊ cū eis fiat illinitio cū melle ſuper articulos ex iſto medi camine ⁊ aceto. ¶ Dico dixit. debet patiens ingredi balneū ⁊ illinire articulos cū melle ⁊ ſpargere de medicamie ſuper illud. dico ꝙ ſimiles medicine opportune ſunt penes diſſo lutionē ſuperfluitatū laborioſaꝝ. ¶ De affo. ad dolorē fie ri debent cū gūmis calidis ⁊ oleis calidis ⁊ ſubtilibus ſicut opoponaci armoniaci bdellij caſtorei: baccaꝝ lauri. ruthe: cere: ⁊ olei vetuſti ⁊ de eis fiat emplaſtrū. Sed in parte ipſo rū ponat̄ euforbiū cū oleo ſigie ⁊ fricatio fieri debet in bal neo cū medicamine precedēti qđ fit cū melle ⁊ dentur in po tu radices capparis ⁊ tyriaca. iiij. reruȝ. ēt medicine ſcȝ gen tiane ariſto. ro. ⁊ ſcia ruthe cū aqua tepida ēt oleū pētadact. cū aqua apij ⁊ vnctio fiat in dorſo cū oleo pentad. cuȝ cera liquefacta. ⁊ vtendū eſt pillulis fetidis ⁊ frequenti balneo.

D ¶ Sed ad doloreȝ genuū. ℞. myrrhe aloe armoniaci thuris an̄. p. i. diſſoluantur cū vino cocto ⁊ cū eis fiat illinitio.

A ¶ Dixit ſapiens. vȝ. Hyp. ꝙ aqua frigida tollit dolorē articu loꝝ qui eſt cū apāte abſqȝ vlcere ꝯferendo ei mirabiliter. di xit non manat ad articulos aliquid niſi cā ipſius ſit calida.

C ¶ Dixit podagra non fit in mulieribus dū ipſaꝝ menſtrua in ſuo tempore emittuntur. neqȝ in eunuchis niſi raro neqȝ in infantibus. ꝙ ſi quis infans fuerit podagricus mirabile erit ⁊ ipſe patrizabit.

B ¶ Hoc eſt medicamen bonū ad dolorē anchaꝝ. ℞. caſtorei opopon. colloquintide: bdellij ſerapini. an̄. p. i. doſis au. pon. ij. cū. ʒ. i. aque tepide penes dormituȝ in principio noctis. ¶ Aliud. ℞. caſtorei opopo. an̄. ʒ. i. epi. ʒ. iij. ſerapini. ʒ. ij. eu forbij aur. pon. ij. dentur in potu cū. ʒ. i. aque calide in princi pio noctis ⁊ mirabile erit. ¶ Et confert bibitio ariſto. rotū. in quantitate aur. pon. ɜ. nocte qualibet cū aqua calida cum eo ꝙ prouocat vrinaȝ valde. ¶ Aut bulliat aq̄ vehementer valde duȝ perueniat ad mediū ⁊ plus. deinde ponatur in ea vulpes occiſa cū ſanguine coquatur in ea duȝ liquefiat ⁊ co letur ipſa aqua ⁊ miſceatur cuȝ oleo ⁊ ponatur mēbrum do lens in ea aut ſedeat patiens in ea: quoniaȝ diſperget mate riā totā ⁊ bona erit dolori ſpinalis.

D **E** ¶ Dixit dolores ſpinalis ⁊ genuū de genere doloꝝ articulo ruȝ ſunt de ipſis materijs humor ſemicrudus: ideo excitatur de coitu poſt repletionē ⁊ ebrietatē. ¶ Ad ventoſitatē ipe dientē corpus humanū difficilē ⁊ laborioſam. Coquātur ſi napis albach agnuſcaſ. ⁊ pentadac. ⁊ ſedeat patiens in apo zimate ipſoꝝ. dico ſedeat in apozimate rerum acutaꝝ.

B ¶ Dico dixit dolor ſciatice acutior eſt doloribus alijs articu loꝝ ſed fit ex humore groſſo flegmatico incluſo i articulo an che ⁊ erit dolor in pixide anche ⁊ pertinentijs inguinis vſqȝ ad genu. ⁊ in maiori parte dolor tendit vſqȝ ad pedē ⁊ digi tos pedis. ¶ Dixit in principio cure eius fieri debet clyſtere ⁊ minutio in manu proxima ⁊ ſecūdo fiant ſiliter. ꝙ ſi paſſio fuerit diuturna minutio fiat de calcaneo ſed debet fieri i tē pore inſultus doloris ⁊ acuitatis eius epithima ⁊ calefactio cum ſimili oleo. ℞. olei alcanne rotu. i. aceti rotu. ɜ. nitri rot. quartā vnā cardamomi. ʒ. i. ɜ. coquantur ⁊ in eis infundatur lana vnctuoſa ſuccida ⁊ calefiat locus cū ea. ¶ Aut empla ſtretur cum farina lupinoꝝ cum ſyrupo acetoſo. ¶ Aut cuȝ ſtafiſagria cum gūmi pini aut cuȝ radicibus cucumeris aſi nini nitro ⁊ mentaſtro cardamomo ⁊ baccis lauri. ¶ Etiaȝ mentaſtrū ſolum confert: emplaſtratū cum ſyrupo acetoſo. ſed detur in potu aſſa fetida ieiuno ſtomaco ad modū vnius fabe. ¶ Etiā. ʒ. i. ɜ. caſtorei. ʒ. i. ɜ. galbani ſi dātur in potu con ferunt. ¶ Etiā radices capparis bone ſunt eis in potu date aut poſite in clyſteri in apozimate aut i emplaſtro. ¶ Qꝫ ſi vehementior efficitur dolor in aliqua conditōe vtenduȝ eſt narcoticis ſicut filonio: dixit clyſteria debent fieri violenta ⁊ acuta ⁊ calida ſed facto clyſteri calefiat anus cum rebus ca lidis. ad retinendum clyſtere per horam longam: quoniaȝ ſi emittuntur per id humores mucillaginoſi ⁊ ſanguinolēti da bit maximum iuuamentum ipſo die. Sed hec debent confici in eo centaurea naſturtiuȝ ſuccus cucumeris aſinini ⁊ aqua ſalſa que colatur de piſcibus ſalitis ⁊ aqua oliuarum condi tarum cum ſale aut nitro aqua ⁊ ſale: videlicet ana. ʒ. ij. mel lis. ʒ. i. nitri. ʒ. ɜ. ⁊ ponantur ventoſe ſuper ancham cum ſca rificatione vnde hec cura debet fieri in principio paſſionis. ¶ Qꝫ ſi diuturna fuerit laxatio fiat cū pulpa colloquin. pu ra. Sed cōſiderandū eſt in hoc aut yera ruffina: vnde da in potu pulpe colloquitide. ʒ. i. ɜ. cū ſyrupo mellis. ʒ. iij. ⁊ vomi tus fieri debet: quoniā confert valde ⁊ vtēdū eſt balneis. vȝ. naturalibus calidis ⁊ emplaſtris rubeficatiuis. Sed hoc eſt emplaſtrū bonū. ℞. euforbij. ellebori nigri: caſtorei: piretri. nitri: piperis ſtafiſagrie. an̄. p. i. ſed mixtis oib⁹ emplaſtrū fiat ſinapis ⁊ ficus ⁊ tollet eū penitus cura cū ſitarig. Dixit pona tur ſuper ea dū nigreſcat cutis fiat calefactio deinde balneū ingrediatur patiens vngendo locum cū oleo aceto opopo naco ⁊ cera: quoniam hec mitigant ⁊ attrahunt. ¶ Utatur vnguentis attractiuis predictis: etiam potu medicinarū ꝓ uocantium vrinam toto anno ſcilicet vt ſunt hec. Recipe ca medreos camepitheos vtriuſqȝ gentiane. ana. ʒ. ix. Paulus etiam ariſtologie. ʒ ix. folioruȝ ruthe ſicce rotul. i. ſeminis ru the. ʒ. ix. terantur ⁊ cribellentur doſis qualibet die aur. pō. ij. ieiuno ſtomaco poſt digeſtionem cibi cum. ʒ. iij. aque frigide ſic debet fieri toto anno dum deficiet morbus omnino ſubti liato regimie ⁊ operato exercitio. ¶ Dixit aut forte putreſcit locus aut forte humectātur ligamēta ⁊ molleſiunt ⁊ inde ac cidet diſiunctio articuli. ¶ Qꝫ ſi diuturna efficit̄ paſſio vra tur locus in quattuor aut tres locis iuxta qđ eſt in capitulo cyrurgie: ſed vulnera non dimittantur ad conſolidandum per plures dies.

A ¶ Dixit humor ex quo fit dolor articulorum in maiori parte eſt chimi flegmatici generati ex ſuperabundātibus cibis ſa tietatibus nauſeatiuis ⁊ modico exercitio eſt etiā colericus ſanguineus ⁊ melancolicus: ⁊ quādoqȝ componitur de om nibus vnde tunc difficilis fit noticia ipſius ⁊ incurabilis eſt paſſio. ¶ Dixit i maiori parte excitatur paſſio ex labore mo tu intenſo. coitu abundanti: etiam potus aque frigide nutri mentum frigidum ⁊ potus ſuperabundans vini erunt in cau ſa eius. ¶ Etiam hec paſſio accidit in quibuſdaȝ ex ꝑcuſſio ne facta cum digitis pedis cum aliquo lapide aut ex ꝑcuſſio ne facta ſuper articulum: quoniam precaptatio in eis erat fa cta ad hoc ipſo humore effecto in ipſorum corpore: tamen humor erit imobilis: cūqȝ mouerit eum cauſa primitiua cō motus eſt. ¶ Excitatur etiam ex triſtitijs ⁊ inſomnietate. ¶ Unde accipe ſignificationem de humore fluente ad arti culum de colore articuli ⁊ tactu ipſius: quoniā ſi humor fue rit colericus color erit croceus ⁊ ruffus ⁊ tactus calidus ⁊ expanditur in cute celeriter abſqȝ apoſtemate magno ⁊ ex citatur ex calido ⁊ mitigatur ex frigido: etiaȝ adiutoriū ſuſci pe de coniunctione ⁊ regimine: ſed ſi fuerit ſanguineus ⁊ lo cus erit calidus inflatus ⁊ expenſus. Sed ſi fuerit melanco licus: color erit niger ⁊ inflatio erit modica difficilis pauci coloris erit: ⁊ in cōplexiōe melancolica: ſed ſi fuerit flegma ticus tarde inflationis erit nec pot. ſt inflari ⁊ color eius erit albus ad modum coloris cutis corporis. ¶ Dixit in primo cura debet fieri in humoris colerici cum eo ꝙ laxat coleraȝ ſicut cum iulep cum ſcamonea aut cum citonio: cum ſcamo nea: aut yerapigra ⁊ poſitio fiat ſuper membrum ſuper frica tionem eius cum oleo ro. ⁊ modico vino de ſolatro: ſemper uiua: ⁊ portulaca aut infundatur panis in aceto ⁊ aqua ⁊ cū eis fiat ēplatio ꝫ mutet̄ ēplatio hora q̄lȝ cuȝ tepeſcit. ¶ Sȝ ſi in articulis fuerit apoſtema calidū cum rubedine vehemē ti ſi cortices cucurbite recentis ponantur ſuper illud mitiga bunt ipſum mirabiliter. Etiā hoc facit farina fabaruȝ mixta cum aliquo ſucco frigido. Qꝫ ſi apoſtema fuerit vehemētis doloris cura fiat cum ſcief confectis cū memithe croco: ſan dalis opio pane infuſo in aceto ⁊ aqua: nec ſunt dimittenda frigida ſuper locum per ſpacium longi temporis: quoniam finem inferunt malum ⁊ apoſtemata laborioſa ſed tantum inquantum mitigatur dolor: deinde tranſmutatio debet fie ri ad oleum camomille ⁊ dyaquilon liquefactum cum oleo camomille ⁊ nutrimento vtatur infrigidatiuo tenui ⁊ humi do nec eſt dandum in potu vinum vetuſtum: tamen vtendū eſt balneo aque dulcis infuſa ipſa aqua calida ſuper mem brum euitato cibo acuto in potu ac toto regimine generan te coleram rubeam etiam labore coitu ac mala digeſtione. ¶ Qꝫ ſi reuma ex repletione ſanguinis fuerit minutio fiat abſqȝ aliqua tarditate. ¶ Sed ſi fuerit ex repletiōe flegma tis aut melancolie ipſi humores ſemper erunt in venis vn de de corporibus frigidis nō eſt minuendus ſanguis ſuper

abundanter:quoniam nocebit eis valde faciendo morbos
indigestos omnino sed laxatio in eis fieri debet cuʒ pillulis
in quibus componitur lapis armenicus quia ꝓprie sunt do-
lori articulorum. Dixit hermodactili boni sunt: tamen mali
sunt stomaco generantes angustiam ⁊ debilitantes appeti-
tum cibi:tamen educunt velociter illum humorem ⁊ cessare
faciunt reuma ad minus post biduum ⁊ dolorẽ penitus: ita
ꝙ patiens consequetur sua negocia sed coquẽdi sunt ⁊ apo
ʒima ipsorum dandum est in potu cum seminibus prouocã
tibus vrinam: ⁊ erunt vtiles absqʒ aliquo nocumento pre-
dicto:sed confortandus est stomacus post operationẽ ipso-
rum cum eo ꝙ habet ipsum confortare ⁊ calefacere modice
tamen pes corui est melior eis in hoc non nocens stomaco:
sed res que apponende sunt locis si passio fuerit flegmatica
⁊ dolor mediocris esse debet vt caules recentes ⁊ apium.
Qꝛ si dolor fuerit vehemens. ℞.farine fenugreci.p.iij. fari-
ne liliorum.p.i.farine cicerum.p.i. distemperentur cum syru
po mellis aut cum vino subtilis substantie vel virtutis:cum
modico oleo alcanne cinere caulium ⁊ adipe:ꝙ si fuerit pe-
nes principium doloris fiat cum adipe recenti: sed si penes
dissolutioneʒ fiat cum adipe vetusto. ¶ Qꝛ si manifeste chi
mus fuerit melancolicus noli sequi medicinas que desiccãt
tamen quod attenuat ⁊ dissoluit. ¶ Qꝛ si significatões fue-
rint erronee medicamen fieri debet diuerse compositionis
⁊ iuuamentuʒ dabit:sed trãsmutatio debet fieri de vno me-
dicamine ad aliud si primum non fuerit iuuatiuuʒ: ⁊ de vna
cura ad aliam diuersam aut contrariam:nec debet cura fre
quens fieri precipue si patiens non alleuiabitur inde: quo-
niam pluries vnum medicamen confert vni membro nec cõ
fert alteri membro in quo fuerit ipsa passio: ⁊ quod magis
mirum est ꝙ medicamen quandoqʒ confert vni mẽbro plu
ries deinde nocebit ei post modicuʒ inferendo ei apostema
sed in morbis manifestis non erit opportuna hec conditio.
¶ Sed prohibent hec congregationem apostematum pe-
trificatorum farina lupinorum cum syrupo acetoso aut cuʒ
aqua ⁊ aceto etiaʒ radices mabruc:⁊ radices affodilli bone
sunt:tamen hoc medicamen dissoluit absque nocumẽto. ℞.
licij armoniaci.añ.par.i.dissoluãtur cum vino veteri ⁊ oleo
onfacino ⁊ misceatur cum farina fabarum par.i. ⁊ coquan-
tur moderate cum vino ⁊ oleo ⁊ cum eis fiat emplastratio
calide. ¶ Sed mitigatis doloribus omnino si restat aposte
ma et dubium fuerit ne petrificetur:emplastretur cum bul-
bo trito mixto cum aqua et farre:et epithima fiat cum deco
ctiõe corone regie camomille maluauisci et centauree. Etiã
confert decoctio radicuʒ capparis:etiam. ℞.ysopi.i.assa ori
gani siluestris et mentastri.añ.part.i. coquantur cum aceto
forti et cũ eo epithima fiat super loca dolẽtia pluries quo-
libet die:quoniam plures sanati sunt per eam si morbus fue
rit flegmaticus etiam colericus similiter. ¶ Sed expellitur
fluxus de membro statim si coquuntur glandes postqʒ te-
runtur condominabiliter et epithima fit per longam horaʒ
in principio passionis et calefactio fit cum spongia infusa in
apoʒimate sed postea remouebunt materiam ab eo et con-
ferunt materijs colericis similiter. ¶ Dixit confert laborã-
tibus morbo colerico epithima factum cuʒ aqua dulci et te
pida tamen hi dolores qui fiunt ex frigore vehementi et opi
lationibus et articulis iuuamentum suscipiunt de hoc medi
camine violento.quare. ℞.olei vetusti rotul.i.ʒ.nitri alexan
drini.rotul.i.grani viridis rotul.i.euforbij.ʒ.i. yreos.ʒ.ij. fari
ne fenugreci rotul.i.ʒ.etiam iuuamentum sequuntur de em-
plastris que fiunt ad sciaticam. ¶ Et pluries sequitur cura
in eis quorum membruʒ infrigidatur cũ ficu sinape: et alijs
rebus rubificatiuis sicut cum medicamine cantaridum sed
hec inferunt in fine nocumentum nisi cum eis sequantur le-
nia lenificatiua sicut est oleum laati et oleum nucis romane
Sed medicamina tollentia defectionem postea operemur.
¶ Dixit apostemata mollia ꝯsequũtur iuuamentuʒ cum ca
lefactione etiam epithimate cum aqua maris calida sed po
ni debet cum spongia postea super ea . etiam cum vnguẽtis
confectis cum sale cinere nitro et similiter cum emplastris
sed hoc debet sequi post attenuationem tamen regimen et
nutrimenta desiccatiua esse debent et modice humiditatis
abstinentia sequi de cibo balneo et vino vltra posse. Qꝛ si
balneo vtuntur fricentur cum nitro et similibus etiam vtã-
tur in tempore quietis exercitio et fricatione extremitatum
proprie etiam aquis balneorum naturalium sepelitione in

harena calida:vomitu facto cum radice aut elleboro etiam
laxatione. ¶ Sed epithimanduʒ est apostema sanguinis cũ
decoctione foliorum vitis tritorum ⁊ mixtorũ cum fece ace-
ti.vitellis ouorum.ij.non assis cum modico oleo ro.⁊ cuʒ bis
bene tritis fiat emplastro:⁊ postea vtendum est dieta:⁊ mo-
dico nutrimento modice nutricationis desiccatiuo.vʒ. ⁊ in-
frigidatiuo:euitato omni vino ⁊ proprie nigro. ¶ Ego vidi
quoqʒ plures patientes relinquere potum vini ⁊ sanati sunt
de podagra omnino:aut ad minus debilitata est passio inde
valde: vnde considera quod si de remotione vini patienti
non accidat detrimentum euitetur potus eius omni tempo-
re vite eius:⁊ ad minus si fuerit impossibile euitetur per an-
num vnum. Sed inducendus est patiens ad euitanduʒ illud
paulatiʒ. Et relicto potu vini vti debet loco eius decoctio-
ne anisi:⁊ seminum confortantium stomacum ⁊ euitatis fru-
ctibus:⁊ toto eo ꝙ generat humores frigidos etiam coitu:
¶ Et medicine que bibende sunt per totum annũ dant qe-
tem flegmatis perfectam:⁊ ipsi quorum natura est calida ⁊
sicca in periculo sunt nec debent vti intensione prohibitõis
materie in principio negocij ante euacuationeʒ ne sit super-
abundans:⁊ reuertatur ad membruʒ nobile ad latus aut ad
pulmonem ⁊ periculum inferat. ¶ Dixit tyriaca viperarum
si quolibet die bibitur in hyeme post digestioneʒ ⁊ in estate
non successiue cessare faciet morbum ⁊ eum tollet. ¶ Pau-
lus ipsorum.videlicet quorum matura est frigida superflui-
tates sunt abundantes. ¶ Dixit medicamen cum chiri citri
no confectum pluries dissoluit apostemata dura accidentia
in articulis. Sed ad apostema solidum vnguenta lenitiua ⁊
dissolutiua cum violentia erunt bona: sicut est vnguentum
arsenici:⁊ illud quod conficitur de flore solis:quoniaʒ dissol
uit:⁊ nitrum sal:⁊ similia desiccant ⁊ arefaciunt etiam cum si
gia ⁊ oleo vetusto:quoniam habent dissoluere apostemata
frigida solida.

L ¶ De cautela facienda ad podagram. vtendum est modico
cibo sed cibus debet esse velocis digestiõis ⁊ modice super-
fluitatis:etiaʒ modico vino augmẽto in exercitio ⁊ remotio-
ne coitus:⁊ vtatur fricatione morborũ cum sale trito:⁊ oleo
⁊ omnium articulorum fricatione: quoniam hoc confert eis
valde in cautela facienda de podagra nisi condominans ei
fuerit mala complexio calida ⁊ sicca valde:etiam operatio-
ne olei mane ⁊ sero i toto tempore vite sue vtatur penes qe-
tem ⁊ diminutionem morbi sed considerandum est in hoc.
¶ Alexãder dixit podagra est morbus laboriosus cuius cu
ram medici nequeunt inuenire sed fit ex humoribus super-
abundantibus congregatis. ¶ Dixit fit ex sanguine abun-
danti calido replente articulos ⁊ extẽdente venas vnde pa
tiuntur dolorem vehementem:aut ex colera rubea calefaciẽ
te venas aut forte fit ex flegmate aut ex melancolia. ¶ Di-
xit si fuerint articuli calidi vehementer absqʒ apostemate ⁊
color eorum erit vt apostematis appellati herisipilla absqʒ
extensione in eo ⁊ ponderositate: noscas ꝙ ex colera rubea
est ⁊ querendo de regimine si conuenit noli minuere tamen
euacua coleram rubeam pluries corrigendo sanguinem: ⁊
infrigidando eum considera ꝙ laxetur cum eo ꝙ non est ca
lidum cum eo:videlicet quod conficitur cum succo rosaruʒ.
quare. ℞.succi rosarum rotu.ij.mellis rot.iiij. scamonee asse
.ʒ.i.dosis postqʒ datur ei modus.ʒ.ij.vsqʒ ad.iij. ¶ Aut. ℞.
citoniorum mellis scamonee ⁊ fac de eis laxatiuum. ¶ Di-
co. ℞.succi citoniorum rotul.i.aceti vini.ʒ.iij. ʒuccari rotu.i.
scamonee pro quolibet rotul.syrupi bene cocti.ʒ.iij. dosis.ʒ.
.i.vsqʒ ad.i.ʒ. ¶ Dixit procedere debes celeriter super infri
gidationem loci:quoniam si dimittis ipsum ita calidũ attra
het ad eum superabundanter. Dixit extinguit ⁊ mitigat do-
lorem albugo ouorum percussa cum oleo ro. Etiaʒ si percu-
titur oleum ro.cum lacte similiter faciet. ¶ Dico hoc miti-
gat dolorem:quoniam est leuis obuiationis absqʒ asperita-
te.videlicet albugo ouorum predicta. Sed melius nutrimẽ-
tum erit de omnibus frigidis euitatis acutis omnino dulci-
bus vnctuosis ⁊ salsis:⁊ dent eis carnes auium ⁊ pisces pui.
¶ Dixit plures sunt quibus conferunt nutrimenta grossa ⁊
frigida sicut sunt vẽtres vaccini cum aceto ⁊ ꝓprie si natu-
ra fuerit calida ex radice:etiam vtantur vuis dure carnosi-
tatis non vehementis dulcedinis:persicis:prunis: pomis:⁊
granatis:nec vtantur siccis omnino:quoniam generant co-
leram rubeam nec superabundantem motum sequant neqʒ
fumigium al'fatigium omnino:quoniam nocent sed vtantur

cis paulatim absque labore oino si solliciti fuerint: quoniam motus multiplicat coleram rubeam ⁊ eam attrabit ad articulos: etiam balneari debet cum aqua dulci post cibuȝ quoniam multiplicat flegma: ⁊ tollit acuitatem colere: sed infundere debet articulos dolentes cum aqua frigida in balneo ante ingressioneȝ eius in medio camere ei⁹: ē in igressu eius fiat effusio aque frigide super eos per vnam bonam boram ⁊ bibat post exitum balnei aquaȝ ordei: ⁊ comedat de cibarijs supradictis: sed in medio cibo suo bibat de aqua frigida illinitio fiat cum solatro portulaca iusquiami sutaran. lilio semperuiua ⁊ ruffina vel tusula sed teratur far ordei cum aliquo succo predicto: ꝙ si coactus fuerit ex vebementi dolore vti potest narcoticis: tamen non cum longa operatione ipsorum. vnde remotis ipsis transmutare debes ad lenificatiua velociter sicut ad camomillaȝ semen lini: maluauiscū fenugrecum ⁊ similia ⁊ ad vnguentum mucillaginosum: qm̄ mitigabit nocumentum illatuȝ ab infrigidatiuis ⁊ dilatabit articulum de angustia ⁊ constrictione. ¶ Dixit sanatus patiens vti debet cautela per illinitiones stipticas positas super articulum: sed illinitio bec est magni iuuamenti. ℞. acatie ypoquistidos memithe licij: ⁊ fiat cum eis illinitio super eum in tempore sanitatis ad corroborandum locum vt non accipiat reumata celeriter si materia fuerit modica ⁊ corp⁹ purgatum: ⁊ noli timere ne conuertatur materia cuȝ aliquo nocumento. ¶ Qȝ si fuerit negocium econtrario ⁊ frigiduȝ fuerit nociuum ⁊ conuenientes fuerint positōes: laxatio fiat cum eo ꝙ educit flegma cuȝ violentia. Et noli facere quod faciunt aliquidantes in potu medicinas modice virtutis ad educenduȝ flegma: quoniam calefaciens flegma: ⁊ non educens illud auget nocumentum ei. ¶ Dixit in pluribus componitur sanguis cum flegmate: sed tunc minutio debet fieri in primo deinde laxatio. ¶ Dixit si opus fuerit laxationem sequi in dolore articulorum ⁊ podagra flegmatica cum bis pillulis fiat laxatio: quare. ℞. aloe. ℥. i. euforbij. ʒ. ʒ. nitri. ʒ. ʒ. terantur ⁊ distemperentur cum succo cauliū ⁊ fiant inde pillule: quoniam be pillule purgant flegma grossum ⁊ nigraȝ date in potu pluries paulatim: ⁊ deponent radicem morbi omnino: sed post eas sumende sunt in potu medicine calefactiue ⁊ attenuatie: qm̄ magni iuuamti sūt i bis sȝ vebemētis nocumenti sunt in corporibus calidis ⁊ siccis. ¶ Dixit non vidi in bis vtilius medicamine cbeiri citrini cum idem nō desiccet corpus: nec calefaciat ad modum aliorum. Sed dari debet in mense octauo in potu quolibet die in quātitate cerat. vi. cum aqua calida mane successiue per. l. dies nulla facta comestiōe post illud vsqȝ ad meridiem: deinde dimittatur potus eius per. xv. dies deinde potus fiat similiter per. l. dies successiue ⁊ dimittatur similiter postea per. xv. dies sed transactis diebus ducentis potus eius fiat in vno die ⁊ dimittatur per duos dies sequētes ita ꝙ per. ccc. dies fiat potus eius: euitatis coitu ipetu vino calido vetusto multa dulcedine: ⁊ oleribus grossis: tn̄ in quātitate potus eius addendum est ⁊ minuendū ad moduȝ etatis ⁊ complexionis vnde sanato dolore vti debet patiens laxatione cauendo repletionem ne subuertaṫ dolor. Dixit si non poterit illud bibere per annum vnum bibat per dimidiū annū a medio autūni vsqȝ ad mediū veris. ¶ Dixit bec sunt epitbimata ad mitigāduȝ dolorem conferentia. ℞. origanū mentastruȝ: ⁊ coquēdo ea in aceto dū liqfiant cuȝ eis fiat epitbima super locū pluries: quoniam mirabile erit in podagra calida. ¶ Dixit ego vidi dolores frigidos mitigari velociter cum ceroto confecto cū euforbio ⁊ nitro eo ꝙ attrabit ⁊ dispergit dolores vebemētes. Et vidi ipsos mitigari cuȝ emplastris sinapis ⁊ ficus mirabiliter posito frequenter super locū dum rubefiet: sed balneum aque dulcis bis est malum: ⁊ laborantibus ea de colera bonum est: quoniam contemperat coleram rubeam. Dixit melius erit: quando ex eo fiunt ampulle ⁊ emanāt ad modum aque: tamen boc faciunt emplastra rubificatiua. in quibus ponitur sinapis ⁊ cantarides. Dixit ⁊ alia similiter si in emplastro ponuntur: dixit ego non laudo banc curam: quoniam mitigat ⁊ dissoluendo partem subtilem parteȝ residuā reddit solidiorem ad modū lapidis non sicut faciunt calida ⁊ leuia que maturāt ⁊ digerunt. Dixit q in cura podagre bis solis vtitur absqȝ alijs lenibus positis cū eis que lenifaciūt podagram reddent in fine vite ipsius ad formam penatorū: ꝙ si ex violentia doloris omnino cura fit cum eis ⁊ alijs similibus compone ea cum lenificatiuis ad conuertendum articulos ad naturam ipsorum. ¶ Dixit poni possunt loco medicinarum rubificatiuarum vt non inferant malum vestigium emplastra confecta cum oleo vetusto euforbio armoniaco bdellio galbano castoreo nitro ⁊ adipe anatino. ⁊ summarie cū rebus calefactis. ¶ Dixit bec cura est ad flegma grossuȝ in quo color articulorum erit vt color terrestris quod est solidum ⁊ potens. ¶ Sed ad apostema molle quod concauuȝ reddit digitus valet adbesio facta cuȝ aloe calefactio facta cum sale ⁊ balneum calefactiuum ⁊ desiccatiuum cōfert valde prius secutis calefactionibus cum nitro trito sale ⁊ alijs medicinis que attrabunt bumiditates de poris.

D ¶ Dico fex aceti adeps vetustus ⁊ calx viua posita in emplastro conferunt apostemati moli ⁊ magni iuuamenti erunt si fuerit super genu. Et granatum accidum coctum dum liquefiet emplastrum factum super illud ad modum vnguenti valde confert etiam rutba mixta cum succo lactuce.

A ¶ Dico dixit Hypp. in. c. cuius parafus est in laborante defessiōe in febre in altera parte exitura egreditur in parte maxillarum: cuius dictum sequitur ꝙ fatigium excitat dolorem articulorum. ¶ Dixit si articulus dolet ex superabundantia sanguinis minutio fiat: deinde regendus est patiens cuȝ eis que non multiplicant sanguinem: ⁊ multiplicant cuȝ carnes dulcia vinum ⁊ paucum exercitium: ꝙ si possunt bec omnia euitari omnino bonum erit sin auteȝ ad minus cauenda sunt in vere ⁊ estate cum sit vtilius ne descendant reumata sanguinolenta in articulis ipsorum. ¶ Dixit confert reumatib⁹ flegmaticis si sudoreȝ operamur in balneo tempore quietis ⁊ vnguntur articuli cuȝ nitro sale ⁊ rebus calidis violentis. ¶ Dixit bermodactili quidam dicunt ꝙ mitigant ipsorum dolorem statim educendo de ventre bumorem aqueum tamen nociui sunt stomaco. Et iam extimant quidā ꝙ sint violente frigiditatis valde. Ideo componunt cum eis ȝinȝiber piper ⁊ ciminum: vnde si sic esset non educerent flegma frigidi tamen sunt verūtamen sumēs ipsos in potu non appetet in ipso die cibuȝ sed compositio cimini ⁊ ȝinȝiberis bona est quoniam sustinent stomacum remouēdo ipm̄ de corruptione bermodac. vnde melius bis omnibus est aloe mixtū cuȝ eis quoniam subuenit eis. Qȝ si volueris cum eis laxare cōpone cum eis aloe ⁊ scamoneam: quoniā conferunt sin autē compone cum eis ciminum ⁊ ȝinȝiber.

C ¶ Dixit tere alleum bene ad emplastrandum cum eo podagram si fuerit ex bumore grosso dum fient ampulle: deinde dissolue emplastrum lauando locum cum sale ⁊ aqua: quoniam bonum erit: si babet res naturales in proprietatibus.

A ¶ Dico ego video ꝙ natura medicinarum probibitiuarum ad descendendū reumata ad articulos est frigida ⁊ sicca ad infrigidandū coniunctionem membroruȝ fortium ⁊ ea affligendum vt probibeant ne expulsio superfluitatis fiat ab eis ¶ Dico prout vidi boc est emplastrū. ℞. radicis granati siluestris. p. i. bermodactilorū. p. ij. corticuȝ radicū mandragore. p. ʒ. opij. p. quart. ceruse plumbi. p. ʒ. congregentur terantur ⁊ distemperentur ⁊ fiant pastilli ad moduȝ auellane ⁊ cū opus fuerit dissoluantur ⁊ cum eis fiat illinitio mirabilis ad mitigandum dolorē: tamen addatur galle. p. quart. i. ¶ Sarac dixit quem penatum reddit ventositas ⁊ surgere nō potest induat pelleȝ ouis bora sue excoriationis inuoluendo se cum ea ⁊ cum alia pluries qm̄ conferent.

C ¶ Dixit podagra accidit derelinquenti potum laxatiuorum ac cibaria facientia ad boc. Dixit in die excitatur podagra. Dixit laxetur laborās podagra cum mirabolanis ꝯditis cū aq̄ mirabolanoꝝ: aut cū turbitb cocto cū lacte vaccino.

A ¶ Dixit. ℞. succi portulace trite ⁊ oppresse. ℥. ij. ⁊ miscēdo cū
D eo quartā partē ipsius olei amigd. da in potu per bebdomadas sanabitur passio doloris articuloꝝ oio. ¶ Dixit ad vētositatem in genu dorso ⁊ articulis. ℞. bermodactilorum. ʒ. v. maiorane sicce. ʒ. x. ȝuccari. ʒ. x. terantur ⁊ fiat inde puluis ⁊ sumatur in puluere in quantitate. ʒ. iij. super ieiunum stomachum ⁊ vltimum vtilitatis erit vt diximus. ¶ Dico bec ℞. bermodactilorum satyrion: tassi barbati: ameos anisi: cimini. añ. p. i. teranṫ ⁊ in puluere sumanṫ.

B ¶ Absqȝ auctor ꝯfert dolori sciatice fricatio fcā cū collo. re
D cēti: ꝯburaṫ pāis porcin⁹ ⁊ cū cinē ipi⁹ fiat ēplȝ cū aceto: aut deṫ i potu cū aq̄ mellis: aut vnctio fiat cū olo costi. qm̄ bonū ē ad dolorē genuū ɔ fritate ⁊ flate semicrudo. ¶ Hoc ē medicamē mirabile. Fiat illinitio cū stercore vaccio cū aceto: qm̄ bȝ virtutē mirabilē ad attrabēdū qδ fuerit in articulis

genuū. ¶ Etiā ꝯfert dolori genuuꝫ de fritate ⁊ flāte acuto medicamē ꝯfectū taliter. ℞. bdelly. ℥. i. opoponaci ⁊ adipis liquefacti. añ. par. i. cōgregenť ⁊ ponanť super euꝫ ⁊ teratur epithimus cuꝫ aceto ⁊ ponatur sup̱ euꝫ: ac clystere fiat lene fortis calefactiōis ad modū clysteris sciatice: q̄m ꝯfert eis.

A ¶ Etiaꝫ epithima fiat hoc super omnes articulos dolētes: videlicet cū decoctione maiorane aneti foliorū lauri: ruthe origani ⁊ cimini. ¶ Dico opportunū ē quod attrahit ⁊ dissoluit cū violentia ad moduꝫ emplastrorū anche.

C ¶ Hec est illinitio bona podagre. Recipe sigie opiȷ. añ. par.
D i. ⁊ cuꝫ eis fiat illinitio. Fricentur sandali cum aceto vini potentis. ¶ Etiam conferunt dolori genuum folia populi trita posita in emplastro: aut. Recipe coronam regiam camomillā calamentū abrotanū ⁊ mentastꝝ: ⁊ coquēdo ea: cum decoctione ipsorum fac epithima: ⁊ empl'm fiat cum fabis.

A ¶ Dico ꝙ trifera danda est quolibet die semel laboranti dolore articulorum. Sed Recipe mirabolanorum citrinorum ʒ. x. hermodactil'. satirion. añ. ʒ. iiȷ. seminis apiȷ anisi. añ. ʒ. iȷ. terantur ⁊ distemperentur cum melle: ⁊ quolibet die sumendum est de eis. ¶ He pillule conferunt dolori dorsi genuū tybiarum articulorum ⁊ podagre cū frigiditate. Recipe hermadactilorum satirion tassi barbati pulpe colloquintide: turbith: scamonee. zinziberis pipis longi: asse fetide. bdelliȷ. añ. partem conuenientem terantur ⁊ de eis fiant pillule.

B ¶ Symon dixit. in sciatica ventosa poni debet super locum dolentem si est amplificatio huius vene: ac eius repletio de sanguie colerico si sanguis corporis fuerit colericus aut de flegmate. Dixit nisi mitigatur dolor vratur locus cum cauterio: sed fiat vna vstio super locum anche vbi sentitur dolor: ⁊ in tybia alia vstio fiat vbi in ea erit dolor in latere sinistro ac alia vstio tenuis ⁊ frigida in capite digiti parui: quoniam sanabitur quod nisi mitigabitur suspende eaꝫ cū musculo ferri ⁊ incide cum prius scindendo carnem super eam ⁊ fiat vstio cum cauterio super eum duꝫ incidatur pars maior ipsius: quoniam exinde deficiet dolor ipsius: sed facta vstione noli eam consolidare: sed pone super eam medicinas vlcerationis vt ibi remaneant vestigia vstionis spatio longi temporis.

E ¶ Dixit ad ventositates ipedientes dorsum ⁊ articulos cor-
A poris humani sedeat patiens in fouea calefacta. ad sudan-
C dum in ea ⁊ sanabitur. ¶ De sumis dixit. dolor articuloruꝫ aut fit ex sanguine calefacto aut a colera aut ex flegmate calefacto ⁊ subtiliato aut ex colera nigra calefacta. ¶ Dixit. i mulierib' in infantibus neqꝫ in eunuchis nō fit dolor articulorum: tamen in mulieribus nō fit ex frigida complexione ⁊ mundificatione menstruorum ipsarum. Et in infantib' non fit eo ꝙ dissolutio in eis fit abundanter: ⁊ inde dissoluūtur caliditates. Et nō fit i eunuchis ex frigiditate complexionis ipsorum nec calefiet ipsoruꝫ sanguis nec valet: nec i eis generatur nigrum. ¶ Qꝛ si podagra excitatur in estate aut in vere bonū finem sequetur ⁊ econtrario. ¶ Dixit. da i potu in calidis decoctionem mirab. cum medulla cassiefistule post minutionem: deinde de aqua casei: sed in frigidis confectionem costeg. hermodactiloruꝫ ⁊ sitarig: deinde clysteria calida ⁊ emplastra freqnētia calida. ¶ Dixit minuenda est vena que est inter digitum primum ⁊ secundum: deinde da in potu de aqua in qua infunditur de oleo pentadactilino: deinde operare aquam ⁊ balnea ⁊ dissoluentia: ꝙ si mitigatur postea vomitus fiat. ¶ Dico ego video ꝙ minutio confert: vndecunqꝫ quando ipsa vena est repleta diminuetur cuiuslibet humoris.

E ¶ Ad dolorem dorsi fiat vnctio cum oleo costi amari cuꝫ sigia liquida super eam posita carta inseparabiliter per dies detur in potu aqua cicerum nigrorum fiat clystere cuꝫ oleo pentadactilino cum aqua ciceris imperatoris fenugreco ⁊ oleo liliorū ⁊ detur in potu. ʒ. i. serapini cum seie apiȷ: aut detur pillule sitarig. aut detur in potu squamma cuꝫ lacte vaccino acido ex butyrato.

C ¶ Bimaf. melius in medicaminibus est electuariuꝫ mirinis
B ad podagram: ⁊ similiter ad dolorem anche. Dixit qui frequenter coytitur sanabitur perfecte.

A ¶ Bimaf. dixit. fiunt dolores articuloruꝫ aut ex sanguine calido aut ex flegmate. ¶ Sed incipiendum est in cura arthetice sanguinis in primo cum minutione: deinde cum laxatione ⁊ eo quod conuenit: deinde postea da in potu de aq̄ olerum ⁊ eo quod extinguit acuitatem sanguinis. ¶ Dico da aquam in qua infunduntur tamarindi in potu: sed quotiens constipatur natura. dissolue in aqua olerum cassiefistule medullam ⁊ eam da in potu ⁊ semper natura eius soluatur datis eis oleribus in cibo ⁊ galligellis. ¶ Sed ex flegmate accidit laborantibus humiditate ⁊ senescentibus sanguine eorum sistente in colore corporis: vnde laxatio fiat cum pillulis fetidis ⁊ sitarig: ⁊ vtendum est vomitu balneo: ⁊ vnctiōe cuꝫ oleis calidis: ⁊ bulliant folia melamane ⁊ sedeant in decoctione ipsorum.

C ¶ Dico excitatus est in quodam vicino meo cuius complexio erat colerica dolor podagre in pede ac facta minutione in vna manu mitigatus est dolor ipsius pedis: ⁊ excitatus ē in pede alio: ⁊ sic post quatriduum facta minutione de manu altera mitigata est eius pars maior doloris tamē per biduum conualuit perfecte ⁊ lentes cum aceto valent ad hoc eo ꝙ ingrossant sanguinem valde: sed cōuenit eis cibus factus cū lentibus cū aceto coctis cū particulis cucurbite.

A ¶ De capitulo de questionibus epidimie dixit. considerare debes in quantitate superabūdantie materie in dolore articulorum: quoniam si fuerit superabundans noli procedere ad infrigidandum locum cum emplastris absqꝫ euacuatione prius facta: sin autēꝫ excitabitur materia excitādo dolorem vehementem. ¶ Dico habetur significatio hec: ꝙ si cognoscis ꝙ apostema sit calidum ⁊ posito emplastro frigido augetur dolor noscas ꝙ additur extensio ⁊ euacuatio fiat pluries. ¶ Dixit si fuerit dolor male qualitatis in caliditate materia non erit superabundās: ⁊ infrigidandum ē absqꝫ dubietate: ⁊ sub breuiloquio cautela debet adhiberi i infrigidatiōe mēbri in morbo dolēti accidenti ex sup̱abundātibus humoribus vel ex grossis humoribus: quoniam ifrigidatio condensat superficiem membri: vnde auget in extensione ipsius prohibēdo dissolutionē ⁊ auget dolorē. ¶ Dico ideo curatio debet fieri cum pannis infusis positis super membris.

C ¶ Dixit combustio in sole in doloribus podagre si agens ipsum fuerit materia subtilis calida opportuna erit infrigidatio ipsius membri.

A ¶ Dico fit in articulis inflatio vehemens absqꝫ apostemate sed in hoc non erit opportuna euacuatio cum extenuatiuis cura fiat ꝙ si ingrossatur negocium colera rubea laxetur.

¶ Paulus hec est recepta medicaminis cuꝫ pede corui qđ cōficitur. ʒ. iȷ. dosis cerat. xviȷ. sed in quo fuerit natura sicca cerat. xxiȷ. ⁊ assellabit quater: sed balneari debꝫ postea: ⁊ cibari de ouis cum pane: quoniā efficaciter faciet. ¶ Dya. hec est descriptio medicaminis chiri citrini q̄liter fit ⁊ qualiter sumendū est. Dixit basad. hec debet intelligi de flore chiri ruffi: quoniam appellatur basad. ℞. reub. seni peonie myrrhe: spice. añ. ℥. iȷ. foliȷ indi. ℥. i. gariofilorum grana. xv. kiri floris ruffi ꝙ appellať basad. ℥.). vtriusqꝫ aristologie. añ. ℥. viȷ. dosis cerat. vi. quolibet die postq̄ cibarium digeritur bene sed incipiendum est in potu ipsius de equali tempore autūnali vsqꝫ ad. l. dies: deinde per. xv. dies sequētes nullus fiat potus de eo talis conditio debet sequi in eo semper duꝫ cōpleat annum. ccc. lxv. dierum: sed non debet fieri sumptio ipsius in oibus diebus cānicularibus euitatis carnibus grossis ⁊ salitis piscibus salitis elmori: blitis: pastinacis mentha cucumeribus melonibus: ⁊ sīmarie cibis generantibus humorem aqueum aut grossum etiam vino ⁊ proprie nigro cū superabundantia ad minus patiens balneari debet quolibet die exercitio vti: motu: equitatione: euitare vinum: ac si natura ipsius fuerit sicca si regitur hoc regimine ⁊ cautela non nocebit ei.

B ¶ Dixit Paulus illinitio stercoris caprini cuꝫ aceto forti super ancham sciatice facit sicut sinapis sed erit melior.

A ¶ Oribasius quibuscunqꝫ fiunt dolores articulorum cū caliditate: laxatio fiat in vere ad coleram: sed si sine caliditate chimi grossi: ⁊ semicrudi laxandi sunt.

C ¶ Oribasius dixit. ego operor emplastra rubificatiua super podagram si ibi non sit petrificatio.

A ¶ Dixit. ℞. oleum vetustum ⁊ coquendo illud dum ingrossetur misce cum eo nitrum ⁊ superpone articulis.

B ¶ Dico penes dissolutionem hec est vnctio violenta ad sciaticam. ℞. euforbiȷ. ℥. i. pipis. ℥. vi. nitri. ℥. v. maiorane. ℥. iȷ. piretri. ℥. iiiȷ. condisiȷ. ℥. iiiȷ. congregentur cū cera ⁊ oleo vetusto: ⁊ cum eo fiat emplastrum aut vnctio dum ampullas fecerit: tamen addendum est in eo de tapsia stafisagria: quoniaꝫ

attrahunt de fundo articulorum celeriter: dixit he sunt medicine alterantes complexionem.

A B C ¶ Dixit Oribasius hoc est medicamen bonũ podagre et sciatice et sũmatiꝫ doloribus articulorum si datur in potu freqũter per vnũ annũ attenuabit omnes sensus moderate et educit superfluitates omnes per vrinam. ℞. camedreos: camepitheos. añ. par. ix. centauree. viij. aristologie. vij. gẽtiane nõ pforate. vi. yperici. v. apij montani. iij. fu. i. myrrhe. i. reu. seni. ij. agarici. i. mellis. xviij. congregentur post cribellationẽ cũ cindeto cum melle et inde fiant trocisci: trociscus quilibet in ʒ. ij. detur in potu in hora tertia diei post egestũ absqʒ defectu digestionis trociscus. i. cũ. ℥ iij. aque calide secutis motu et equitatione: sed potus eius incipere debet de hyeme. Ita ꝙ patiens non comedat post potum ipsius vsqʒ ad tres horas neqʒ ipsum bibat cũ correctione digestiõis neqʒ in diebus canicularibus: sed complebitur terminus eius potus ꝑ ccclxv. dies secuto nutrimento valde tenui.

A ¶ Dixit Oribasius ego video ꝙ laborantes dolore artheti co comedant caules qui habent proprietatem in cõtrarietate huius morbi. Dixit et bibat patiens post cibũ cum modica lymphatiõe. ¶ Dico ego video ꝙ caules lentes et acetositas citrorum ac omnes medicine contrarie ebrietati et ĩgrossantes sanguinem vtiles sunt in doloribus articuloruꝫ: quoniã prohibent catarros et non expellunt humorẽ. ¶ Dixit hoc est emplastrum ad dissoluendum apostema solidum quod restat in articulis radix kiri trita cum aceto in emplastrum valet ad apostema durum articulorum et tollit illud. ¶ Dixit cinis cauliũ cum adipe vetusto illud tollit. ¶ Hoc est medicamen conferens huic morbo etiã quãdo antiquatur. ℞. camedreos rotul. i. gentiane. ix. aristologie rotũ. ℥. ix. seminis ruthe rotul. i. ʒ. terantur et cribellẽtur dosis post bonam digestionem ieiuno stomaco auṙ. ponđ. ij. cũ. ℥. iij aque frigide: sed illud medicamen cõponitur de. iiij. medicinis: tñ istud aliud cõponitur de. ix. Recipe yperici. ℥. i. centauree. ℥. iij. camedreos. ℥. iij. camepitheos. ℥. iij. gentiane. ℥. v. aristol. ro. ℥. i. agarici. ℥. iij. apij montani. ℥. i. mellis boni rot. v. ʒ. terãtur omnes: et cum eo distemperentur: dosis aurum pondus i. cum. ℥. iij. aque.

C ¶ Dixit prohibet ꝙ non accidat podagra si teratur sal cum oleo et cum eis fit vnctio mane et sero toto tempore vite sue: nisi in eo fuerit mala complexio frigida. Sed similiter operari debemus tempore declinationis et minutionis morbi.

¶ De tyriaca ad cesarem dixit medicine que dantur in potu ad podagram esse debent prohibitiue ad podagrã ꝙ nõ descendat superfluitas ad pedes non ad euacuandum mãꝫ morbi. Ideo non debemus operari istud: quoniã forte reddit materiã in aliquo membro nobili: plures vidi: bibentes de eo in quorꝫ pulmone epate et corde inducta fuerat superfluitas et mortui sũt: oꝫ ergo ꝙ frequẽter operemur tyriacã qm̃ radicitus educit mãꝫ ipsius cuꝫ dissolutiõe de corpore.

E ¶ Theodosius dixit. dolor dorsi est de genere dolorꝫ articuloruꝫ: quoniã ex ipsa materia fit: vnde procede firmiter cum emplastris et oleis calefactiuis sicut oleo ruthe oleo costi et euforbij: et sicut cuꝫ ẽplastro confecto cũ castoreo et gũmis etiã cuꝫ clysteribus calidis et laxatione cuꝫ eo quod educit flegma et attenuetur regimen: quoniaꝫ in maiori parte fit ex humoribus semicrudis: sed quãdoqʒ fit ex caliditate: vnde confert ei emplastrũ genu cuꝫ hoc regimine.

C ¶ Filogorius in ep̃la sua de podagra dixit quedam species podagre fit ex siccitate nerui cuꝫ humiditate modica mala tenui et punctiua. Dixit sanatio huius speciei fit per balneuꝫ frequens. ¶ Dixit tollunt apostemata peduꝫ calida oleum cum sale et fricatione.

B ¶ Itẽ in epistola sua de sciatica dixit difficilis erit cura eius si accidet in hyeme aut in corporibus complexionis humide ẽt in ancha sinistra. ¶ Dixit non debet emplastrari cum emplastris calidis ante euacuationẽ corporis: sin autem attrahet ad se vltra ꝙꝫ emittere poterit de ea. ¶ Dixit minutio debet fieri opposita ac vtendum est vomitu: deinde supponẽda sunt emplastra calida: et vstio fit prout dicturus suꝫ ac clystere fiat quod emittit flegma sicut cuꝫ centaurea colloquinti. et cucumere asinino: sed educto flegmate per clystere: clystere aliud fiat lene ad mitigandum punctionem alterius: ꝙ nisi mitigatur dolor procede cũ emplastris et vnctione si incipere debes cum hoc coque tapsia in aqua duꝫ concipiat aqua virtutem ipsius et ingrossetur: deinde infunde lanam in aqua ipsa et superpone anche dum fuerit calida dimittendo eam ibi morari per horam in quantum infrigidatur hoc iterando dum locus rubefiet: deinde superpone picem particule pergameni ad modum anche factam: et calefaciendo eam super ignem superpone anche: sed dimittenda est per. v. dies aut per hebdomadã: quoniaꝫ sanabit eaꝫ: ꝙ nisi eam sanauerit superpone sinapem dum ampullas faciet et sanabit eam. ¶ Sed vstio debet fieri taliter giret̃ ancha cum pasta. et repleatur sale trito: deinde ponatur super eum oleum calidum: et quãdo erit intolerabile ei remoueat̃ et fricetur cum ipso sale bene. ¶ Dico ꝙ vnguentum nigrũ quod vlcerat est vtilius alijs ibi: vnde inter alia predicta ꝑcede cũ eo in cura et non erit medicamen aliud opportunuꝫ omnino: quoniam sufficiens est in cura absqʒ vstione et similibus faciendo ampullas fieri in ipso loco statim: sed perforande sunt ampulle et superspargendũ est eis desiccatiuum ꝙ nisi conualuerit iterato fiat quoniã sanabit eaꝫ. ¶ Dixit Filogorius iuro per deuꝫ ꝙ nullus curatus fuit cũ isto medicamine qui non sanaret̃: sed cõfert yera ruffina ei. ¶ Elkidi dixit hermodactili mitigant dolorem temporibus interpolatis non in tempore custodie: quoniam proprietas eorũ habet prohibere reumata et non debẽt prohiberi reumata ante hoc: quoniam malum est.

E D ¶ Costa in libro eius de alteratione humoris: dixit ego composui succi cucumeris asinini. p. ij. olei vetusti par. i. et coquẽdo ea dum solum oleum remansit vnxi spinale cuiusdam in quo erat ventositas antiqua et inflatum est: deinde conualuit omnino que vnctio mirabilis est omnibus genib⁹ et cuilibet loco qui indiget calefactione: dico fac fieri loco eius decoctionem colloquinti.

C ¶ Ad podagram de libro cõpillato per monachum. ℞. hermodactilorum. xxx. pulpe colloquinti. x. coquantur cum. xv. rot. aque dum remaneant rot. iij. sed detur quolꝫ die de eis rot. i. cum. ℥. iij. zuccari et mirabile erit.

B ¶ De cõplemento dixit. si in sciatica accidit inflatio cũ caliditate cum repletione venarũ minutio fiat: sin autẽ non: sed cura fiat cum laxatione et vomitu: quoniam ex ipsius nutrimentis multiplicantur superfluitates nõ alterate ad sanguineꝫ: vnde fiet materia quam expellunt membra.

A ¶ Hec decoctio mirabolanorum est conferens dolori articulorꝫ flegmatico et sanguineo grosso. De elmongib. ℞. mirabolanorꝫ citrinorum auṙ. pondus. xv. fumiterre. x. seminis apij: seminis feniculorum anisi masticis gariofilorum rubeetin. hermodactilorũ: satyrion. añ. auṙ. ponđ. i. coquantur i. vi. rot. aque dum remanebit rot. i. coletur: deinde. ℞. ipsius. ℥. iiij. turbith. ʒ. i. yere. ʒ. ʒ. et misceantur. ¶ De libro ruffi: ad dolorem dixit. laborantes dolore articulorꝫ si fatigium sequũtur vehemens inde extendentur membra ipsorum valde et inducentur ad podagram: vnde vti debent exercitio moderato. ¶ Dico ego vidi in laborãtibus arthetica excitari podagram: quando fatigium sequebantur vehemens: sed hoc fit quãdo emanat ad eos aliqua superfluitas si corpus fuerit repletum cum articuli sustineant laborem magnũ in motu licet non sit res eis vtilior motu. vnde debent gradati eo vti paulatim: quoniam nemo subiacere debet oneri subito quod inconsuetum erat ei tamen vti debet eo gradatiꝫ paulatim: quoniaꝫ ipsum onus in vsu inductuꝫ sustinebitur licet fuerit vehemens: et tolletur dolor omnino. ¶ Dixit cuꝫ cautela debent vti coitu et balneo tamẽ balneo naturali debẽt vti saluo in tẽpore calido et si dolor artheticus fuerit acut⁹ tunc balneari cum aqua dulci. Dixit confert eis balneũ siccũ ac sepelitio facta in harena et valde cõmendauit balneũ siccũ. ¶ Dixit euitare debent nutrimenta humida velocis corruptionis. Dixit carnes omnes nociue sũt eis cũ sint humide nutrimenti abundantis: vnde in minori quãtitate eis vtendum est: sed sicciorbus ipsarum vtantur: quoniam ex nutrimentis multiplicãtur superfluitates nõ mutate ad sanguinẽ: vnde fiant ad mãꝫ quaꝫ expellunt mẽbra. ¶ Dixit si in articulis fuerit apostema calidũ patiens euitare dꝫ cibũ carniuꝫ potum vini exercitiũ et balneum: sed laxandus est et nutriendus cũ oleribus: etiã purget̃ corpus ante tẽpus veris: et ante excitationem vomat anteqꝫ calefiant humores et subtilient̃ et manent ad articulos etiaꝫ hoc faciat in autũno. ¶ Dixit debent laxari de colera rubea et flegmate cum elleboro nigro aloe et polipodio: quoniam educunt flegma et coleram: sed colloquitide cõuenit eis. ¶ Dixit medicine pro-

nocantes vrinam eradicant hũc morbum: unde si eis cõsue uit vti relinquere nõ debet eas subito: sz paulatim cuz augmento in exercitio ⁊ paucitate nutrimenti ne coadunetur superfluitas: ⁊ scdz visum quo manabat ad articulos manabit ad aliquod membrum principale: quoniam quidam consueuit bibere ipsas medicinas que dum sanatus esset derelinquendo potum ipsarum subito passus est apoplexiam.

¶ Dixit minuendi sunt omnes laborantes arthetica cũ caliditate: sed cum frigiditate vrendi sunt: quoniam vstio desiccant ariculos bene. ¶ Dixit superpositio emplastrorum prohibitiuorum fieri debet loco si volueris prohibere post euacuationem. Or si fuerit in pede superponãtur tybie: ⁊ si fuerit in articulo focilis brachio superponãtur. ¶ Dixit nõ debet fatigium sequi omnino in doloribus articulorum calidis neqz illud relinqui i frigidis: sed emplastrũ sinapis post euacuationem erit mirabile: tamen non debet fieri in calis. ¶ Dico q͛ si fit illinitio galle: hermodactilorum ⁊ luti armenici: super membrum prohibet reuma omnino. ¶ Dixit nõ debent cõedere olera neqz fructus humidos nisi qñ proponũt vomere vz laborantes doloribus articulorum frigidorum.

B ¶ Binserapion: de complemẽto de mundificatiuis dixit cõfert sciatice in vltimum: si coquitur nasturtium cum colloquin. ⁊ cum eis fiat clystere vz cuz apozimate ipsorũ in quãtitate rotul. ℥. aut si coquuntur nasturtium colloquitide radix capparis centaurea: cortex colloquitide cucumeris asinini: sitarig: rubea ⁊ cum ipsorum apozimate fiat clystere ⁊ mirabile erit: sed emplastretur ancha cum substantia. Si excitatur dolor absqz apostemate cum ardore vehemẽti ⁊ caliditate relinquatur fatigium ⁊ res calefactiua. Sed procede cum infrigidatiuis glutinatiuis ⁊ mitigatiuis sicut cũ atriplice malua ⁊ similibus: quoniaz hoc accidit ex colera rubea: sed euitentur vigilia ⁊ impetus: ac totum id quod acuit complexionẽ ⁊ laxetur colera ⁊ vtẽduz est somno post cibũ laudabilem ⁊ balneo aque dul. tepide pluries in die ingrediatur aquã ⁊ aqua spargatur super eum.

C ¶ Dixit pira bona sunt podagre: sed alij fructus mali sũt ei.

A ¶ Dixit vtendũ est potu lactis ⁊ cibo casei recentis. ¶ Dico quedam species arthetice est cuius cura indiget humectatione corporis tantũ. ¶ Dixit conseruare debes sanguinem super contemperiem ipsius: q͛ si calefiet celeriter procede ad laxandum coleram rubeam cuz scamonea data ad modum fabe: cuz modico sale in vno anno. vz. bis ⁊ ter ⁊ iuxta quod opus erit procedere debes cũ hoc ante insultuz doloris: quoniam per hoc nõ excitabitur: ac si excitabitur erit debilis tamẽ hec cura est podagre accidentis cum caliditate ⁊ ardore vehementi absqz apostemate: ponantur sup pedem in dispositione doloris psilium portulaca oleũ ro. opiũ mandragora ad illiniendum cum cum eis ⁊ aceto ⁊ mirabilis cura erit. Or si fatigium sit patiens ⁊ motum velociter infrigidandi sunt pedes ⁊ est vtendum nutrimento infrigidatiuo. ¶ Dixit noli minuere si hoc nõ est de sanguie: quoniã cum sanguine erit apostema nisi motus fuerit ex repletione vnde procede ad epithimandum cum aqua dulci oleo ro. ⁊ oibus succis frigidis dum mitigabitur ardor cum acuitate. ¶ Dixit oleum camomille mitigat dolorem accidentem de fatigio in articulis: vnde vngantur cum eo articuli.

C ¶ Erat quidam amicus meus patiendo podagram calidaz in quo facta vnctione cum sandalis ⁊ similibus vehementior efficiebatur dolor inde: quoniam nocumentũ habebat propter vehementẽ stipticitatẽ ipsoruz: sed ipsius dolor mitigabatur per illinitionem factam cum radice granati siluestris opio cera oleo ro. ¶ De. 7. capitulo cathagenisij hec est vnctio ad vngenduz cum ea podagram die quolibet ad custodiendum eaz. ℞. salis cabbi: aluminis scissi fecis vini terantur cũ oleo vetusto: ⁊ misceantur cum fabis ⁊ cum eis fiat vnctio. ¶ Bynserapion dixit. generãt podagrã superabundantes satietates nauseatiue ociuz longum: coitus intensus ⁊ superabundans: remotio euacuationum: cõplexio frigida successio hereditaria balneum motus post cibum ⁊ summarie totum id quod malam digestionem facit ⁊ generat humorem crudum: etiam vinum abundans ⁊ ebrietas frequens excitat: quoniam vinum contrarium est neruis: sed podagra patrizat.

B ¶ Dixit. articuli ancharũ ⁊ pedis quando infestãtur de hoc
C morbo cum diuturnitate non conuertentur ad dispositionẽ
A naturalẽ: tamen alij articuli forte sanantur perfecte: ⁊ ppter si materia fuerit sanguinea: q͛ si sanantur anche ⁊ pedes ex modica causa in eis subuertitur morbus: sed habetur significatio super materiam de causis sequẽtibus de colore apostematis ⁊ dispositiõe eius: sed tota cura hec fit per euacuationem huius chimi.

B ¶ Sciatica si fuerit ex sanguine grosso sanabitur cum minutione vene sciatice. Dixit habetur iuuamentum per istaz venaz magis q̃z per saphenã: quoniã hec vena submersa ⁊ cõcaua est: similiter hec materia est submersa ⁊ concaua: vnde considera q͛ si sustinere potest patiens abstinentiã cibi fiat per biduũ aut ad minus p diẽ vnũ: deiñ minutio fiat in ipsa vena: quoniã magnuz erit iuuamentũ valde ⁊ mitigabit valde dolor statiz: sed post minutionez laxandus est humor cõdominans cuz eo quod educit: q͛ nisi mitigetur per hoc clystere fiat cũ granis regijs centaurea minore aristologia radice capparis vtroqz elleboro cicuta hermodactilis piretro colloquintide laureola: corina cartami ⁊ aneto: coquatur bene: deinde. ℞. decoctionis ipsorũ rotul. i. olei nardini ℥. ij. ⁊ cũ eis fac clystere tepide: q͛ si inde sequitur inflãmatio postea fiat clystere extinctiuũ ⁊ calefiat anus. vt retineat clystere per spatiuz longuz: quoniã ipsuz clystere habet educere hũiditates mucillaginosas: aut forte educet cũ eis aliquã partez sanguinis ⁊ magnuz dabit iuuamẽtuz tunc valde: sz illiniatur ancha postea cũ his vz. ℞. foliorum lauri. xx. piretri v. costi. vij. nasturtij. iiij. baurach. iiij terantur ⁊ cribellentur ⁊ liquefiat picis romane rotu. ℥. cuz. ℥. ij. olei iesimini ⁊ illinitio fiat cuz eis super anchaz ⁊ superponantur anche: aut lana munda inuoluatur in oleo ruthe ⁊ in puluere baurach piretri ⁊ in aceto ⁊ ligetur super anchaz: q͛ nisi mitigetur iterato fiat laxatio ⁊ clystere pluries adhibita quiete etiam inter ipsa: sed vomitus prouocatus in primo dat magnũ iuuamẽtuz in ipso dolore vz si fit post cibuz in prĩo: deinde per medicinas si inductus fuerit ad vsuz. ¶ Or si inducitur passio dubiũ fit ne caput rotunduz anche translocetur de loco eius ⁊ disiungatur ancha: vstio fiat in trib⁹ aut. iiij. locis nec permittantur sanari velociter cũ medicinis vt ex eis emittatur erugo superabundans attenuetur regimen: remoueatur repletio. Ebrietas intẽsa coitus motus post cibũ: ⁊ totũ id qđ generat superfluitatez semicrudaz.

A. ¶ Dixit si fuerit dolor articulorũ de sanguine incipe cũ minutione proculdubio: deinde si sanguis fuerit cuz hoc malus laxa cũ eo quod educit humorẽ condominantẽ ei: deinde fiat emplastruz cũ semperuiua quod describitur in capitulo apostematis calidi: similiter conferunt folia cauliuz elixa ⁊ trita cum vitello oui crudo: fece: aceti vini: qm̃ fex aceti hic melior est aceto. ¶ Et experti sumus ⁊ vidimus q͛ psiliuz tritũ cũ aceto ⁊ oleo ro. superpositũ ei si mutatur qñ tepefit mirabile est in mitigatione doloris: etiaz maluauiscus tritus cuz aceto superpositus ei confert. ¶ Sed si vehemẽtior efficitur dolor vtendũ est narcoticis inquantũ mitigatur dolor: sed remoueantur post mitigationez doloris: quoniaz accidit si per longaz moram ea operamur q͛ difficilis erit motus in musculo q͛ si accidit eis difficultas motus illinitionẽ fac cũ dyaquilon mixto cũ oleo camomille: quoniaz digestionem reddet ⁊ caliditatez innatam membris infrigidatis ex narcoticis.

C ¶ Sed in podagra accidenti ex colera rubea laxatio in prĩo fiet colere rubee: deinde procede ad humectandũ corpus ⁊ mitigandũ acuitatẽ ⁊ punctionẽ cuz nutrimentis humidis ⁊ frigidis ⁊ illinitionibus quibus curatur herisipilla: vñ laxatio fiat pluries: sed laxatio fiet melior cũ medicamine confecto de rosis zuccaro ⁊ scamonea quod appellatur syrup⁹ rosatus confortatiuus ⁊ dyacitoniton: sed emplastra ⁊ illinitiones esse debent infrigidatiua humectatiua etiã nutrimẽtuz ⁊ balneũ fiat cuz aqua frigida dulci: sed hoc est regimen sile cure herisipille: q͛ si cogeris vti potes narcoticis. ¶ Sz in flegmaticis euacuetur flegma pluries per vomitũ i maiori parte laxatiuũ ⁊ clysteria violenta supradicta in capitulo sciatice datis eis pillulis hermodactili sitarig ⁊ fetidis. Sz pillule nigeh sũt vtiliores alijs pluries date: ⁊ detur postea dyaorimos ⁊ procede semper cuz prouocatiuis vrine ac terendo sulfur superponendo ei ⁊ magnum iuuamẽtuz dabit. Etiã superpone farinã lolij coctam cuz vino ⁊ distemperataz cũ oleo nardino ⁊ oleo ruthe i declinatiõe ẽt camomillã cicutã coronã regiã ⁊ similia. Sed magis cõferũt podagre sciatice euforbium piretrũ ⁊ nitrum mixta cum aceto ⁊ alijs.

¶ Or si dolor nõ mitigatur per emplastra: procede cũ his epithimatibus. Coquatur acetũ forte valde cũ ysopo.i.assa origano: mentastro cicuta ⁊ folijs lauri radicibus capparis centaurea camomilla ⁊ corona regia: deinde colet ⁊ cũ apozimate fiat epithima pluries. ¶ Or si videris apa ꝯdomiari noli infestare cũ dissolutione: sed laxãdo coleram nigram humecta membrũ cum lenificatiuis: deinde dissolue tali mõ semper. ¶ Or si podagra fuerit ex diuersis humoribꝰ significationes nõ erunt singulares: sed maxime vnde fac de regimine eius tũc ⁊ medicinis iuxta cõiecturationẽ tuã. Et sũmarie in quo fuerit podagra de flegmate firmiter procedere debes in regimine eius cum eo quod attenuat ⁊ dissoluit cum violentia. ¶ De custodia. Cautus esse debes ꝙ repletio nõ sit de corpore euacuãdo humores ex quibus excitat passio ⁊ proprie in tẽpore iterpollato. Coitus etiam nõ nocet illius in quibus accidit hec passio ex repletione: sed illis quibus accidit ex chuno calido: aut humore crudo ⁊ melancolico. Etiam exercitiũ nõ nocet illis in qbus accidit ex flegmate ⁊ sanguine nõ acuto. ¶ Or siquis patitur dolorez ex materijs sanguineis stude ꝙ nulla fiat repletio in illo: ⁊ si fit minutio fiat. ¶ Sed si quis illũ patitur ex humore flegmatico superabundans fiat exercitium attenuet eius regimen cũ calefactione nutrimentis attenuatiuis frequẽti prouocatione vrine ⁊ vomitu. ¶ Tamẽ si fuerit ex melia: vtendum est humectatione ⁊ lenificatione ne coaduneẽ in suo corpore talis humor: vnde q vtitur epithimate cũ aqua sal. super ipsa mẽbra frequẽter ea custodit: ⁊ silr si pes emplastret cũ sale trito cum oleo. ¶ Dixit. coitus in oibus cõplexionibus i qbus accidit podagra est malus valde: qm̃ incitat corpus infrigidãdo illud ⁊ replendo mẽbra debilia ⁊ desiccãdo residua tñ in illis in quibus ipsa accidit ex repletiõe nõ nocet sed maioris nocumenti erit illis in quibus accidit podagra nouiter. ¶ Dico ꝙ faciunt ad podagram cum proprietate satyrion: hermodat. tussis barbatus pes corui pascua colũbarum centaurea colloquintide.

E ¶ De antidotario hobes ad dolorẽ dorsi inseparabilem in senibus ⁊ humidis. ℞. armoniacũ: serapinũ opoponacũ: sarcocollam ⁊ dissoluẽdo ea in oleo nucũ aut oleo ruthe cũ eis fac clystere plures: sed conferunt ei clysteria calefactiua.

D ¶ Hoc est oleum ad dissoluẽdum humores obtentos in genibus. Coquatur colloquinti. cum aqua dũ concipiat virtutem eius: ⁊ cũ tantũdez olei coquatur ipsius apozima. Dixit. corroboratur cũ castoreo sigia euforbio ⁊ oleo sigie.

A ¶ De questionibus afforismorũ dixit. accidit in disposi tione siccitatis aeris morbus accidens ex acuitate humorum sicut est dolor articulorum. ¶ Dico fit quedam spẽs arthetice ex causa acuitatis sanguinis: tñ non ex abundantia eiꝰ: sed hoc fit eo ꝙ membra principalia expellunt quod peius est in eis de se. tñ signũ habetur ꝙ hec species sequitur corpora colerica semper in ipsis dispositionibus in quibus corpora reguntur cuz eo quod generat colerã ru. vtendo labore ⁊ modico nutrimento aut superabundanti coitu ⁊ similibus. vnde minutio debet fieri in his cuz correctione humorum ⁊ nutrimentis humectatiuis ⁊ balneo: quoniam cũ his erit sanatio ipsorum. hi ergo contrarij sunt illis quibus fiũt dolores arthetici ex quantitate humorum tamẽ dolor in illis fit ex extẽsione: sed in his ex malitia humorꝝ: vnde nõ est mirꝝ: quoniã in his est apostema minus: sed in illis maius fit etiã hic dolor ex cõgregatione vtriusq3 cause: sed in alijs sequitur in pmo fieri euacuatio cum correctiõe postea. ¶ Dixit de questionibus qñ fit plus dolor artheticus. Respondẽdo dixit in dispositione aeris sicci ⁊ calidi.

C ¶ Dico hec est illinitio mirabilis ad podagram calidaz. ℞. corticũ radicũ mãdragore radicis granati agrestis luti armenici opij: scief memite: sandali citrini: auellane inde: camphore: partẽ conuenientez teratur cum aqua solatri aut lactuce ⁊ cuz eis fiat linitio aut cũ aqua ro. ⁊ super ponatur ei pannus humidus ⁊ frigidus semper. ¶ De. 6. c. afforismorꝝ. dixit. dolor podagricus fit ex superfluitate manante ad pedes de articulis extensione ligamentorum que in ipsis sunt ac ipsa sudãte: simlr in carnibus apostematizantur tñ nerui ⁊ chorde in hac passione salubres de apostemate: sed habetur significatio super hoc ꝙ nũꝙ viderat aliqbus ex podagra fieri spasmũ sed dolorem cũ extensione tantuz.

B ¶ De summa dicit. G. in meamyr. ꝙ debes incipere in dolore anche si fuerit ex sanguine cũ minutione facta in basilica ⁊ diminutione nutrimenti dum noueris sanguinez fuisse diminutuz in corpore: sed hoc fit in. x. diebus. tñ non debet curari hec species cuz medicinis superpositis anche: sed si fuerit ex flegmate vomitus fiat in primo post cibuz: deinde absq3 cibo ⁊ laxatio fiat inter tẽpora vomitus superpositis anche medicinis mitigantibus dolorez calidũ vz aneto camomilla corona regia farina ordei. ⁊ similibus: sed i his nõ debet fieri transgressus: sed clysteria debent fieri leuia. ¶ Or si passio antiquatur ⁊ includitur tunc debent fieri clysteria educentia flegma. tamẽ anteꝙ̃ passio diuturna fiat ⁊ in tempore in quo in corpore erit repletio ⁊ ante euacuationẽ corporis factã per vomitũ noli procedere cum dissolutiuis. vz. cum illinitione sinapis ⁊ ampullas facientibus. ¶ Dico ꝙ melior res quã deus creauit in remedio in ipso tẽpore subueniens loco vstionis est illinitio facta cum melle anacardino super anchã duz inde fient ampulle: tamen perforari debent ⁊ prohiberi a consolidatione: vt ex eis fluat aquositas dum mitigabit dolor affligens in ancha sed hoc vicẽ vstionis gerit: vnde illinitio fiat super cartam pergameni de melle anacardino ⁊ superponatur loco spatio. ij. horarꝝ: dum fecerit ampullas: ꝙ nisi ex sola illinitione superposita condominentur ampulle iterato fiat.

C ¶ Hec est illinitio ad finẽ podagre calide composita prout in libro tyriace est ad cesarem: sed cõuenit apost. mati flegmatico. ℞. cere albe olei ro. añ. par. i. ⁊ liqfaciẽdo ea cũ adipe anatis. cola insimul ⁊ cum eis fac illinitionem: quoniam dissoluit ⁊ expandit. ¶ Alia illinitio maioris dissolutionis ⁊ caliditatis. Coquatur anetuz ⁊ camomilla i oleo sisami: deinde in ipso oleo liquefiãt cera citrina ⁊ adeps anatis.

B ¶ De antidotario magno sabur ad sciaticam. ℞. pulpe colloquitide ⁊ baurach: ⁊ cõgregando ea cũ bdellio fac de eis scief longa: ⁊ supponantur pluries dum dissynteriaz inferẽt. Et clystere fiat cuz oleo pulpe colloquiti. ꝟ sic dz fieri ꝙ coquaẽ i aqua ⁊ apozima ipsius coquatur cũ eo: ⁊ cum eis fiat clystere. Sed si cũ eo necessario fit confert efficaciter.

C ¶ Hoc est vnguentũ ad podagram perfecte dissolutionis. Oribasius coquatur oleum vetustum duz ingrossetur: deinde spargatur super illud nitrum ⁊ cum eis fiat emplastrum. ¶ Dico audiui notãdum bismabimel dicentez ꝙ dolor eiꝰ nõ mitigabatur nisi cũ oleo sambucino cũ sigih illinitio supeũ ⁊ mirabilr agebat in hoc: sed dolor eiꝰ erat frũs ⁊ flãticꝰ.

D ¶ Hec est calefactio vtilis apostemati genuum. ℞. stercus ouinum: farinam ordei ⁊ terendo ea cũ aceto: fac illinitionẽ cum eis: quoniam dissoluit id quod in eis erit.

B ¶ De. 4. capitulo de expositione capituli. 6. de questionibus epidi. dixit debet curari cũ infrigidatiõe apostema quod dicitur herisipilla ac dolor capitis accidẽs ex calore solis aut ex febre causonica ⁊ sũmarie ꝙ si cum dolore in mẽbro non fuerit materia cui opportuna erit dissolutio: ac si ipsaz prohibes extẽdis ipsuz mẽbꝝ aut si materia erit tenuis aut erit ex vtroq3 humore noli infrigidare ne remaneat mẽbrũ expãsum. ¶ Dico vidi plures illinitionẽ facere cum ifrigidatiuis ⁊ augere dolorẽ: vñ si videris apostema fieri procede cum euacuatione: deide cũ calefactione ⁊ dissolutiõe de mẽbro cum rebus mollificatiuis. Or si fuerit dolor vehemens carẽs apostemate aut fuerit modicus: tunc illinitionẽ fac cũ infrigidatiuis. ¶ Georgius dixit. minutio debet fieri in huiusmodi dolore in vena que est penes digitũ paruũ pedis, ⁊ emittẽdus est sanguis similiter in sero. Or nisi mitigatur minutio fiat in vena sciatice: sed in quo cõsueuit hic dolor excitari nil ꝯferens erit sicut vstio facta in vno loco supꝫ anchã i alio loco super coxam: ⁊ alio super tybiam.

C ¶ De. 6. capitulo Archigenisij he sunt vnctiões tollẽtes podagram omnino. ℞. salis aluminis fecis vini: baurach: fragilis. añ. ℥. i. olei rot. ij. misceantur ⁊ vngantur cum eis membra quolibet die bene: sed addendum est eis de piretro ⁊ pipere. añ. ℥. tertiam. i. ⁊ erunt meliora. ¶ Dixit. G. in. 6. capitulo expositionis capituli. 6. epidimie: debemus operari infrigidationem membrorum minus ac calefactionem ipsorum penes mitigationem doloris: qm̃ infrigidatiua condensant superficiez ipsorũ prohibẽdo dissolui ipsas materias de eis vnde in eis augent extẽsionem: sed nõ sanat infrigidatio nisi malã cõplexionẽ calidã absq3 materia sicut dolorẽ capitis accidentẽ ex calore solis. ¶ Dico considera sempꝫ ꝙ si videris cũ dolore grossitudinẽ stude ad faciendũ declinare humorem de mẽbro: vnde si hoc sequẽs fuerit vti debz eo ꝙ rari

ficat modice cutē:quoniā cū hoc mitigabis dolorē:ego ēt
expertus suꝫ medicinas abūdantis infrigidationis in poda
gra inflāmata ⁊ sanguinis ⁊ vidi omnes nō mitigare dolo⸗
reꝫ:sed forte augēt in ea:vñ calefiat:ac vidi epithimia fieri
cū decoctiōe camomille ⁊ mitigare dolorem celeriter.

F ¶ Dico expertus sum ⁊ inueni ꝙ quotiēs excitatur dolor in
pede ac operamur:laxationē auget in dolore.

C ¶ Etiaꝫ exptus suꝫ ⁊ vidi ꝙ quotiēs excitat̄ podagra ⁊ la⸗
xat̄ laborans ea duꝫ excitatur dolor augebitur:vnde in ipō
tēpore dꝫ alterari cōplo cū aqua ordei olerib⁹ farre ⁊ zuc⸗
caro:⁊ mirabile erit:sed mitigata caliditate ⁊ albescā vrina
post mitigationē doloris oīno in tēpore quietis fiat euacua
tio:sed in pede in dispositione doloris opportuna erit minu
tio de manibus si passio fuerit calida ⁊ si frigida opportun⁹
erit vomitus:⁊ iuuamentū dabunt valde:⁊ hoc expertus sū
in pede ⁊ i ancha ⁊ vidi euidēter iuuamētū mirabile. ¶ De
li.ruffi de dolore articuloꝝ quotiens inflant̄ loca podagre
C ¶ Mulier nō patiꝛ podagrā nisi cessauerint menstrua eius ex vi euacuatiōis ipsius facte per eam. ¶ Etiam infans nō patiꝛ podagram anteq̄ȝ incipiat coitu vti: quoniam operatio coitus habet in generatione podagre virtutem magnā. iō dictum est ꝙ in minori parte hoc accidit eunuchis: tamē ego vidi fieri eam in eunuchis: sȝ in infantibus non vidi. verūtamen in articulis ipsorum accidit inflatio ex satietatibꝰ nauseatiuis. ¶ Etiam in podagra si fuerit apostema calīn mitigabitur per. 40. dies. ¶ Dixit. H. podagra fit ex superfluitate transcurrenti ad pedes: deinde ad id qđ in partibꝰ cutis erit si superfluitas repletum locum obtinet extendentur ligamenta cōtinentia articulos extrinsecos nerui. igitur ⁊ chorde non inflantur a podagra: sȝ in eis accidit dolor ex extēsiōe facta in ligamentis cum articulis: habetur quoqȝ significatio ꝙ nullus ex apostemate podagre ē passus spasmum cum spasmus accidit magis penes generationē apostematis in neruis ⁊ chordis. ¶ Conditio vero in cura podagre ⁊ cuiuslibet apostematis vna est ⁊ cōmunis: quoniaȝ est opportuna dissolutio illius qđ transcurrit ad pedes: sed si illud fuerit tenue dissolutio eius in minori tempore erit. Or si adunauerit viscositatem ⁊ grossitudinem firmus erit ꝙ indigebit dissolutione longiori tempore: tamen non transibit. 40. dies si medicus sequitur totum id qđ operandum est: sȝ longum obtinebit tempus: eo ꝙ apostema erit in panniculis ⁊ ligamentis: tamen apostema calīn si accidit in locis carnosis finem obtinebit in. xiiij. diebus cum substantia carnis sit fragilior ⁊ vehementioris raritatis. ¶ Passiones podagrici excitantur in vere ⁊ autūno in maiori parte. Dixit magis accidunt in vere ⁊ in maiori parte. ¶ Dixit podagra in numero dolorum arthetice computatur: sȝ excitatur in autūno in eo qui vtebaꝛ in cibo fructibus. vñ superabundans erat congregatio humoris mali in eo: etiam excitatur in vere in eo cuius regimen in hyeme erat malum: eo ꝙ humores tunc liquefiunt ⁊ dissoluuntur.

B ¶ De meamyr. Sciatica ⁊ podagra gnāliter de genere ar-
C thetice sunt. Or si dolores fuerint in omnibus articulis nō
A appropriantur vni ipsorum ⁊ dolor articuloruȝ appellatur: sȝ si proprie fit in articulo anche appellatur sciatica. Sed si in pede morbus appellatur podagra qui incipit in vno articulo: tamen qñ antiquus ⁊ diuturnus fit expandetur in articulis omnibus: sȝ omnes erūt ex intenso chimo superuenienti ad articulum dolentem. Articulus etiam quando repleꝛ extendetur qđ attinens erit ei de neruis ⁊ exinde accidit dolor vehemens: tamē in maiori parte ipe humor erit flegmaticus: aut colericus: aut forte admisceꝛ ex sanguine sub breuitate eloquij. ¶ Dico in maiori parte in arthetice dolore condominabitur humor semicrudus: tamen petrificatio in eis accidit articulis habito respectu ad dispositioneȝ naturaleȝ ex humore nocenti. Cuius natura cognoscitur ex leui pronosticatione ex colore articuli ⁊ accidentibus apparentibus in eis ex regimine precedenti ⁊ medicinis frigidis. vñ considerare debes si patiens secutus est ocium derelinquēdo exercitium ⁊ operatus est superabundantem balneationem ⁊ superabundantem comestionem nō super purgationem: considera prius qualitate cibi eius cōplexione ⁊ qualitate temporis iminentis. ¶ Vñ habita significatione penes te. Iuxta illud qđ poteris inuenire si fuerit repletio minutio fiat in primo: deinde laxatio: deinde cureꝛ locus metipse ordinate. vñ curentur manus ac pedes in principio passionis cum eo qđ prohibet: tamē in ancha non sic fiat: quoniaȝ huius membri locus est concauus. quare superpositis his ei ipse humiditates expelluntur ad fundum articuli: ⁊ ex hoc generabitur difficultas dissolutionis ipsorum: aut forte inde erunt disiuncti articuli. igitur curetur ancha in principio cum eo qđ mitigat qđ esse debet temperate caliditatis: vt non attrahat humorem: sed dispergat cum temperie ⁊ mitigabit dolorem: tamen in fine passionis indiget ancha medicinis violentis. ¶ Dixit ego iam dixi ꝙ quotiens hec vtraqȝ passio fuerit vehemens post euacuationeȝ eius operari debemus qđ prohibet ⁊ expellit: tamen cessante cursu dissolutio fieri debet illius qđ inclusum est. ¶ Hoc est emplastrum ad mitigandum dolorem podagre ⁊ articuloruȝ. In tempore excitationis doloris fieri debet cum opij. auꝛ. ponđ. iiij. croci. aur. ponđ. i. tritis cum lacte vaccino aut caprino ⁊ cum mollica panis vt inde fiat emplastrum: ⁊ delectabilis tactus: sed tangentis manus vngi debet cum oleo ro. ac posito emplastro superponatur folium blitarum, aut lactuce ad conseruandū illud: aut forte superponimus opiū ⁊ crocum trita cum lacte cum ceroto confecto cum oleo rosato ac superponimus ea loco. ¶ Sed post purgationē corporis conferunt si superponunꝛ corpori emplastra ampullas facientia ac ampulle aperiantur calefactione facta cuȝ eo quod mitigat dolorem semper paratis: etiaȝ emplastris calidis ⁊ violentis iterato ad euellendum ⁊ attrahendū qđ in articulis erit in podagra: videlicet frigida quotiens corpus fuerit purgatum. ¶ Dixit abugerig monachus hrang proprie euellit flegma de articulis. ¶ Dixit sarcocolla proprie educit flegma grossum congregatum in articulis ⁊ ancha ⁊ genibus. ¶ Opoponacum etiam educit flegma crudum de vētre dissoluēdo dolores arthetice. ¶ De electionibus. Ioannitij ad apostema apparēs in articulis diuturnum. ℞. fructus sauine. s. sicci. par. i. ⁊ coquēdo eam in aqua duȝ ingrossatur aqua cola aq̄ȝ ⁊ ipsius apozimatis. ℞. rot.

ʒ.ac miscendo cum eo olei sisamini.ʒ.iij.ea da patienti in potu ⁊ postea in cibo da cibarium confectum cum aqua vue acerbe:aut de aqua vue acerbe cū oleo sisamino.

C ❡ Ad dolorem podagre. Filogorius dixit iam dixi quotiēs in tuis pedibus non fit apostema ac in eis senties ardorem cura cum eo quod educit coleram rubeam ⁊ eam extinguit ⁊ cum balneatione cum aqua dulci:⁊ alleuiabitur tuus dolor ac recipiendo de scamonea ad modum vnius fabe misce eam cum sale bibendo taliter pluries in anno.s.ante tempus in quo expectatur dolor:quoniā peracto hoc: aut ipse non accidit:aut si accidit leuior erit:⁊ facilior tamen vti debes nutrimentis infrigidatiuis illiniendo pedes tuos cum solatro iusquiamo opio ⁊ aceto nullo facto labore in eis ne excitetur dolor post cum. ❡ Dixit si dolor tuus non fuerit ex augmento sanguinis noli minuere. ❡ Dico hoc fieri debet si cum dolore calido in articulo nō fuerit apostema nociuum:quoniam non debet fieri minutio si passio fuerit colerica: verūtamen minutio vtilior alijs est ad alleuiandum ipsum doloreʒ licet ipse non fuerit ex augmento sanguinis: quoniam sanguis tunc in ipsa dispositiōe erit colericus. vñ per eam diminuta colera rub.infrigidatur corpus in toto. ❡ Vulpis sicut est si coquitur in oleo ⁊ posuerit pedem in eo patiens confert:⁊ tunc forte ipsius vnctuositas habebit superfluaʒ dissolutionē violentā ad hoc ⁊ propriā. Adeps vulpis liquefactus cum oleo ros. si cū eo vngitur podagra eam sanabit. ❡ Alburiscus. ℞.lumbricoruʒ terre tritoruʒ. ʒ.xx.mellis.ʒ.iiij.incorporentur ad modum vnguenti ⁊ vngantur cuʒ oleo rosa.⁊ cū eis fiat emplastrū.

A ❡ Saber decoctio dabba claudicantis ⁊ carnis onagri mi-
C rabilis est pedi si inflatur ⁊ extenuantur mēbra ex frequenti podagra ⁊ dolore arthetico.quare. ℞. dabba ⁊ mactando eā pone eā cū sanguine eius in olla cū aliqua parte carnis onagri.rot.i.olei cōmunis fasciculo.i.ruthe fasciculis.ij. caulium porrorum tantūdē.seminis caulis. seminis porrorum.seminis eruce.ana.ʒ.l.seminis apij tantūdē: terant ⁊ coquantur cū aqua dum liquefient oia positis cū eis. quart.i. de ciceribus nigris ad coquenduʒ cuʒ eis:deinde colentur ⁊ sedeat patiēs in apozimate calido vltra posse per triduū die quolibet ipsorum ter. Sed quotiens sedere voluerit in eo ipsuʒ calefaciat primo:deide moueatur apozima vt hec taliter sequi valeat ter in mense per triduum die quolibet ipsoruʒ ter in principio mensis medio ⁊ fine.vt supra distinguitur. ❡ Dico audiui res:laudari ꝙ quidam medicus nomine sibid bimbacsui dedit i potu ad podagrū hermodac. aur.pond.ij.opij.ʒ.j.cū.ʒ.iij. ʒuccari ⁊ statim exinde est mitigatus dolor:sed opus est vt hoc experiamur. ❡ Tabri pluribus conquerentibus de ventositate eos sedere faciēte in potu dedit de oleo trifolij ⁊ conualuerunt.quare. ℞.trifolij habentis secuʒ semen.part.i. ⁊ ponendo ipsuʒ in oleo cum iiij.digitis cōiunctis coque cū cū aqua dū deficiet tota aq: deinde premātur ⁊ colentur dosis fiet.ʒ.iij. ❡ Tabri radix granati siluestris ꝯfert podagre:ʒ vt credit in illinitiōe.

C ❡ Aaron confert podagre si de corticibus mādragore conditis iu sole per annum vnū datur in potu qualibet die per annum. i.ʒ.ij. quoniam eradicabit podagram. Ac si datur in potu aristol.cuʒ aqua mellis in pōdere.ʒ.ij.in vere ⁊ hyeme pluries tollet insultū eius:tamen radix mandragore dari debet in potu cum vino cocto cum melle in pondere. ʒ.i. pluries ⁊ tollet insultum eius ⁊ mitigabit dolorem. ❡ Tamen confert eis oleuʒ vespertilioruʒ: sed taliter fieri debet. ℞.succi mentastri al. olei vetusti. ana rot.i. vespertiliones. xij.aristolo.ʒ.iiij.castorei.ʒ.iij.costi.ʒ.viij. mactentur vespertiliones ⁊ cum omnibus ponantur in olla ⁊ coquantur duʒ remaneat oleum soluʒ:deinde coletur oleuʒ ⁊ terendo substantiam bene superpone oleum ei ⁊ reponatur : sed penes necessitatem vnctio fiat cum eo super locum dolentem:aut pone olei rot.i.super baurac ⁊ asse fetide.ʒ.x.ad vngendū cū eis locū. Aut. ℞.pulpā coloquin.coctā:⁊ coque eaʒ in oleo rosato dū deficiet aqua eius ad vngendū cū eo.

D ❡ Hoc est vnguentum conferens spasmo genuum ⁊ ipsorū impedimento ex ventositate. ℞.granoruʒ pentadac. pugil. vnū mūdatoꝝ butyri.ʒ.ij.mellis.ʒ.i.olei sisamini.ʒ.j.oia congregent ⁊ illud opemur:quoniā liberabit loca exiccata.

A ❡ Bimasuy debet fieri cura in dolore arthetico colerico cū syrupo robusto scamoneato ꝙ si stōacus fuerit debilis fiat cū scamonea assa in citonio ⁊ melle dixit hec cura cōdominatur. ❡ Dixit si fuerit arthetica ex frigore superficies cutis non erit ruffa neqʒ citrina sed liuidi coloris.

A ❡ Binserapion dixit non fit arthetica podagra ⁊ sciatica ex
B debilitate articulorum tantum: quoniā hoc si sic fuerit esset
C iam passio continua:sed fiunt ex corruptione eo ꝙ declināt superflua ad ipa loca in tempore in quo in corpore erit superflua repletio tamē ipse superfluitates in corpore congregantur ex ebrietate copiosa comestione mala digestione coitu egrediente temperieʒ longa quiete ⁊ ex relictu euacuationis consuete subueniunt etiam ad generandum has superfluitates ex quibus fit podagra senium complexio frigida motus violentus factus post cibum ⁊ potus vini superabundanter etiam nocet neruis successio hereditaria. ❡ Dixit quotiens articuli doluerint ex humore melancolico grosso ⁊ crudo humores non possunt conuerti ad ipsorum dispositionem naturalem ⁊ proprie anche articuli ⁊ pedum tamen alij articuli ex alijs humoribus lesi sanabuntur perfecte proprie si materia ipsorum fuerit sanguinea. ❡ Dixit cognoscere potes humorem agentem dolorem ex colore membri : quoniam color in hac passione significat super humorem:quoniam cognito corpore considerare debes in regimine complexione ⁊ alijs. ❡ Summa huius cure doloris est euacuatio: sed fiat minutio sanguinis in primo si ipse condominatur:aut humoris condominantis:laxatiuum tamen in primo fiat mundificatiuum: sed facta digestione fiat violentum:deinde conuertenduʒ est ad curanda loca met-

L ipsa cum contrario euitatis emplastris desiccatiuis violenter ne superfluitates petrificentur in articulis : tamen hoc agit totum quod est intense caliditatis: aut intense frigiditatis:quoniam quod est intense caliditatis petrificat materiā ⁊ quod est intense frigiditatis eam congelat: sed cuʒ hoc generat in articulis stuporem ⁊ difficultatem motus ⁊ sensus. vnde euitande sunt res intense violentie. ❡ Dixit.si dolor articulorum de colera rub.fit da in potu de decoctione mirabola.fumiterre absinthij prunoruʒ ⁊ oxifeniciorū. ❡ Or si fuerit febris ⁊ apostema in articulis da in potu de aqua solatri ⁊ endiuie cum medulla cassiefistule ⁊ aqua corrigiole minoris ⁊ violarum: tamen mitigata febre ac manifestata digestione compone cum oleribus apij aquam ⁊ feniculorum ⁊ modicum aloe. ❡ Or si humor fuerit flegmaticus da i potu de pillulis fetidis ⁊ pillulis sitarig: aut de his. ℞. turbith agarici pulpe collognitide hermodacti. satiriō : tassi barbati sitarig.aloe:cicute:rubee tictoris : vitis inde salis nigri:piretri:bdellij armoniaci:⁊ similiū.aā.par.conuenientem:aut forte materia transcurrit de mēbro de se solo: quoniam si fuerit frequenter procura ad curandum ipsuʒ membrum vt eius cōplexio alteretur ⁊ probibeatur cursus ipse ab eo cuʒ emplastris frequenter superpositis ei. ❡ Or si in articulo continetur hūor sanguineus superabundāter post minutionem: cura fiat cuʒ emplastris ⁊ medicinis infrigidatiuis membri ⁊ desiccantibus materiam. sicut cum semperuiua corticibus granati sumac.⁊ farina ordei:quoniam hec desiccant humiditatem inclusam in articulo si in hyeme tepide fiat si in estate fride fiat ꝙ nisi patiens sustineat emplastrum operemur hanc illinitionem cum sandalis ruffis memite ⁊ luto armenico distemperatis cuʒ aqua solatri:aut cū lentibus excoriatis tritis ⁊ cribellatis cum cindeto distemperatis cum aqua coriandri recentis:⁊ illinitio fiat cū camphora. ❡ Or si causa doloris fuerit chimus flegmaticus fiat emplastrum de camomilla corona regia : fenugreco:semine lini: folijs lauri:cicuta folijs caulium radice granati siluestris:resina pini oleo nardio.aut oleo myrrha licio croco ⁊ succo caulium.

C ❡ Dixit si podagra fit ex chimo sanguineo ⁊ colerico percutiatur psilium cum aqua ⁊ aceto:⁊ cuʒ eis fiat illinitio super membruʒ: quoniam extinguit inflāmationem:sed magnum erit eius iuuamentum alterando semper sed superponatur frigide semper. Or si dolor fuerit minoris caliditatis fiat illinitio cum maluauisco percusso cum aceto: ꝙ si in dubium fuerit ne ex violentia doloris accidat sincopis operari potes narcotica:sed extincto dolore remoueantur ne noceant motui musculi articuli: ꝙ si inde accidit difficultas motus in articulo operemur dyaquilon liquefactum cum oleo rosato. Illinitione fienda: quoniam illinitio hec cum oleo rosato facta cum dyaquilon inducit ad digestioneʒ ⁊ restituit calorem innatum membris infrigidatis per medicinas stu-

pefactiuas. ¶ Dixit podagra si accidit ex colera rubea calens apostemate ac si accidit non erit magnum fieri debet extinctio cum humectatione corporis ⁊ correctione complexionis ipsius humoris ⁊ euacuatio sepe fiat cum syrupo rosa. laxatiuo ⁊ dyacitoniten laxatiuo emplastrum fiat cum trifula. i. léticula aque portulaca psilio nenufare ⁊ violis ac si volueris misce cum eis opium ⁊ aquaʒ niuis infrigidetur emplastrum semper cum niue: regimen etiam in toto frigidum esse debet ⁊ humidum. ¶ Sed si podagra fit ex humore flegmatico ac in corpore ipse humor fuerit superabundans vtendum est vomitu laxatione cum succo cucumeris asinini ⁊ pulpa colloquinti. etiam clystere fiat cuʒ ipsis ⁊ cū cétaurea attenuetur regimen vtatur frequenter in tempore quietis electuarijs attenuatiuis etiam caules superpositi podagre flegmatice conferunt ei: sed facta declinatiōe superponátur emplastra violente caliditatis. sicut emplastra confecta de cicuta corona regia: sed vtilius erit ad operandum in hoc euforbium piretrum nigrum ⁊ omne dissolutiuum: ꝙ si in dubium habueris dolorem in sua dispositione super eum fiat epithima cum decoctione ysopi. i. assa origani mentastri cicute. foliorum lauri. camomille aneti corone regie. radicū capparis ⁊ centauree: deinde quado coquuntur in aceto: aut cuʒ aqua ⁊ vino. ¶ Qr si humor agens fuerit melancolicus operemur medicinas calidas violéte desiccationis nullo modo ne ipsum petrificent ⁊ ingrossent ⁊ inquantum dissolui non poterit: tamen epithima cum aqua calida fiat ⁊ postea emplastrum in quo fit dissolutio ⁊ lenificatio. Similiter vtendum est euacuatione cum eo quod educit nigraʒ cū processu humectationis sanguinis. ¶ Noscere debes igitur ꝙ humores quandoqʒ congregantur in dolendo ⁊ fiunt significationes non manifeste ⁊ precipue si videris patientem iuuamentum sequi per emplastra diuersa ⁊ nociuum erit ei quod iuuamentum erat quandoque ⁊ econtrario noli dubitare ex diuersitate humoruʒ: sed ex superabundantia ocij: aut ex intenso labore: aut ex malo regimine nutrimenti: aut ex causa somni ⁊ coitus erit podagra: ꝙ si hec fuerint vt debent ⁊ accidit ex mala dispositiōe corporis ⁊ corruptione humorum eius erit. Sed si semper aut ex corruptione complexionis humorum: aut ex superabundantia ipsorum. ¶ Considerare igitur debemus ꝙ humores sint semper bone quantitatis contemperate qualitatis declinando ad id quod patitur de repletione cum attenuatione cum modico cibo ⁊ superabundanti exercitio ne repleatur corpus. vnde si accidit hoc ex mala complexione contrariare ipsi complexioni. Qr si accidat minutio ⁊ laxatio fiant ante excitationem doloris prout appetit euacuatio ipsius humoris qui erat causa doloris. Coitus etiá non est nociuus illi cui accidit hic morbus ex repletione sanguinis: sed ex alijs malus erit valde: quoniam replet membra debilia ⁊ alleuiat alia membra ⁊ proprie in eo in quo accidit de nouo. ¶ Noscas igitur ꝙ effusio aque niuis frequenter facta super pedes ⁊ articulos prohibet fieri podagraʒ. ⁊ similiter sal tritus cū oleo: deinde similiter positus ei prohibet fieri podagram in ipso hoc quoque regimine prohibet ꝙ non accidit in membris superfluitas aut apostema. ¶ De medicinis simplicibus dixit quidam fricant superabundante sale in oleo modico membra in quibus fit podagra in tépore tepiditatis passionis non in tempore insultus eius ad dissoluendū ipsaʒ superfluitatē in toto: ac tribuendum membris boná dispositioneʒ.

B ¶ De libro tabet de dolore articuloruʒ. Utenduʒ est ad dolorem anche vomitu: sed si antiquus fit vtendū est clisteribus cum pulpa colloquinti. Uinum etiaʒ ⁊ coitus super repletionem huic morbo mala sunt.

C ¶ Confert etiam podagre euacuatio cum aqua maris: sed ad conseruandam sanitatem articuloruʒ epithima fieri debet cum nitro cum aqua balnei naturalis: quia bone sunt podagre valde.

A ¶ De libro cōgregato de dolore arthetico. Dixit fit in summa ex corruptione digestionis: sed quandoque fit ex omnibus humoribus ꝙ si humor currés ad articulum fuerit difficilis noticie ⁊ cure quandoque dolor mitigatur cum aliqua medicina quandoque ex ea excitatur ex labore nimio coitu potu aque frigide in quo non fit ex consuetudine ex cibarijs grossis ⁊ ex superabundanti potu vini: ⁊ proprie vini grossi ex casu: aut percussione si corpus fuerit aptum ad hoc. ¶ Dixit noticia humoris agentis habetur ex colore membri ex dispositione pulsationis tactus dispositione pulsus patientis vrine sitis somni ⁊ aliaruʒ significationū presentium de quibus habetur significatio super humores corporis ex significatiōibus precedentibus nutrimenti regiminis: quietis ⁊ laboris: quoniam hec faciunt intensuʒ fieri humorem. ¶ Qui igitur velocem curaʒ sequi desiderat si passio fuerit colerica incipiat cum eo quod educit coleram rubeam cuʒ violentia valida. sicut cuʒ scamonea ⁊ aloe: etiaʒ cum illinitionibus frigidis ⁊ humidis. sicut cum rasura cucurbitarum carnositate iuiubarum mucillagine psilij percussa cum aqua solatri: tufule. i. lenticula aque iusquiamo ⁊ opio ⁊ similibus. Noscas igitur ꝙ oleum camomille ⁊ cerotum confectuʒ cuʒ eo sanat doloreʒ valde. ¶ Hoc est emplastrum mitigans dolorem valde. Fieri debet cum cera. oleo camomille mucillagine fenugreci: ⁊ seminis lini ⁊ maluauisci: sed percutiantur simul dum incorporentur in vnuʒ ⁊ superponantur eidem. ¶ Dixit post operationem stupefactiuorum vtendum est ceroto cum oleo camomille ⁊ mucillagine maluauisci: aut succo eius. ¶ Nutrimentum etiaʒ laborátis materia colerica declinare debet ad id quod infrigidat ⁊ humectat balneatio fiat cum aqua dulci pluries: euitetur coitus labor ⁊ potus vini. ¶ Dixit lapis armenicus propriuʒ iuuamentū prestat in dolore arthetico. ¶ Dixit hermodactili corrumpunt stomacum: nauseam faciunt: debilitant appetitum: sed dati penes dolorem conueniunt: eo ꝙ sedant dolorem valde. Qr si hermodactili coquantur cuʒ seminibus. sicut cū aniso apio ⁊ similibus: ⁊ apoʒi. ipsorum datur in potu iuuabit ⁊ non nocebit tunc stomaco.

¶ Hoc est emplastrum bonum ad dissoluenduʒ ⁊ mitigandum dolorem fieri debet cum cinere cauliuʒ: ⁊ adipe recenti: ⁊ superponatur passionibus frigidis ⁊ flegmaticis: sed calidis in fine ipsorum ⁊ iuuamentum magnum erit. ¶ Credit Alexander ꝙ pes corui est vtilior hermodactilis ad tollendum dolorem: eo ꝙ non nocet stomaco. ¶ Hoc est emplastrum ad dissolueduʒ in fine passionis. Fieri debet cuʒ stercore caprino: farina ordei aceto ⁊ aqua. ¶ Dixit si passio fuerit diuersa trásmutatio debet fieri in medicinis ⁊ vtēdum est compositis iuxta estimationem opinionis. ¶ Confert etiam petrificationi ⁊ apostemati calido remanenti in membro: bulbus simpliciter ad emplastrandum cuʒ eo: aut cum mollica panis mixtus si dimittatur dum rubefiat epithima fiat cum apoʒimate fenugreci camomille corone regie ⁊ centauree: ⁊ cum apoʒimate cappare ⁊ fortius erit cū apoʒimate origani mentastri cum aceto: quoniam mirabile erit ad dissoluendum apostema grossum: sed si hoc accidit ex flegmate vtendum est vomitu cum radice ⁊ elleboro si sustinentur.

C ¶ Hoc est emplastrum ad podagram sanguineaʒ. Fieri debet de corticibus granati sumac: semperuiua ⁊ fece aceti. Sed vti debet in cibo lentibus caulibus ⁊ granatis ⁊ abstinentia vini omnino. ¶ Dixit abstinentia potus vini sanat podagrá: ꝙ nisi poterit abstinentia potus vini vti toto tempore vite sue salteʒ per duos ános vt passio tollatur ab eo: deinde reuertatur ab eo paulatim: similiter de coitu. ¶ Dixit medicine que sumuntur per totum vnum annum: aut in maiori parte eius ad hanc passioneʒ. si passio fuerit flegmatica tollent eam: verumtamen habentes corpora colerica subitaneam mortem sequuntur de eis: eo ꝙ declinat materia ⁊ attrahitur ad aliqua membra nobilia ⁊ fit in eis ꝑ passio acuta crudelis ⁊ pernecabilis: quare euitare debent potuʒ vini laborantes his passionibus sanguinis: videlicet aut colere rubee. laborantes igitur eis ex flegmate si frequēter bibunt tyriacam tollet eas ab eis penitus absque aliquo nocumento. ¶ Dixit medicamen basaď. i. kiri citrini fortior est alijs omnibus ad tollendum hanc passionem ⁊ petrificationem ipsius nocentem articulis: etiam oleum vulp̄. ⁊ dabhe si calide cum eo fit epithima petrificationem tollet: ⁊ conferunt omnia alia lenitiua: scilicet violenta. sicut sunt assungie vetuste: medulle ossium armoniacum bdellium oleum vetustum ⁊ sigia. ¶ Ad petrificationem. Fieri debet illinitio cū auripigmento ruffo trito cum aceto ⁊ mirabilis erit: etiam coquatur litargirium in oleo dum ingrossetur: ⁊ percutiatur cum auripigmento citrino dum incorporentur: ⁊ cum eis fiat vnctio.

A

B ¶ Hec est nota medicina psilij laudata ad tollendum peni-

tus dolores artheticos ⁊ sciaticam. si frequenter sumitur in
potu spatio vnius anni confortat stomacum acuit visum:
tollit obliuionem emittit superfluitates per vrinam emen-
dat splenē ⁊ epar dura: sed dolorez artheticuz diluit omni-
no. Recipe camedreos.ʒ.ix. centauree minoris. aristologie
lon. gentiane romane. ana.ʒ.vi. yperici.ʒ.v. apij montani.ʒ.
iiij. agarici boni ⁊ albi: ⁊ leuis.ʒ.ij. myrrhe.ʒ.i. tamen medi-
cine montane esse debent ⁊ noue vt fortiores sint pondera-
ri debent post trituram ⁊ cribellari cum cindeto cum cau-
tela fiāt inde trocisci: quilibet trociscus.ʒ.i. bibatur post. iij.
horas diei. Or si in stomaco est aliquod cibarium residuuz
ac aliqua inde sentitur ponderositas nulla fiat eius bibitio:
ꝙ si bibitur cum aqua tepida bene erit ⁊ motum faciat po-
stea modicum paulatim nullam faciendo comestionem nisi
post horas tres duz liquefiat medicamen: postea comedat
cibum laudabilem euitata omnino repletione: quoniam si
fuerit per eam totum iuuamentum medicaminis deponitur
incipiat ipsuz bibere in hyeme: aut in fine autūni vt in esta-
te illud habeat ad vsum inductum: quoniam antidotum se-
minum in estate malum est valde: eo ꝙ liquefacit corpus
valde. ¶ Dixit caules boni sunt doloribꝰ arthetice. ¶ Di-
xit iam dixit Alexander ꝙ maior pars dolorum arthetice
accidit ex colera rubea. ¶ Dixit frequens debet fieri eius
laxatio ⁊ humectatio vt attractio de facili fiat per nutrimē-
tum ⁊ aquam tepidam. ¶ Dixit vtilior laxatio fit per rosas
scamoneam ⁊ zuccarum data in potu: eo ꝙ non corrūpunt
stomacum: etiam per succum citoninum scamoneam ⁊ zuc
caruz in succo data. Aut fiant pillule absinthij. partes tres
scamonee. partem vnam distemperatis cuz iulep. dosis au-
rei pondus vnuz. ¶ Dixit carnes vaccine ⁊ ventres ipsa-
rum cum aceto hic conferunt. ¶ Balneatio fieri debet cuz
aqua dul. efusa super eum: postea aqua frigida: videlicet su
per loca dolentia superabundanter ⁊ percutiatur mucilla-
go psilij cum farina ordei: ⁊ superponatur ⁊ pannus super-
ponatur ei frigide: sed mutanda est superpositio dum miti-
gabitur bene pulsatio. Or si fuerit caliditas ⁊ non fuerit in-
flammationis valide medicine contemperate fiant vt cero
tum farina ordei: ⁊ oleuz camomille: eo ꝙ bene dolorez mi-
tigant si fuerit absque caliditate acuitate ⁊ inflammatione.
¶ Dixit si materia fuerit flegmatica icipiat laxatio fieri cū
cartamo indo granis regijs lacte camerrōi aloe pulpa col-
loquintide euforbio ⁊ similibus. ¶ Dixit bibere debet me-
dicamen basad. i. kiri citrini per bimenses: quolibet die po-
stea relicto biduo in tertio fiat semel: sed in estate relicto tri
duo bibitio eius semel fiat euitatꝗ repletiōe vino motu: etiā
bibere non debent hoc medicamen nisi corpus ante fuerit
purgatum per laxatiuum euitato coitu etiam. ¶ Dixit qui
eas medicinas bibere proponit eas bibat super purgatio-
nem nullam faciat comestionem vsque ad tres horas eui-
tet impetum ⁊ tristitiam: sedeat in vmbra ad minus eas bi-
bat per. vi. menses ⁊ magnum eius iuuamentum sequetur:
sed completo termino bibitiōis eius corpus vngatur oleo
⁊ proprie eius articuli motum faciat ⁊ cooperiat articulos
per dies laborem faciat modicum ne excitentur superflui-
tates ⁊ bulliant in corpore. ¶ Dixit articuli flegmatici cor-
poris epithimari debent cum decoctione origani cum ace-
to mirabile erit valde. Etiam confert passioni colerice simi
liter efficaciter. ¶ Dixit ad dissoluendum vnge articulos
cuz assungia passerum ⁊ oleo: quoniam dissoluit subtiliter ⁊
cum ceroto euforbij.

C ¶ Dixit noli consentire ꝙ flegmaticus balneo vtatur: nec
prohibeatur a colerico. ¶ Dixit ego vidi quosdam curari
cum emplastro sinapis ⁊ ficuum de podagra flegmatica in
tempore pulsationis ⁊ sanari. ⁊ similiter cum emplastro al-
leorum ⁊ emplastro feniculorum cuz omnia ampullosos fa
ciant articulos: sed perforande sunt ampulle vt emanatio
fiat de eis ⁊ inde mitigabitur dolor. ¶ Dixit vinū nocet la-
borantibus hac passione. ego quoque vidi plures derelin-
quere illud ⁊ sanari: quod nisi potest relinqui omnino relin-
quatur saltem in vere ⁊ estate ⁊ fiant ciba diminuentia san-
guinem: videlicet modica vt secura fiat sanatio. ¶ Dixit in
passionibus flegmaticis. si patiens ingreditur balneum sta
tim ꝙ sudat corpus eius fricetur totum cum nitro ⁊ spu-
ma maris vehementer articuli eius ⁊ magnum iuuamen-
tum sequetur. ¶ Hoc est medicamen mitigans dolorem.
Recipe hermodactil. cerat. viginti. pedis corui. cerat. sex
terantur ⁊ dentur in potu. ¶ Hoc est medicamen yhiehin
chaled ad podagram. Recipe hermodactil. decem: sene. v.
assari. zinziber. cimini ortensis. piperis longi. acori. ana.ʒ.ij.
terantur ⁊ cum melle distemperentur dosis fiat aureo. pon-
dus. ij. cum aqua tepida expertum est ⁊ inuentū magni iuua
menti esse cū bonū sit ⁊ optimum.

B ¶ De libro faick. Hoc est emplastrum bonum ad dolorem
E anche ⁊ dorsi: videlicet diuturnum etiam genuum. Recipe
D sinapis nasturtij: stercoris columbarum. baurach sulfuris.
piretri stafisagrie. asse fetide. ana.℥.ʒ. fenugreci. rotul.ʒ. eru-
ce siccate maluauisci. ana. rotul.ʒ. deinde coquatur. radicuz
capparis. rotul. vnum cum aceto ⁊ cum medicinis teratur:
deinde misceatur cum vino cocto ⁊ oleo lilino ⁊ fiat ad mo-
dum vnguenti ⁊ cum eis fiat emplastrum. ¶ Confert quo-
que grossitudini genuum cerotum cum oleo lilino ⁊ eufor-
bio: tamen confert infrigidationi ipsorum emplastrum lupi-
norum tritorum cum syrupo acetoso: aut fabarum cuz myr-
rha: aut fabarum cum medulla nucleorum percoporum ni-
si inueniuntur lupini. ¶ Sed spasmo ipsorum facto ex apo-
stemate: aut vlcere confert granum pentadac. distempera-
tum cū butyro vaccino: oleo sisamino ⁊ melle ad dissoluen-
dum apostema celeriter in eis.

F ¶ Tamen si fuerit in pedibus stercus caprinum siccum cuz
media parte eius. farine ordei mixtum si coquitur cum ace-
to ⁊ oleo sisamino ⁊ superponitur ei: aut stercus vaccinum
sulfur ⁊ baurach. si coquuntur cum aceto ⁊ oleo sisamino ⁊
cum eis fiat illinitio. epithima fiat cum decoctione costi in
locis attinentibus eis: tamen si opus fuerit omnia fiant ru-
bificatiua. sicut cum sinape stercore columbino ⁊ oleis atte
nuatiuis. sicut oleo costino.

C ¶ Dixit podagra flegmatica medicinatur cū effusione aque
calide super locum: sed ad eum dari debent in potu pillule
confecte cuz hermodactil. satirion ⁊ tasso barbato ⁊ mutan
dum est in loco ꝓprio. ¶ Filogorius in emplastra missa ad
fidisium de podagra dixit. facta euacuatione per prouoca-
tiōez vrine. tunc fiant emplastra confortantia articulos vt
emplastra facta cum fructu sauine: nuce cypressi ⁊ ossibus
vstis partibus equalibus alumine. par. vi. vitreolo tantun-
dem glutine piscīū ⁊ aceto sufficienter. ¶ Dixit maior pars
emplastrorum violente dissolutionis desiccat neruos ⁊ no-
dosos facit digitos ⁊ incordat articulos. vnde his acciden-
tibus multiplicatis in eis cura fiat cum superabundantia le
nificatiuorum: videlicet cum armoniaco bdellio sigia liqui
da medulla ceruina liquefiant omnia in oleo dulci. ¶ Di-
xit euitetur actus venereus valde: sed hoc dictum suum est
in cura podagre flegmatice considerandū est in hoc. ¶ Di
xit balneum dimittatur: aut modice illud operetur. ¶ Di-
co ꝙ tortura digitorum accidit habentibus complexionez
vehementis caliditatis. vnde qui istorum patitur podagrā
digiti torquentur ex intensa exiccatione ipsius articuli. igi-
tur frequenter debemus operari lenitiuum in eis membris
non ꝙ calefacit omnino: aut cuz temperie calefaciat. ¶ De
epistola kinthebet de dolore arthetico. Operari debemus
medicinas ampullas facientes super articulum manus ⁊
pedis. si passio fuerit diuturna ad modum huius emplastri
fiat cum corticibus radicum capparis ⁊ laureole tritis cuz
fece aceti vini ⁊ supponatur mēbro calido ⁊ dimittatur ibi
per duas horas: deinde perforande sunt ampulle ⁊ effun-
datur super eas aqua frigida. Sed quandoque dimittende
sunt super membrum per horas tres. ¶ Dixit si videris la-
borantes podagra calida nocumentum pati per emplastra
frigida: aut podagra frigida per calida illud erit ex tetano.
vnde tunc superponantur mollificatiua. Sed cōferunt his
vinum coctum oleuz rosarum mixta cum cera liquefacta ⁊
superponatur pannus eis infusus in aceto ⁊ aqua: ⁊ simili-
ter sic fiat quando operamur dissolutiua quod superpona-
tur articulo id quod habet expellere. Euitanda igitur sunt
rubificatiua ventose scarificationes ⁊ similia dum in mem-
bro fuerit dolor aut caliditas.

B ¶ Vinum etiā ⁊ coitus sunt in hac passione peiora alijs pro
prie in passione anche ⁊ superabundantia coitus super re-
pletionem magis attrahit materiaz huius passionis ꝗ̄ alia

res. Sed confert cautele horum membrorum cura facta eis cum nitro ſale ⁊ alio toto quod deſiccat. ſicut aqua maris ⁊ aqua balnei naturalis: quoniam magni iuuamenti ſunt in hac paſſione ſi longa fuerit diuturnitas diſpoſitionis eius. Confert etiam dolori anche vomitus ſi antiquus ſit fiat clyſtere cum pulpa colloquintide.

C ¶ Theodoſius dixit q medicinas abūdātes ad tollēdā podagram ſumere nitit in potu mane eas bibendo nullaz comeſtionē faciat niſi poſt quattuor horas poſt ipſaz bibitionē. deinde comedat de pane cuz vino ⁊ modica aqua aur. pon. decem: poſt ſex horas ingrediatur balneuz ad lauandum ſe cum aqua calida. nutriantur deinde carnibus ouinis ⁊ gallicellis euitet totum illud in quo ſit lac ⁊ carnes venationis vſque ad perdices nulla comedendo niſi humida modice. euitentur fructus ⁊ olera omnino tam humida q̄ ſicca: etiā cucumeres melones capita auium ⁊ ale ipſarum.

E ¶ Georgius dixit dolori dorſi conferunt omnia que conferunt articulis frigidis. vnde eis conferunt oleum granoruz pentadactilorum: pillule fetide: pillule ſitarig: clyſteria calefactiua: balneuz: pila omnia diſſolutiua ⁊ liquefacientia humorem groſſum. ¶ Dico quidam abinaſer chriſtianus patiebatur dolorem dorſi cui precepi vt vngeret ipſum cum oleo lilino poſt calefactionez dorſi cū igne ⁊ fricatione dormiendo ſuper hoc per primā noctem ⁊ balneando mane ⁊ ſic faciendo ſanatus eſt per tres noctes.

B ¶ Dico hoc eſt clyſtere ad dolorem anche. Recipe cice. imperatoris furfuris carthami triti ana pugillum. i. pulpe colloquintide: centauree: corticum radicum capparis ana pugillum vnum coquantur in tertijs. ij. vnius rotu. decoctionis ponatur. ℥. i. elmori ⁊ olei amigdalarum amararum: aut nucleorum percoporum vel perſicorum. ℥. i. ⁊ baurach. ʒ. iij. ⁊ cum eis fiat clyſtere calefiat anus vt longam retentionez clyſteris faciat. Qz ſi egerit ſanguinem: aut viſcoſitatem fiat clyſtere ſinautem ſupponatur ſief pulpe colloquintide: baurach ⁊ bdellij dum diſſynteriaz inferret ⁊ ſanabitur.

E ¶ Miſih. dolor dorſi eſt de genere doloris arthetici: ſed cura eius fit per vomitum: emplaſtra calefactiua: triferam magnam ⁊ condimenta calida: ſed confert ei hec ſuppoſitio. Recipe myrrhe: ziziberis: ſarcocolle thuris ana aureo pondus duos grani muſcilini. xx. excoriati terantur ⁊ inde fiant licinia cum melle. ¶ Etiam confert ei balneum emplaſtratio cum cinere vitis fenugreco lupinis camomilla maiorana ⁊ ſimilibus. Epithima fiat cum aqua calida ⁊ vnctio cum oleis calidis.

C ¶ Dixit prodeſt podagre vehementer potatio ſeminū apij: zinziber in quantitate. ʒ. i. piper maſtix in quantitate. ʒ. ℈. hermodactilis in quantitate. ʒ. v. hec omnia terantur doſis in puluere aurei pondus cum vino ⁊ aqua calida ⁊ mitigabitur inde dolor. ¶ Hoc eſt emplaſtrum mirabile ad mitigandum dolorem ſtatim. Coquatur fenugrecum cum aceto lymphato dum liquefiat: deinde coquatur cū melle duz ligetur ⁊ agitetur in vaſe ereo dum fiet ad modum gallic. Illiniatur cum pannus ⁊ ſuperponatur loco per biduum aut triduum: quod ſi deſiccatur emplaſtruz lenificetur cuz oleo roſato ſi fuerit caliditas. ſinautem cuz oleo yri vel keiri ⁊ eſt vtilius in principio paſſionis ⁊ eius augmēto. ¶ Dico ego vidi q incisa materia res mitigantes dolorem ſunt meliores prohibitiuis proprie ſi videris apoſtema non augeri intenſe. ¶ Hoc eſt emplaſtrum ad diſſoluendum duritiem. Coquatur oleum vetus dum ligetur cum foco lento: deinde miſceatur in eo nitrum tritum ⁊ teratur dum fiet ad modum vnguenti ⁊ ſuperponatur. Aut liquefiat oleum cum cera ⁊ miſceatur cum nitro ⁊ ſale: quoniam bonum erit apoſtemati inflato ⁊ molli. ¶ Similiter prohibet podagram fieri vomitus ſuper repletionem ter factus in menſe attenuato regimine relicto vino ac vnctis membris cum oleo ⁊ ſale.

D ¶ Confert etiam dolori genuum ⁊ apoſtemati ipſorum. Recipe ſtercoris caprini. partes duas farina ordei partem vnam coquantur cum aceto ⁊ oleo vetuſto ⁊ cum eis fiat emplaſtrum. Aut epithima fiat cum apozimate cicute: aut cum cicuta mixta ⁊ cocta cum butyro fit emplaſtrum. Aut cum pulpa colloquintide ⁊ ſtercore columbarum emplaſtrum fiat.

B ¶ Hoc eſt clyſtere ad ancham mirabile. Recipe naſturtij. manipulum vnum cicute tantundem ypratelli viridis: ideſt oſinem tantundez coquantur ⁊ colentur ⁊ pro quolibet manipulo ponatur ſitarig dragmam vnam ⁊ cum apozimate fiat clyſtere.

C ¶ He ſunt res quas debet euitare podagricus cicera lupini: oliue nigre: pira pruna: vua: ficus nigra: mel: vina: cucumeres: citrulli: lactuca: rutha: mentha: radices: cepe: tubera: fungi eruca: piſces: acetum: lac: ſana rabita: rubian caro vaccina: caprina: ſiſonis capita pedes: oua dura: aues aque ⁊ ſummarie omnia que generant humorem groſſum: aut acutum ⁊ q ingrediantur aquam frigidam poſt aquaz calidam. ¶ Elkindi de epiſtola ſua de podagra cum dolore ſtomachi. hoc eſt medicamen ad bibendum in principio paſſionis ad mitigandum dolorem ⁊ in fine diſſoluendum. Recipe hermodactilorum nouorum. ʒ. xij. piperis longi: zinziberis: ſene de mecca: cimini hortenſis: foliorum capparis ana. ʒ. i. ſalis petrol. ſalis armoniaci: ſpume maris: ſigie ſicce ana dauick. i. ℈. mellis tertias. ij. medicaminis diſpumati doſis dragmas quinque cum aqua calida. ¶ Sed ſumendum poſt diem aut biduum. Recipe mirabolanorū kebulorum nigrorum ⁊ citrinorum. ana partem. i. feniculoruz. partem mediam. floris ſquinanti. parť. quar. penidiarū: zuccari albi. parť. v. doſis. ʒ. viij. verumtamen hoc bibitur ad remouendum nocumentū hermodactil. de ſtomacho: quoniam non cognoſcitur medicamen ad mitigandum dolorē. ſicut ſunt hermodactil.

E ¶ Tabri oleandrum prodeſt dolori dorſi vetuſto. ¶ Binmaſuy ſparagi pprie ɔferūt dolori dorſi frigido.

C ¶ Chuz compeſcit dolorem podagre: ſemen melonum tritum cum oleo chiri ſi lenitur ſuper eum: aut ſemen lini vſtū modice tritū cū oleo ſiſamino emplaſtraſ ſuper eū.

E ¶ He ſunt pillule ad faciendum ſurgere penatos illos qui non poſſunt ſurgere: ac eos quos impedit vētoſitas in dorſo ac genibus. Recipe pulpe colloquintide: centauree: taſſi barbati: turbith cameroni ana partem vnam ſitarig: fructus ſauine: ſinapis armoniaci ana partes duas petroleonis albi parť. quart. i. omnium infundantur ⁊ inde fiant pillule doſis. ʒ. ij. ⁊. ℈. ⁊ minus in nocte penes dormitum dimiſſa ad quietem aliqua nocte media dum ſanatio erit: ſed ius cicerum ſumatur in cibo. ¶ De electis medicinis. Recipe radices granati ſilueſtris: maluauiſci: hermadactil. farina ordei ana partem vnam diſtemperentur cum oleo ſiſamino vitello oui ⁊ modico aceto ⁊ ſupponantur. ¶ De experimentis vratur ſemen lini dum piſtari poteſt ⁊ terantur cū oleo violato ⁊ illinitio fiat cum eo.

C ¶ Dixit ſtatim q podagra pungere incipit hoc medicamen bibe in hora tue dormitionis in quantitate. ʒ. iij. cum aqua calida ⁊ ceſſabit omnino. Recipe hermodactil. maſticis zuccari albi ana partem vnā. Qz ſi fuerit patiens frigide complexionis adde in eis ciminum ⁊ zinziber. Sed ad calidum dolorem bibere poteſt hec. Recipe hermodactil. ſatirion. roſarum rubearum ana partem vnaz doſis aurei pondus. ℈. quoniam bonum erit ad prohibendum dolorem q non excitetur ⁊ ad mitigandum quod de eo fuerit excitatum. ¶ Abſque aucto. ad dolorem in inferioribus. Teratur lutum olibani cum ouis ⁊ cum eis fiat illinitio. ¶ Dico patiebatur quidaz nomine abuadalla: ſed illud mitigabatur per ventoſam poſitam ſuper calcaneum.

F ¶ Galienus dixit. farina tritici ſuperpoſita pedibus mitigat dolorem ipſorum.

E ¶ Aſaſcā dixit oleū pentadacti. proprie confert dolore dorſi

B ⁊ anche. Jobtabri confert dolori calido vnctio facta cuz radice granati ſilueſtris ⁊ ſolatro.

D ¶ Batiſuh ad dolorem genuum ⁊ apoſtemata ipſorum. infundantur ſemina cicute trita in rotul. ſex aceti ⁊ extinguatur lapis calefactus in igne in ipſo aceto vnus poſt alium ad fomentandum genu ⁊ ſanabitur.

E ¶ Coſta de libro eius de flegmate congregatur in ſpinali ⁊ ſpondilibus eius ſuperfluitas ex ſatietatibus nauſeatiuis excitans vehementem dolorem: an forte generat gibbuz: ſed conferunt ad hoc pillule ſerapini ⁊ laxatio facta cuz pulpa

colloquintide qui si fuerit in parte inferiori lumborum ei conferunt clysteria attenuatiua olea calida ⁊ attenuatiua. sicut ipsa que conficiuntur de cicere imperatoris: opoponaco serapino ⁊ fenugreco: ⁊ sicut est oleum grani viridis ⁊ oleum radicum.

B ¶ Dixit sciatica in suo principio non continuatur cum genu ⁊ tybia. Deinde continuabitur: quod nisi continuetur cum inferioribus materia eius erit modica: aut erit in suo principio. Sed quando participat cum inferioribus materia erit superabundans: sed confert ei valde laxatio frequens facta cum pulpa colloquintide ⁊ maior pars iuuenum medicinatur cum minutione facta in ipsa vena. ¶ Dixit ego non vidi ipsam sanari per vstionem penitus: sed balneum confert ⁊ vomitus cum proprietate: tamen emplastra debilem actum habent in ea: quoniam est in fundo membri. vnde fiant rubificatiua. sicut sinapis aut stercoris columbarum: etiam fiant olea calida vt oleū costinum.

C ¶ Dixit aque calide effusio super membrū confert podagre flegmatice: sed dande sunt pillule confecte de hermodactilis satirion ⁊ tasso barbato.

B ¶ Dixit Diascorides. assarum confert sciatice dixit. si ponuntur aurei pondus tres de assaro in. ℥. cviij. musti per menses duos: ⁊ postea colantur ⁊ dantur in potu sanant sciaticam ⁊ dolorem anche. ¶ Dixit Diascorides. hypericon si bibitur per quadraginta dies inseparabiles sanat sciaticam. Andromyamir dixit: Diascorid. si bibuntur de semine eius. dragmas duas laxabit ventrem ⁊ sanabit sciaticam proprie si post eum bibitur aqua calida modice post laxationem ipsius. ¶ Dixit adarick confert sciatice. Dixit adarick confert passionibus in digitis calefacti extrinsecus: sed intrinsecus non debent dari ex intensa virtute eius: sed si operamur illud extrinsecus conteri potest virtus eius cum aliqua re mixta cum eo. ¶ Dixit Galienus. acetum squilliticum confert sciatice. Radix angeden mixta cum ceroto confecto cum oleo hyrino: aut oleo alcanne ⁊ superposita confert sciatice. Armoniacum bibitum in quantitate dragmas duas sanat sciaticam. ¶ Diascorides. si miscetur cum nitro aceto ⁊ oleo alcanne ⁊ superponitur confert sciatice. Carpobalsamum bibitum confert sciatice. Opoponacum illinitum confert sciatice. Diascorides. si ponuntur aurei pondus decem opoponaci in parte vna vini per menses duos: deinde de eo datur in potu confert sciatice. ¶ Galienus: viscus attrahit de fundo corporis violenter humiditates tenues etiam grossas ⁊ eas dissoluit: sed hoc agit in tempore longo: sicut agit tapsia. Et ego dico quod potest fieri emplastrum de tapsia ⁊ alleis distemperatis cum visco ad emplastrandum ancham ⁊ dabit magnum iuuamentum. Decoctio radicum sparagi confert sciatice ⁊ semen eius hoc facit. Hypericon dixit Galienus datur in potu ad dolorem anche. Aqua oliuarum conditarum fortior est aqua salis ⁊ confert sciatice posita in clysteri. ¶ Paulus stercus vaccarum pascentium calefactum ⁊ superpositum anche confert sciatice manifeste. ¶ Diascorides vstio facta cum stercore caprino confert. Diascorides iuxta quod vidi stercus columbarum pascentium de semine pastinace superpositum anche valet loco sinapis ⁊ emplastrorum rubificatiuorum in dolore anche. Vitreolum ruffum surianum positum in clysteri cuz vino confert sciatice. ¶ Dyascorides nasturtium mixtum cum aceto farina ordei ⁊ superpositum in emplastro sanat sciaticam: sed positum in clysteri educit sanguinem. Dyascorides nasturtium babylonicum: dixit Galienus potest poni loco sinapis in emplastro anche. Nasturtiuz confert dolori anche ⁊ sciatice. ¶ Bimmasuy ysopus: idest assa mixtus cum farre distemperatus cum vino superpositus sciatice confert ei. ¶ Dyascorides colloquintida sicca: sicut est trita ⁊ mixta in clysteri confert sciatice. Pulpa colloquintide recentis fricata super ancham confert sciatice. Dyascorides hoc testatur ⁊ illud confirmat Galienus: etiam Badigorius dixit. pulpa colloquintide proprie confert sciatice. ¶ Paulus dixit. si fricatur ancha in sciatica cum succo pulpe colloquintide ei confert. Camepitheos bibitum per quadraginta dies inseparabiles sanat sciaticam. ¶ Dyascorides smirrion vel satirion bibitū cum vino confert sciatice. ¶ Dyascorides cortices radicū capparis ⁊ fructus eius bibita cum vino quolibet die in quantitate dragmas duas conferunt sciatice.

¶ Dixit Galienus: cortices capparis ⁊ fructus eius bibita cum syrupo acetoso incidunt humores grossos efficaciter ⁊ eos emittunt per vrinam ⁊ egestionem mixtam cum sanguine. vnde statim alleuiabitur dolor anche. ¶ Bimmasuy dixit. capparis confert dolori arthetice. Sal dissolutus cum aqua positus in clysteri confert sciatice. Dixit Bimmasuy elmori proprie confert dolori anche comestum: aut positum in clysteri. Oleum nucis inde confert ventositati accidenti in ancha bibitum cum oleo nucleorum persicorum ⁊ percoporum. Bimmasuy yreos positum in clysteri confert sciatice. ¶ Aqua piscium salitorum posita in clysteri confert dolori anche. Galienus eo quod attrabit humores puros de ancha ⁊ eos extrahit: sed magis in eo facit aqua maris ⁊ aqua piscium paruorum ⁊ sabana. Syrupus acetosus quem descripturus sum confectus cuz aqua maris. si bibitur educit humorem grossum ⁊ confert sciatice. Scamonea cocta cum aceto ⁊ trita cum ordeo posita in emplastro confert sciatice. ¶ Dyascorides. decoctio ruthe recentis ⁊ aneti sicci bibita cōfert sciatice. Dyascorides quidam socij nostri sumentes de dactilis laxati sunt pluries ⁊ facti inde dissynterici leuiter sanati sunt de sciatica que curabatur cum medicinis ⁊ minutione. Rubea tinctoris bibita cum aqua mellis confert sciatice. Dyascorides dixit Galienus. illa datur in potu ad hoc. Euforbium bibitum cum aliquo syrupo confecto de aromatibus confert sciatice. Folia menthastri posita in emplastro ad sciaticam rubefaciunt cutem ⁊ alterant complexionē membri Dyascorid. ¶ Galienus dixit: menthastrum fluuiale positum in emplastro super ancham ad sciaticam magnuz est in vtilitate eo quod attrahit de fundo ⁊ calefacit membrum totum ⁊ inde comburit cutem manifeste. Sabana bona est dolori anche flegmatico. ¶ Bimmasuy alleum confert dolori anche comestum aut positum in emplastro cum tritico: sed siluestre est fortius. Bymmasuy cordumeni bibitum cum aqua: etiam si cum oleo fricatur cum eo confert sciatice. ¶ Paulus decoctio cucumeris asinini posita in clysteri confert sciatice valde ⁊ educit sanguinem.

¶ Paulus Galienus dixit: cordumeni confert: quia calefacit membrum. Decoctio arthemisie bibita aut folia eius sicca conferunt sciatice. Dixit agnuscastus cum castoreo bibitus cū vino confert sciatice. Decoctio centauree minoris in clysteri posita cum eo quod laxat sanguinem ⁊ statim alleuiat dolorem ⁊ confert sciatice. ¶ Dyascorides centauree minoris decoctio ⁊ succus positi in clysteri ad sciaticam educunt humores colericos: sed quando educunt sanguinem erunt vtiliores. Folia enule cocta cum vino posita in emplastro conferunt sciatice. ¶ Dixit Galienus: enula rubefacit membra sicut ancham ⁊ similia. Reubarbarum confert sciatice bibitum. ¶ Dyascorides lilium coctum cum melle positum in emplastro confert sciatice.

¶ Dyascorides sitarig est vlceratiuum ⁊ acutum. ideo ponitur in emplastro in sciatica bene tritum ⁊ mixtum cum enula per quartam partem hore. Dyascorides farina lupinorum mixta cum aceto compescit dolorem sciaticum.

¶ Dyascorides Galienus agaricus bibitus in quantitate dauick quattuor cū syrupo acetoso confert sciatice. Dyascorides sinapis ponitur in emplastro cum ficubus ad dolorem sciatice. Dyascorides radix maluauisci cocta cum vino ⁊ bibita confert sciatice. Dyascorides papauer siluestre. si radix eius coquitur cum aqua dum deficiet medium ⁊ ponitur in clysteri aut bibitur sanat sciaticam.

¶ Dyascorides Bymmasuy conferunt sciatice. si fuerit ex flegmate viscoso clysteria etiam antidota. Recipe radicum liliorum celestium vnzias duas: ⁊ coquendo eas cum rotulo vino aque dum deficiat medium pone apozima in clysteri aut da illud in potu. Et similiter fit de amomo camepitheos in quantitate aurei pondus duos in clysteri positum: aut bibitum cum aqua mellis ieiuno stomacho illud facit. Et similiter hypericon centaurea minor carpobalsamum bibitum: aut in oleo positum confert.

¶ Et si fuerit ex flegmate ⁊ vẽtositate grossa. Faria orobo rum ⁊ farina lupinorum proprie. si bibitur aliqua ipsarum in quantitate. aurei pondus. iiij. cum. iij. ℥. aque mellis. Et similiter reubarbarum siccum: centaurea minor mentastrum: ysopus: i. assa: rutba rubea ⁊ camepitheos hec omnia conferunt si aliquid ipsorum bibitur in quantitate aurei pondus duos cum aqua mellis: etiam nasturtiũ sinapis ⁊ radix capparis cocta ⁊ superposita loco. Et similiter sitarig indum: rubea tinctoris ⁊ opoponacum posita in emplastro: aut data in potu. Etiam nasturtium napti ⁊ babilonicũ si coquantur cum aqua ⁊ cum apozimate fiat cum quantitate rotul. ʒ. ¶ Iuxta q subtrari. Recipe succum cucumeris asinini: aut pulpam colloquintide ⁊ baurach ⁊ cum eis licinium ad modum glandis fiat ⁊ supponatur in principio noctis ad educendum: cuz eo: tamen facta assellatione supponatur iterato: aut illud simile sepe per plures noctes dum incidetur sciatica in toto. ¶ Ysaac dixit minuatur basilica de parte eius ⁊ fiat laxatio si humores fuerint condominantes: dein de peractis his minuatur vena sciatice ac vena que est in plica genu emplastretur ancha dolens cum farina lupinorum cocta cum aqua ⁊ aceto si passio fuerit calida: aut cum aceto ⁊ melle si fuerit frigida ⁊ grossa. Etiam mentastrum fluuiale distemperatum cum aqua in emplastro: quoniam calidum est ⁊ potens. Et simile est ei emplastrum corticum radicum capparis ⁊ si datur in potu: etiam clystere si fit cuz centaurea corticibus colloquintide elmori ⁊ alijs compositionibus. ¶ Sed laborantes huiusmodi passione cum his procedere debent ante accessum veris prohibitis eis: videlicet repletione proprie de cibarijs grossis vino ⁊ proprie coitu. ¶ Ad dolorem anche. Fiat illinitio cum oleo confecto cum pulpa colloquintide. iuxta quod est in ca. laxationis: quoniam facit assellare sepe ⁊ mitigat dolorem ac confert ei clystere dictum in capitulo doloris dorsi.

E ¶ Dixit Bimmasuy sparagi quoque conferunt dolori dorsi de ventositate ⁊ flegmate. Dixit ego vtor in dolore dorsi antiquo stercore columbarum pascentium cum nasturtio tritis ⁊ cribellatis loco sinapis. Oleum maiorane confert dolori dorsi. Aqua furfurea confert dolori lumborũ. ¶ Ruffus oleum nucum muscate confert dolore dorsi bibitum cũ oleo percopor ⁊ persicorum.

E B ¶ Hoc est clystere bonum ad dolorem dorsi anche ⁊ colice. Bimmasuy de memoriali abdus fiat cum camomilla corina cartami: aneto blitis caulibus: centaurea: amigda. ⁊ serapino ⁊ coquantur que decoquenda sunt ⁊ cuz decoctione misceatur mel fel vaccinum ⁊ oleum nardinum. hoc est licinium bonum ad hoc fiat cuz pulpa colloquintide sarcocolla penidijs ⁊ supponat. ¶ Dixit Archigẽisius hic morbus fit sepe ex longa sessione ac ex pauco actu venereo. hoc etiaz accidit senescentibus ⁊ iuuenescentibus: sed pueris in minori parte accidit. Qr si fuerit i latere sinistro peioris doloris erit ⁊ tardioris sanatiõis: aut forte dissoluitur hic morbus si laboranti eo accidũt emorroyde: aut varices: aut fluxus sanguinis ventris: aut exitura in inferiori parte anche. ¶ Sed cura derelicto labore cũ calefactione facta in principio passionis cum oleo calefacto mitigabitur inde dolor: sed tamen subuertetur. verumtamen post triduum minuere debemus de manu opposite partis modicum extrahentes in ipso de sanguine: sed in secundo in bona quantitate: tamen si excitatur non: ac derelicto per quatriduum ventosetur super tybiam cum scarificatione profunda abundans fiat sanguinis extractio frequens calefactio super locũ caute tamen ne inueniat ipsuz frigor: deinde vẽtosetur frequenter super locum dum infletur: deinde scarificetur profunde ⁊ fugatur violenter: sed quidam medici loco huius ponunt sanguisugam. Noscas igitur q frequens calefactio compescit dolorem. Caute igitur procede q nulla fiat vstio cum cauterio ne inde excitetur dolor insanabilis: sed fiat cũ oleo ⁊ similiter cum adipe ⁊ cum tapsia mixta cum aqua ⁊ illinita per tres horas super locum dimissa ⁊ lauetur postea locus. verũtamen statim quod inflatur superpone loco spongiam cum aqua calida: deinde scarificatio fieri debet moderata non crudelis ac superposito ei panno infuso in vino ⁊ oleo dimittatur per triduum: aut fiat adhesio cum aliqua particula vtriusque sigie si inuenitur: aut vtris picis naualis partes nouem. si in ea fuerit pix ⁊ si admixta fuerit cum tapsia: aut sal si tapsia non inuenitur ⁊ superponatur anche per quinque dies: quoniaz eradicabit dolorem non minus fieri debet clystere cum aqua ruthe siluestris. i. eleza ⁊ cum decoctione centauree: q si inde fuerit punctio vehemens calefactio fiat cum lana infusa in oleo nigelle tepido ⁊ lacte recenti tepido super ventrem inguinez ⁊ lumbos ⁊ inde mitigabitur punctio ⁊ dum secuta fuerit sanatio iterato ancha ventosetur cum scarificatione profunda ⁊ rara. Et vtendum est medicamine rubificatiuo: quoniam inde sanabitur dolor ⁊ non subuertetur. Etiam laxatio fieri debet cum yera ⁊ pulpa colloquintide ter in mẽse calefactio fiat frequẽs: etiam vomitus: etiam vstio sanabit hunc morbum: sed vulnera vstionis conseruanda sunt q non glutinentur spatio longi temporis vt ex eis manẽt ipse humiditates crudeles. ¶ Filogorius dixit difficilis erit ipsius sanatio si fuerit in corpore frigido ac tempore frigido proprie si corpus fuerit carnosuz ⁊ in latere sinistro si fuerit peioris cõditionis erit: non debent igitur supponi ei medicine calide ante euacuationem factam per minutionem ⁊ clysteria. vnde facta minutione in basilica partis dolentis etiam peracto clysteri cum tapsia fiat illinitio condensa ⁊ per tres horas dimittatur ac ipso loco de ea lauato particula pergameni cum pice superponatur ei calefacta ⁊ liquefacta in ea: deinde dimittatur per quinque horas vel dies ⁊ remoueatur: sed statim q clysteria emittunt sanguinem passio sanabitur tamen clystere melius fiet cum aqua cucumeris asinini colloquintide ⁊ felle vaccino: quoniam abundantem emittet sanguinem tamen emissio sanguine superponi debent anche medicine rubificatiue ad faciendum ampullas. sicut est sinapis ⁊ lac ficus ⁊ sanabitur. Etiam vstio qua nos vtimur sic debet fieri q locus circumcirca debz circumferri ⁊ postea impleri sale trito ⁊ oleo calefacto calido non violenter: deinde fricatio fiat cum sale ⁊ ligetur. Ego quoque iuro per deum q nemo curatus fuit cum hoc qui sanatus non esset. Etiã confert ei yera ruffina ⁊ tyriaca vehementer. ¶ Absque auctore. da in potu de radicibus capparis quolibz die dragmas duas per hebdomadã ⁊ sanabitur: sed signũ eius erit q vehementior efficitur dolor: deinde sanabitur: tamẽ confert clystere si fit cum decoctione sauine etiam si datur in potu confert. ¶ De complemẽto ⁊ perfectione ad dolorem anche de flegmate. Fiat clystere cum decoctione nasturtij babilonici per se sola tantum. Aut dentur in potu rubea tinctoris cortices. radicum capparis: aut nasturtium cum aceto. ¶ Hoc est clystere ad dolorem anche dorsi ⁊ colice. Recipe serapini opoponaci: armõiaci. ana. ʒ. iij. bdellij. ʒ. v. centauree maioris. ʒ. x. amigdalarum excoriatarum. ʒ. x. aneti. ʒ. x. camomille. ʒ. xv. pulpe colloquintide. ʒ. vi. fenugreci. seminis lini. ana. ʒ. x. ficuum pinguium granorum pentadactil. fractorum. ana. ʒ. x. hyrundinum. x. numeraliter: carthami ortensis ⁊ siluestris ana. x. seminis ciceris imperatoris. ʒ. xx. seminis apij ameos. ana. ʒ. v. furfuris simile. ʒ. xx. cimini. ʒ. vij. ruthe recentis: castorei: piretri ana. ʒ. iij. coquant cum rotulis aque. xv. dum remaneant aque rotulis. v. ⁊ collentur: deinde. Recipe ipsius aque rotul. ʒ. mellis. ℥. i. elmori. ℥. i. fellis thaurini. ℥. ij. olei muscilini. ℥. ʒ. olei nuc. ℥. ʒ. ⁊ cũ ipsis mixtis clystere fiat. ¶ Sed hec decoctio dari potest in potu cum oleo. pentadactil. videlicet Recipe rubee tinctoris: sitarig: hermodactil. satirion ana. ʒ. v. fenugreci. ʒ. x. vuarum passarum sine nucleis. ʒ. x. radicum apij feniculorum ana. ʒ. vij. zinziberis. ʒ. iij. masticis: anisi ana. ʒ. ij. ʒ. radicum squinantie. ʒ. iij. coquantur cum rotu. iiij. aque dum remaneat quarta pars eorum coletur dosis quolibet die rotul. ʒ. cum aurei pondus. ij. olei pentadactil. ¶ Dixit si fuerit cum sciatica ardor ⁊ inflatio minutio fiat. Sin autem fiat proprie si fuerit cum stupefactione: aut frigore dentur in potu pillule fetide: pillule sitarig. ac operemur clysteria violenta vt cum decoctione radicum cucumeris asinini cum aceto fiat emplastrũ super ancham.

B E ¶ Filogorius dixit. si antiquus fit hic morbus ⁊ diuturnus laborans eo claudicabit. Sed si dolor accidit in dorso ⁊ non continuatur cum coxa ⁊ ancha sui generis erit qui si fit diuturnus corpus laborantis eo incuruatur: sed curetur cum fricatione forti ⁊ balneo ⁊ summarie curetur cum cura

sciatice: ꝙ si vehementior efficitur dolor in sua dispositione in sciatica superponantur ventose ⁊ medicine laudabiles.
¶ Dixit Johannitius in libro minutionis. in sciatica si repletio sanguinis fit vehementior erit eius pulsus contra laborantem ea. ¶ Dixit si vena sciatice sanguine repletur infestat neruum sistentem in latere eius. ideo dolet vehementius: ꝙ si volueris ꝙ dolor ipse deficiat i toto vratur locus minutionis ⁊ condominabitur ei cura. ¶ Dico ꝙ res prouocantes vrinam grossam ⁊ sanguineaz eradicant doloreȝ anche prout vidi in libro Galieni. ¶ Judeus dixit sciatica. si fit ex sanguine inflatur ⁊ rubefiet locus eius ⁊ repletur.
¶ Dixit vomitus confert bis magis q̄ȝ laxatio. vnde si volueris facere laxationem precedat vomitus postea fiat laxatio: deinde clistere fiat cuȝ oleis superpositis ventosis anchis absque scarificatione ⁊ facta vnctione cum oleo colloquintide: ꝙ si laborans fuerit fiat vstio in ancha ab ancha: videlicet vsque ad pedem in locis in quibus sentitur dolor euitatis musculis tybie: ac fiat vstio tenuissima ⁊ profunda in capite digiti in quo sentitur dolor: quoniā sanabit ipsuȝ. vstiones igitur non dimittantur glutinari per dies: sed nulla fiet cena in sero.

B ¶ Hoc est clistere ad sciaticam ⁊ podagram frigidam. Re-
C cipe tassi barbati: radic. capparis: ellebori albi ⁊ nigri: cicute: origani napti: hermodactil. pulpe colloquintide: yperatelli. i. osnē: laureole: castorei serapini: myrrhe bdellij. ana aur. pond. i. coquantur cum tribus rotu. vini dum remaneat rotul. i. clystere debet fieri cū. ℥. tribus apozimatis ipsius. ℥. iij. butyri. ℥. i. ⁊ mellis: ꝙ nisi laxauerit fiat clistere in secūdo die cum. ℥. sex ipsius apozimatis. ¶ Dixit. G. passio appellata sciatica potest sanari solo vno die: sed minutio fiat in vena pedis quotiens passio fuerit ex causa repletionis vene que est in ancha non ex frigore. Ideo minutio vene que est in plica genu vtilior est minutione vene saphene: sed ventosa non potest conferre eidem vehementer. ¶ Dixit. G. de medicinis laxatiuis ego sepe sanaui sciaticam cum laxatione sola tantum. ¶ De pronostic. de signis mort velocis. G. quibuscunque fit dolor ancharum. si apparens fuerit vehemens rubedo in coxa ad modum trium digitorum absque dolore ⁊ ibi fuerit pruritus vehemens cum appetitu ad comedendum olera elixa morietur in die. xxv. ¶ De libro signorum. G. dixit. si vehementior fuerit dolor ⁊ antiquus in isto membro macies eius erit valida ⁊ dissoluetur venter.
¶ Georgius dixit fieri debet clistere ad sciaticam cum decoctione vespertilionuȝ: sed fiant super dorsuȝ sub renibus due vstiones cū cauterio super qualibet coxa vstio ⁊ super tybiam vstio per longitudinē super genu ⁊ in latere calcanei ⁊ super digitos paruos quattuor pedis. ¶ De epidi. dixit ⁊ vstio facta super anchā confert sciatice.

A ¶ Ruffus de doloribus arthetícis. hoc est clistere potens
B ad podagram artheticam ⁊ sciaticam mirabile. Fiat cliste-
C re cum decoctione colloquintide: ellebori nigri: absinthij: luti armenici: centaurea: yreos nitro sale ⁊ melle ⁊ modico oleo vetusto ⁊ vino: sed ante hoc debet fieri clistere lene de furfure ⁊ similibus ad lauandum ⁊ abstergendum. Sed considerare debemus in virtute: quoniam hoc clistere euacuat cum violentia: aut forte educit sanguineȝ: sed patiens bibere debet mane de lacte ad mitigandū ardorē: ⁊ clistere melius est in sciatica laxatione ac confert vsqȝ ad genua.

B ¶ Dixit Johannitius de libro afforism. ꝙ Galienus ait causas distinguendo in venis que sunt in pede inter eas que sunt in latere sinistro vel siluestri in quo est vena sciatica ⁊ eas que sunt in latere domestico in quo est saphena. vnde secundum anathomiam egrediuntur vniuersaliter de vena que est in plica genu. Sed nos videmus per experimentuȝ ꝙ minutio vene sciatice confert laboranti dolore sciatice vehementer. verumtamen minutio saphene non erit magni iuuamenti. ¶ Quibuscunque fit sciatica ⁊ ancha disiungitur ⁊ reuertitur in ea erit humiditas mucillaginosa ex quibus humectantur ligamenta articuli mollefiunt ⁊ egredietur os de pixide in qua erat locatuȝ de facili: ⁊ conuertetur ad eam similiter de leui. Nos quoque non intendimus dicere de disiunctione metipsis anche: sed de disiunctione ossis coxe in ea locati. ¶ Quibuscūqȝ fit dolor in ancha diuturnus ac disiungitur ipsius ancha totus pes contabescet ⁊ claudicabit nisi sanatus fuerit. ¶ Dixit. G. intendit in hoc ꝙ dolor sciaticus accidens ex parte abundantis humiditatis flegmatice in ancha: ita ꝙ disiungitur coxa ⁊ conuertitur contabescere facit coxam nisi ipsa humiditas desiccata fuerit cum vstione. vnde ancha debet vri in articulo vt penetrare possit illa humiditas flegmatica ⁊ mollities cutis constringatur in loco ex quo recipit articulus illam superfluitatem ⁊ prohibet ꝙ non disiungatur de ipso loco: quoniam si articulus anche moram traxerit longam in disiunctione ex parte abundantis humiditatis flegmatice ex hoc accidit claudicatio proculdubio: ⁊ sequetur hoc ꝙ pes nō suscipiet nutrimentum vt debet ⁊ extenuabitur ⁊ diminuetur. sicut accidit alijs qui amittunt ipsorum naturalem motuȝ. ¶ Dico scire debes ꝙ hec disiunctio non est. sicut disiunctio que habet causas exteriores: tamen iuxta modum quem dixi in capitulo disiunctionis. ideo non fit in ea afflictio doloris sicut fit in alia. ¶ De meamyr dixit. G. hec passio accidit sepe ex parte superabundantie sanguinis in corpore valde facte. vnde cura eius leuis erit ⁊ velox si fit cuȝ minutione vene que est in plica genu ⁊ vene que est in parte cauille calcanei. Magnificatur igitur nocumentum. si curatur ancha cum medicinis acutis ante euacuationem: eo ꝙ fit passio inde difficilis sanationis: quoniam attrahet ad eam humores abundantes ⁊ petrificabuntur ipse humiditates ⁊ fient in eo modo quo non poterint dissolui. Euacuatio corporis quoque in hac passione magnum iuuamentuȝ habet. In principio fieri debet sanguinis euacuatio de pede: immo de manu prius ac operemur vomitum: quoniam faciet declinare humores ad partem superiorem. Sed vomitus fieri debet in principio passionis post cibum dum in vsum inducetur ⁊ de leui fieri possit: deinde operemur eum cum medicinis lenioribus in primo: deinde cuȝ fortioribus gradatim: ꝙ si adheret humor in ancha ex peccato medicorum ventosa magni iuuamenti erit valde ac clystere fiat cum pulpa colloquintide. ¶ Hoc est emplastrum qđ superponendum est anche. Recipe sulfuris rotul. i. ʒ. baurac. rotul. i. ʒ. stafisagrie. rotul. iʒ. costi. rotul. iʒ. piretri. rotul. ʒ. fecis vini vste. rotul. ij. admisceantur hec cū pice liquida ⁊ erunt in medicamine violento ⁊ adhereat anche in tempore quo erit opportuna.

B ¶ Hoc est emplastrum conferens. sciatice ⁊ podagre ⁊ ar-
C thetice. Coquatur fenugrecum cum aceto super focum len-
A tum dum liquefiet: deinde cum melle iterato coquatur: deinde teratur dum in viscum fiet ⁊ superponatur loco. Et si fuerit ibi humiditas operemur acetum in quo coctum fuerit mel ⁊ sufficiet ꝙ cooperire ipsum potest ⁊ ligentur super locum per triduum.

B ¶ Hoc est emplastrum violentum fieri debet cum angeden vel ageden: rutha siluestri: baccis lauri. ana. aurei pondus vnum. pulpa colloquintide: baurac: abrotano: cordumeni omnia congregentur in pice ⁊ erit medicamen violentum valde. Et si fuerit corpus leue comburatur coriandruȝ siccum ⁊ mixtum cum oleo alcanne ad vnctionem fiat anche deinde superponantur hec emplastra. ¶ Dico non habet hoc magnam intentionem: quoniam vlceratio anche confert in hac passione. ¶ Aliud violentum. Recipe nasturtiū fecem aceti vstam baurac ruffum ⁊ piretrum ⁊ coadunentur in pice. ¶ Dixit euelli debȝ herba sitarig in estate: quoniam fortior erit: eo ꝙ desiccatur in hyeme ⁊ infrigidatur debilior erit: deinde teri debet bene cum sepo ⁊ superponatur focillo anche ⁊ toto pedi ⁊ ligetur ⁊ dimittatᷣ super sciaticam per duas horas ⁊ super pedem per quattuor horas: ⁊ si plus sustinetur erit melius ⁊ omnino erit opportunum. Deinde ingrediatur patiens balneū: nec vngatur oleo: nec altera re omnino. vnde accidente ei aliqua punctione si surgit modice dissoluatur ligatio omnino ab eo in pila: quoniam si ingressus est balneum delatus egredietur ipsum super pedes: deinde admisce oleum abundans cum modico vino ad vngendum cum eo totum corpus eius: detur ei in potu medicamen ⁊ oleum superponatur loco dolenti lana sicca in vltimum ⁊ cura erit perfecta: nec erit opus vt iterato hoc fiat in maiori parte: ꝙ si restat aliquod residuum in minori parte iterato fiat cura post viginti dies: non minus.
¶ Dixit Democrites. omnes morbi indigentes hac cura sanati sunt hac cura indigentes medicinis rubificatiuis. sicut est emplastrum sinapis ⁊ tapsie. Et iam creditur ꝙ per

eam sanatus est dolor capitis antiquus: ⁊ archigeisius eaz dixit ad splenem de quo plene diximus. ¶ De morbo ⁊ accidenti. Articulus anche ⁊ alij articuli qui disiunguntur ex parte humiditatis non disiunguntur in toto: sed humiditas imminens in pixide ex longa mora humectat ligamenta ⁊ ea mollefacit. vnde articulus disiungitur ex modica causa motus. ¶ Tabri dixit dolor anche fit ex corruptione colere rubee: aut ex longa mora facta in sole. vnde desiccatur tunc humiditas anche fiat vstio in parte dorsi vbi erit dolor ac fiant vstiones quattuor super coxas super genua alie quattuor vstiones super tybiā per longitudinem quattuor vstiones inter calcaneum: ⁊ quattuor alie super quattuor digitis puis pedis. ¶ Aaron dixit vomitus melior est ad opus anche laxatione ⁊ proprie in principio: etiam confert post minutionem vene mediane minutio vene que est inter primum paruum digitum pedis ⁊ secunduz ⁊ alicuius vene superficiei pedis: quoniam bona erit minutio valde ⁊ vtilis si in articulis fuerit caliditas cum ventositate vtatur cibo attenuatiuo ⁊ modice superfluitatis. ¶ Bimmasuy dixit accidit ex frequenti sessione ⁊ dormitione factis in locis nō planis ⁊ lenibus ⁊ ex superabundāti coitu tamen cui fit dissynteria per eam sanabitur: sed vstio facta super ancham eam sanat. ¶ Binserap. dixit in dolore anche: eo q chim⁹ est in fundo debet sequi tenuitatem ⁊ facilem cursum: deinde curari cum medicinis violente laxationis ⁊ violente dissolutionis cuz emplastro: nec debemus operari in dissoluendis doloribus anche in aliqua dispositione per medicinas frigidas licet operemur in alijs membris per eas: sz procede semper cū contrario materie complexionis: ac si opus erit q operemur per stupefactiua ex violentia doloris: ⁊ dubietatis sincopis misce cum eis castoreum ⁊ alia attenuatiua. ¶ Dixit dolor anche quandoque accidit ex sanguine grosso: quandoque ex chimo grosso. Sed cōfert dolori accidenti ex sanguine grosso minutio: quia forte per minutionem sanatur ⁊ melior vena est vena sciatica ad minutionem: eo q est profunda cū ipse sanguis sit locatus in fundo vehementis fortitudinis ⁊ bonum erit si virtus patientis sustinet q ipse patiens vtatur ieiunio per biduum: deinde dato ei modico cibo ante minutionem inquantum non patiatur sincopim minutio fiat: quoniam istud regimen vtile est ad attrahendum chimum in fundo locatum. ¶ Et si superfluitas fuerit acuta da in potu de aqua olerum post laxationem cū re simili ei: tamē si dolor fuerit ex humoribus grossis da de pillulis fetidis: pillulis sitarig: pillulis hermodactilorum ⁊ pillulis nigeh vel nigelli. Clistere fiat ad mundandam substantiam cum furfure blitis baurac: deinde clistere aliud sequatur cum decoctione centauree minoris. colloquintide. bdellio. oleo nardino ⁊ similibus. ¶ Hoc est clistere bonuz ad sciaticam. Fieri debet cuz granis regijs arthemisia: centaurea minori. aristologia. radicibus capparis. elleboro nigro. hermodactil. piretro. colloquitide. laureola. cornina. cartami ⁊ aneto. quare coquantur cum rotul. vi. aque super focum lentum dum remaneat rotul. i. deinde. ℞. huius apozimatis rotul. i. olei nardini. ℥. ij. ⁊ cum eis fac clistere calefactio fiat vt ibi retineatur clistere spatio longo: q si fit post illud inflammatio fiat clistere sequens ad extinguendū: quoniam illud clistere si longam moram trahit emittet humiditates grossas ⁊ humores sanguinolentos ac magnum iuuamentum dabit. ¶ Illiniatur ancha cum hoc. ℞. foliorum lauri. ʒ. xx. piretri. ʒ. v. costi. ʒ. vij. nasturtij. ʒ. iiij. baurac. ʒ. iij. terantur cribellentur. deinde. ℞. picis romane rotul. ʒ. olei yesimini. ℥. ij. ⁊ omnia admisce insimul ⁊ superponatur carta illinita cum eis loco. Aliter infundatur lana munda in oleo ruthe: aut oleo cucumeris asinini ⁊ inuoluatur in puluere baurach ⁊ piretri ⁊ infundatur in aceto ⁊ superponatur loco: ⁊ si fixus fuerit dolor purgatio fiat per emplastra operemur regimen attenuatiuum data ei intermediata quiete vt virtus restituatur ⁊ non deponatur. Sed vomitus valde vtilis est in hoc morbo: sed operemur per eum in primo post cibum dum inducetur in vsum ⁊ defacili fiet: tamen in fine cū medicinis vomitus fieri debet: sed in principio per debiliores operemur: deinde per fortiores gradatiz caute ne disiūgatur pars rotunda anche ⁊ exeat locum suum: q si dubiuz fuerit hoc vstio fiat in locis tribus: aut quattuor non q glutinetur vulnera vstionum velociter. Sed conseruentur pro medicinis putredinē facientibus ⁊ corrodentibus per dies plures vt emittatur de eis erugo superabundans: deinde post abundantē euacuationē ipsius per dies plures consolidentur: sz inter aliā curā tenuē bona fiet digestio ⁊ velox. Euitetur repletio ebrietas coitus ⁊ motus post cibū.

¶ Capitulum secundum: cuius rubrice sunt.

H Dixit Galienus in decimoquarto capitulo libri megategni. vene que ingrossantur ⁊ ampliantur in tibijs ⁊ testiculis incidi debent extrahi ⁊ eradicari. ¶ De morbo ⁊ accidenti. vene quoque que appellantur farsus debent extrahi a corpore. quare caro scindatur dum appareant varices: deinde submittatur tastus eis ad eleuandum ipsos: deinde per longitudinem fiat fissura large caute ne fiat per latitudinem ⁊ transuersum: tamen post manationez sanguinis: ⁊ illud quod fuerit in eis in toto voluatur tastus vt attrahantur vltra posse: deinde incidantur ⁊ qd extractuz fuerit de eis per instrumentuz melius erit qz incisuz. Et similiter est de vtraque arteria temporis. ¶ Dico euacuari debet sanguis in primo de corpore laborantis varicibus de basilica: deide fissura fieri debet post quā nigra euacuatur sepe: deinde minui debent vene vt qd in eis est extramanet in toto: deinde vsualiter humor niger debet euacuari in quolibet modico tēpore. Sinautez dubiū erit ex eis morbos fieri malos.

J ¶ De colera nigra dixit vitium elephantis ⁊ varices fiunt
H ex humore nigro: quod nisi cū eis fuerit caliditas non erunt intense malitie ex vehementi quoque declinatione ad coleram nigrā purā fit vitiū elephantis. Cuius color erit declinans ad rubedinē: tn̄ si antiquus sit nigrescet color ipsius.

H ¶ Dixit eo q incisi fuerunt varices de quibusdaz passi sunt melancoliaz. vnde si inciduntur varices: aut emorroide inducatur vsualiter minutio basilice ⁊ laxatio nigre euitatur nutrimentum melancolicis. ¶ Dixit in quibusdam abundans fit bonus sanguis ⁊ sanus ex quo fiunt varices in ipsorum tybijs ⁊ ventre: eo q vene ipse sunt debiliores alijs per naturaz tn̄ non sunt mali. alis. melancolici: nec ex actu ipsoꝝ accidit melancolia cognoscitur hoc p colorē corpis ⁊ colorē varicū: sz cura fit p minutionē tantū. ¶ Dixit Gal. in libro colere nigre a quodaz extracti sunt varices: cuius vulnus difficilis consolidationis factum est per vnuz annuz cum medicinis. Cumque ipse veniret ad consilium meum ipsum minuere feci ⁊ emissa superabundantia sanguinis in primo secundo tertio ⁊ in quarto die ac secuta in eo laxatiōe ter cuz eo quod educit nigraz fuit curata vlceratio cū modico consilio ⁊ conualuit de facili.

H ¶ Dico q si in vitio elephātis ⁊ varicibus corrūpuntur vl
J cera hoc regimine debent curari.

H ¶ De libro signorum dixit varices accidunt in tybijs in maiori parte etiam in ventre. ¶ De octauo capitulo anathomie magne dixit opari debet per hamos de ferro ad hoc. Dixit varices suspendi debent cuz hamis ⁊ eleuari: deinde ligari extrahi vel icidi. ¶ Dixit Hyppoc. in quarto capitulo libri secundi epidi. si fiunt in testiculo dextro: aut in tybia sinistra inde accidit tenuitas vocis quez sanauit Galienus nulla desiccatione secuta.

K ¶ Iudeus. fit quoqz ligatio sanguinis sub cute que appellatur rabsa vel sanguis mortuus ex percussione lapidis: aut alicuius rei dure ⁊ exinde mortificatur sanguis ⁊ post tres horas aut plus exinde fit dolor vehemens in vno die post aliū. vnde vstio debet fieri in eo cū auro ruffo vehementer vt sanguis extra manet de loco ipso in toto.

H ¶ Aaron varices ac vitiuz elphantis generantur ex super
J abundantia satietatis nauseatiue. ¶ De summis. dixit vitium elephantis insanabile est: quoniam cancrosum est ⁊ vna est materia ipsorum. vnde nulla cura confert nisi si inciditur si possibile fuerit de radice.

J ¶ Assum. dixit confert vitio elephantis minutio vtriusqz saphene frequenter facta laxatione cum eo quod educit nigram. Confert valde si yerapigra datur in potu quo-

libet die.aur.ponð.ʒ. Aut si superponitur loco pix cocta cũ
aneto ⁊ cinere caulium frequenter. Aut si terit tamariscus
siccus ⁊ vngitur pes cuꝫ oleo ⁊ spargitur puluis eius super
eũ. Aut si effundit decoctio lupinoꝝ super eũ frequẽter.

D ¶ Antil. dixit si fit farsus laborans eo ingrediatur balneum
ac ligato ipso membro vt vehementer appareat scindatur
caro membri ⁊ suspendatur cum hamis ⁊ flobotometur vt
extra manet qð in eo erit: deinde submittat tastus ⁊ voluat
donec incidat ⁊ extra manet de eo qð in eo erit.

I ¶ De tractatu primo de humoribus. si declinans fuerit ma-
teria ad aliquem pedem minuatur basilica de manu oppo-
sita: deinde superponãtur illinitiones prohibitiue ⁊ fascien-
tur a calcaneo vsqꝫ ad inguinem ligatio fiat violẽta super-
ponantur alteri pedi calefactiua ad attrahendum materiã.
¶ Dico ꝙ si fit in pedibus minuatur basilica ⁊ ligatio fiat
generaliter vsque ad manum operemur vomitum. Tamen
si passio fit antiqua vtraqꝫ saphena minuatur vt extra ma-
net quod obtentum fuerit ibi frequens vomitus fiat ad eua-
cuandum corpus ꝙ si morbus fuerit tẽporis proximi ⁊ cor-
pus fuerit album laxatio fiat quandoque cuꝫ eo quod emit-
tit flegma cum violentia attenuetur regimen si fuerit anti-
quus ⁊ humor fuerit melancolicus laxatio fiat superabun-
dans cum epithimo sepe opemur nutrimenta tenuia ⁊ sub-
tilia frequens fiat minutio basilice emplastratio ⁊ fasciatio.
Et si fuerint varices extrahantur vt dictum est: sed hec to-
ta cura est vitij elehpãtis. Sed si morbus fuerit antiquus il-
linitio fiat cum dissolutiuis in vna hora post aliam.

K ¶ Ad rahsaꝫ emplastrum efficiebat in marasten cũ nuce cy-
pressi ⁊ radice granati siluestris tritis cum vino.

I ¶ Dya. elkitrã si sumitur aut cum eo illinitur confert labo-
ranti vitio elephantis.

D ¶ Dico varices rubee ⁊ laudabiles si grossum inferunt mo-
dum minutione curant ⁊ cũ minutione nutrimẽti. Sed si va-
rices fuerint mali extrahant tamen flobotomentur ⁊ cõpri-
mant vt extra manet sanguis ipsoꝝ secuto in alijs sicut na-
tura cõsueuit purgare malũ sanguinẽ per emorroydas.

I ¶ De colera nigra. laxatio nigre frequens tollit augmentuꝫ
vitij elephantis dum fuerit in principio: sꝫ quando perficit
nõ sequet sanationẽ ad modum cancri nisi incidatur radix
eius ex toto. ¶ Cura inflationis tibiarũ ⁊ principij vitij ele-
phantis. Si videris cũ eo fieri fc. ⁊ dolorẽ minutio fiat sin-
aũt vomitũ prouocemus attenuet regimẽ igit habita noti-
cia ꝙ corpus euacuatuꝫ sit minutio fiat in varicibus aut de
saphena fasciatio fiat semper de calcaneo vsqꝫ ad genu ⁊
proprie penes motũ dissolutio fiat si opportuna fuerit ⁊ le-
nificatio cum farina fabaruꝫ lupinoꝝ: cinere caulium. nitro
dausar stercore caprino: faria fenugreci: seminis lini: aneti:
semine radicũ: semine eruce: sulfure: oleo vetusto ⁊ similib⁹
cũ lacte in pulte ⁊ illinitio fiat cum his ⁊ cuꝫ eo quod dissol-
uit scroffulas ⁊ apostema molle dũ dissoluet i toto. ¶ Hic
morbus accidit post morbũ acutuꝫ super ventrem ipsius si
materia ibi bene induratur ⁊ non dissoluit. fit etiã eius prin-
cipium fm moduꝫ doloꝝ arthetice. Sed distinctio fit inter
eos ꝙ grossitudo fit iter articulos duos de mẽbro nõ in ar-
ticulo vno metipso. Quidã quoqꝫ patiebat hunc morbum
extans albi coloris: sꝫ tñ sequebat iuuamentũ cum pillulis
mahiarij in quibus ponunt pulpa colloquin. ⁊ alia trahen-
tia flegma. Sꝫ si fuerit nigri coloris procede cũ eo qð attra-

L hit humorẽ melancolicũ: tamen noscas sũmarie ꝙ est mor-
bus difficilis sanatiõis valde tamẽ si vtit laborans eo vo-
mitu ⁊ euacuatiõe nõ augebit in toto tẽpore vite sue: sꝫ ma-
litia erit ipsi⁹ in tpe laboris. ¶ De morte veloci. tibie in q-
bus trãscurrit chimus difficilis sanatiõis sunt: imo insana-
biles sunt penitus. ¶ Dico inter cetera verba sua est ꝙ ma-
teria que cursuꝫ fecit ex via crisis ad tibiã si fuerit supabun-
dans ⁊ opprimit ex eo nõ sanabitur. vñ si ex hoc iudicatur
taliter quanto magis iudicat ex altera re in hoc accidente:
⁊ erit semper insanabile. quare sũmarie fiat cura ꝙ non au-
geat morb⁹: sꝫ cõdominet ei vomitus post laxationẽ fascia-
tio ⁊ attractio materie ad pedem alium fiat.

D ¶ De sũmis de morbo ⁊ accidẽti. Si incidunt varices exte-
nuat mẽbꝝ eo ꝙ est remotũ de meatibus nutrimẽti. ¶ Di-
xit. G. in lib. megateg. varices debent incidi vt deficiant ra-
dices ipsoꝝ: sꝫ extrahi debent cuꝫ eis vene ipsoꝝ large ⁊ in
toto incidi. ꝙ si fuerint magne extrahent vene ipsoꝝ tantũ.
¶ Dico relatũ fuit mihi ꝙ sanati sunt sola vna vice per flo-
botomiã ipsoꝝ ⁊ euacuationeꝫ ipsius qð in eis erat: tamen
ego vidi ꝙ in primo debẽt flõmari vt extra manet quod in
eis est post flobotomiã a superiori parte sepe ⁊ extramana-
to ipso quod in eis erat in toto ac ipsis exinde cõualescenti-
bus suspendat pes per dies ac postea extrahatur: sanguis
frequẽter de manu ac emittat colera nigra per laxationẽ ⁊
ipsis subuertẽtibus iterato fiat cura per mẽses dũ sanabun-
tur ⁊ firma fiet ipsoꝝ sanatio. ¶ De sũmis grossitudis egre-
dientis modũ nature si superabũdãs in corpore fuerit me-
lãcolicus sanguis declinatio eius erit per naturaꝫ ibidem.
¶ Dixit de colera nigra si longus fit hic morbus nigrescit
cutis in locis ipsarũ venarũ: sed fit a natura ad mundifican-
dum corpus de superfluitate nigra. sepe quoqꝫ amplificat
hec ⁊ ad eas non manabit sanguis niger: sed ruffus quod
fit ex elargatione ipsarum ⁊ debilitate que vene si extrahũ-
tur sepe laborans eis appropinquabit ad patiendum melã-
coliaꝫ si fuerit in eis chimus niger. ¶ Dixit farsus. curabat
iuxta modũ vlcerũ per longũ spaciũ cũ vnguentis ⁊ nõ fuit
sanatũ dum curatũ est per flobotomiã in manu ⁊ eo ꝙ san-
guis erat niger secũdo est facta flõmia tertio ⁊ quarto die ⁊
laxatum fuit corpus cum eo quod educit chimũ nigrum da-
tis ei nutrimentis laudabilis sanguinis ⁊ sanatus est velo-
citer postea cum vnguentis.

D ¶ Dico ꝓut vidi i epidimi. in quo fuerit splen copiosus ple-
I nus sanguie melãcolico supabũdãs motus isert ei varices:
K aut vitiũ elephãtis: aut balachiã spẽs est sanguis mortui.

D ¶ De morbo ⁊ accidenti dixit. Si inciduntur vulue ⁊ extra-
hũtur vene appellate farsus idẽ morbus erit ex diminutiõe
sanguinis boni ⁊ in eis erit dispositio ipsarum ad modum
extractionis venarum in tempore ⁊ incisionis vuluarum si-
milium in quibus non erit fallacia. ¶ Antil. varices scindi
debẽt comprimi: aut latus ipsorum vt extra manet quod in
eis est in toto: deinde curatur cum glutinatiuis.

I ¶ Aqua casei conuenit ad laxandum cum ea laborantes vi-
tio elephantis: quoniã non sustinent laxationem cum medi-
camine acuto. ¶ G. plantago posita in emplastro cõfert vi-
tio elephantis. ¶ Dya. fel hyrcinum superpositũ tollit aug-
mentum accidens in loco vitij elephãtis. ¶ Folia menta-
stri dãda sunt in potu iuxta quod bibitur aqua casei ꝑ dies
inseparabilr. ¶ Caro critij salita data in potu cum syrupo
acetoso confert vitio elephãtis. ¶ De libro aslim. dixit mi-
nuat saphena freqũẽs fiat bibito yere ⁊ illius qð educit ni-
gram ⁊ attenuat prohibetur motus. Sed confert vehemẽ-
ter si quolibet die bibit. aur. pon. ʒ. yerepigre: aut si illinitio
fit super locum cum oleo ⁊ cinere caulium frequenter. Aut
si vngitur cum oleo ⁊ spargitur super illud puluis tamarisci
triti: etiam si epithima fit super locum cum decoctione lupi-
norum. ¶ De colera nigra dixit. in vitio elephantis si chi-
mus fuerit melãcolicus intense malitie ⁊ admiscetur cũ san-
guine ipsuꝫ expellit natura ad mũdificandũ sanguinẽ: quo-
niã natura delectatur ad mundificandũ sanguinẽ. ¶ Sem-
per vitium elephãtis colorem habet in primo declinanteꝫ
ad rubedinem: tamen nigrescet si per longum spatium tem-
poris durat. hoc quoqꝫ medicinatur per minutioneꝫ ⁊ laxa-
tionem colere nigre secuto inde iuuamẽto magno.

L ¶ Dixit ꝯtingit ꝙ ꝓcedit sub pelle vt ꝓcedit serpẽs ⁊ sum-
marie accidit in tibijs in ventre ⁊ latere: tamen laboranti eo
fit pruritus ð eo. Dixit nos igit diximus ꝙ fit ex corruptio-
ne neruoꝝ. ideo extimat aliquis ꝙ ipse mouet. ¶ Dixit fiũt
vene ciuiles ex desiccatione sanguinis. vñ si fuerit cũ acui-
tate dolebunt cum caliditate. Sed ad custodiam de eis fiat
humectatio sanguinis. minutio sanguinis sequatur. vtatur
mirabolanis in potu ⁊ cibo humectatiuo. Sed quando effi-
ciuntur in serpentes non debent curari sed extrahantur.
¶ Paulus dixit generatur in india ⁊ egypto: tamen fit hoc
in membris musculosis sicut in brachijs ⁊ coxis: sed in pue-
ris fit in lateribus: tamen sub pelle fiunt ⁊ vene ipse mouen-
tur manifeste: sed quando diuturne fiunt locus ipsaruꝫ in-
flatur de quo iminet extremitas ipsarum venarum ⁊ perfo-
rat pellis de qua egredientur extremitates venarum: sed si
extenduntur inde accident dolores vehementes ⁊ proprie
si inciduntur. Ideo aliqui ligant cũ extremitate vene plum-
bum ad attrahendum eaꝫ ꝙ non incidatur sed extrahatur
per illud paulatim per ponderositatem plumbi vsque ad fi-
nem ipsius ⁊ cadat: ⁊ debet comprimi membrum paulatiꝫ
cum digito ac cum aqua calida epithimari vt de leui egre-

diatur. Etiam expelli debent cuꝫ digitis paulatim facta vnctione cum oleo dum extrahatur. ꝙ si inciditur ⁊ non egreditur in toto aperiatur locus cum ferro dum inueniatur vena ⁊ simili modo extrahatur. deinde curetur ad modum vulneris. ¶ De summis dixit fit hoc vitium in regione calida ex potu aque male: etiaꝫ ex flegmate congelato. ¶ Dixit in principio huius vitij locus eius emplastrari debet toto studio cum infrigidatiuis cuꝫ sandalis camphora ⁊ similibus factis ad illiniendum cum eis. ¶ Et si restant ⁊ appareant capita venarum attrahantur moderate non incidantur ligentur cum particula plumbi ⁊ voluantur cum ea die quolibet id quod de eis egreditur: sed de leui egredientur cum aqua calida. vnde extractis omnibus locus curetur cū vnguento frigido. sicut est vnguentum ceruse: tamē si incidun tur si fuerit locus eius conueniens vt aperiri possit cum ferro absqꝫ aliquo nocumento aperiatur. sin autem nulla fiet apertio ne inde generet apostema ⁊ putrefactio. ꝙ si inconueniens fuerit eius apertio cū butyro putrefiat dum putrefiet totuꝫ id quod in eis fuerit ⁊ extra emittetur: sed euitent medicine acute in hoc vitio: quoniam acuunt morbuꝫ ⁊ inducunt eum ad corrosionē. ¶ Dico vidi in marasten ꝙ incise fuerant ipse vene. quare fecimus aperiri locum cuꝫ ferro nulla cura adhibita ad inueniendum venas tamen vulnus fecimus largum lenefieri cū digito ac illud sanauimus perfecte. ¶ Bimasuy dixit illiniat apostema loci huius vitij cum infrigidatis anteꝗ̄ condominetur: videlicet cum farina ordei: portulaca: oleo ro. solatro ⁊ coriandro: aut cū sandalis camphora psilio myrrha ⁊ lacte recenti: aut illiniatur apostema cuꝫ oleo camphora ⁊ lenificetur venter: ꝙ si fuerit in hyeme emplastrū supponatur ei cum fermento ⁊ butyro duꝫ sani fient. ¶ De electionibus ioānitij. si ampullosus fit locus vitij ⁊ icipit emanare da in potu primo die de aloe. ʒ. ℈. in secundo. ʒ. i. in tertio. ʒ. i. quoniam mortificabitur ⁊ deficiet nocumentum eius. Sed illiniri debet locus cuꝫ viscositate aloe recentis. quare scindatur folium eius ⁊ cuꝫ viscositate eius interiori fiat illinitio ⁊ mortificabit eam ⁊ mitigabit dolorem ipsius. ¶ Hoc est experimentum bonum. sicut est in libro. 6. Retulit mihi filius elhosē bimasuy ꝙ ipse patiebatur venam ciuilem quam aperiri fecit non sola vna vice cum ferro: deinde docuit eum quidam de hyger ꝙ biberet. ʒ. ℈. de aloe qualibet die per triduum ac secuto consilio suo defecit malitia ipsius ⁊ in ipso tempore non est subuersa passio neqꝫ in futuro in vltimitate: sed idem patiens erat calide cōplexionis largas habēs venas ⁊ musculos. ¶ Dico ego vidi ꝙ hoc vitiuꝫ non fit in corporibus humide carnositatis: tamen fit in corporibus macilētis in frequēti balneatione vtentibus potu vini ⁊ copiosis nutrimentis aut in eo in quo hec omnia congregantur: ꝙ si posterior pars loci in quo egreditur fricatur cum sale paulatiꝫ cum frequenti fricatione ⁊ extensione extrahetur in toto. Etiam dicitur ꝙ pars posterior loci vltra posse erit posterior. si aperitur cum ferro ⁊ sub ipsa vena imponatur status ad eleuanduꝫ eam ad modum vene temporis ⁊ vngitur ⁊ fricatur cum sale paulatim ac extenditur in toto egredietur. ¶ Dixit visis etiaꝫ signis huius vitij anteꝗ̄ appareat caput vene passio curari debet isto regimine: quoniam si fuerit breuis temporis non erit magne longitudinis nec augebitur vltra cubitū vnum nisi in modica quantitate ac sepe erit in minori quantitate: tamē si diuturna fuerit passio durabit homo in ea cura per menses ⁊ ipsa vena erit in longitudine magna valde. ¶ Costa in libro eius de flegmate dixit. fit in regiōe calida tenuis aeris in corporibus humidis delicatis si transferūt ad eam ⁊ habitant in ea. generatur etiam in corpore delicato moram trahenti in mecca. ¶ Dixit ego vidi quendā qui viderat vnū virum habere in suo corpore quadraginta venas huius vitij ⁊ sanari de omnibus. ¶ Dixit in principio huius vitij vnctio debet fieri cum oleo kyri ⁊ sambucino aut muscilino vt de leui fiat eius egressio a corpore. deinde custodiatur taliter ꝙ non incidatur: sed confert ei euchaua vel pillule cochie. ¶ De mem. do. dixit Gal. non debeo habere de hoc vitio cogitationem firmam: quoniam nūꝗ̄ vidi. ¶ Absqꝫ auctore dixit fit ex sanguie grosso viscoso agēte in eo caliditate intensa sed elongatur iuxta longitudineꝫ vene in qua fit informando eam ad formaꝫ ipsius. ¶ Accidit etiā ex caliditate ⁊ siccitate ipsius nutrimenti sicci ⁊ modici. sicut est nutrimentum milij ⁊ similium: tamen curari dꝫ per minutioneꝫ sanguinis de membro in quo erit laxatio cū mirabolanis ⁊ cibaria humectatiua. sicut cum gallicellis superponatur vene metipsi psiliū: farina ordei: maluauiscus: oleum viol. ⁊ nenufar ad lenificandum musculum: sꝫ extrahenda est cum temperie ⁊ facilitate post purgationem corporis. ¶ Paulus dixit generatur hoc vitium in regione indie ⁊ partibus superioribus egypti in membris musculosis sicut in brachijs coxis etiam in tibijs ⁊ in pueris generatur in lateribus: sed habent sub pelle motum. verūtamē quādo antiquuꝫ fit putrefiet locus in quo erit caput vene ⁊ aperietur. vnde nō debet incidi ne accidant exinde dolores vehementes: sed calefiat membruꝫ cum aqua calida extendatur post vnctionem cum digitis ⁊ post epithimationē cū aqua calida paulatim. ¶ Conuenerunt in vnum omnes cyrurgici ꝙ emplastra fieri debēt ei cū melle aqua calida farina tritici aut ordei ⁊ ꝯuenient ei vnguenta confecta cuꝫ baccis ⁊ confecta cum melle: quoniā hec mortificant venam hanc ⁊ cadet. ꝙ nisi cōtulerint scindatur pellis dum denudabitur vena ⁊ extrahatur: deinde curet locus cū licinijs ⁊ alijs medicinis vulneris. ¶ Dixit in summis de mor. ⁊ acci. hoc vitium fit in ꝯcauitate venarum. ¶ Et dixit ioannitius in lib. minutiōis debet infrigidari cū psilio ⁊ similibus. Sed in statu curet cū vnguento basilicon ⁊ bonū erit ei. ¶ Dixit abugerig. vnguentum picis vtilius est alijs. ¶ De venis ciuilibus dixit de electionibus elkindi si ampullosus fit locus ⁊ incipit egredi a corpore da in potu in primo die aloe. ʒ. ℈. in secundo. ʒ. i. in tertio. ʒ. i. quoniam mortificabit ⁊ deficiet nocumentum ipsius penitus: sed locus eius illiniri debet cum viscositate aloe vt est dictum: quoniam expertum est.

¶ Et sic est finis libri. 12. continentis. Ad laudē dei Amen.